





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU  
Inc. 72 9°  
INKUNABULY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU  
Inc. 73 9°  
INKUNABULY






Cornelij Taciti  
Historia Au  
gustae

H\* 15222


Amsterdam 1487



**W woluminie kolejno współprawne sygnatury:**

**Inc. 72**

**Inc. 73**





948 - 11



Cornelij Taciti  
Historiæ Au  
gustæ

H \* 15222

Wharfedale 1487



Inc. 73

Franciscus Pureolanus Iacobo Antiquario ducali Secretario. Sal.

Amicis plurimisque rebus in utraque mea fortuna a te adiutus subleuatus ac  
ornatus uir perfectissime uni omnium secundum deos immortales plurimum  
debeo & quia parem gratiam nullam unquam referre possem: qua una uia da-  
tur ingratitude notam effugiam: habebam quam non referre est: & quicquid aut nunc  
est aut in futuro mihi erit tibi acceptum referri debere aut inuitus fatebor: tu mihi omnia  
non amici solum officia sed affectum pietateque paternam prestitisti: tu grauissimis in  
fluctibus: non solum uersatum sed obrutum manum porrigens in portum perduxisti:  
tu omnibus incommodis perfunctum post longa certamina premijs sudoris & pulue-  
ris ornasti: Tu tranquillam uitam: ad quam enixissime frustra contendebam: tribui-  
sti: neque in me uno tua innotuit beneficentia: longus ordo post me & ante me extat te  
patronum salutantium. nam cum ob rarissimas animi tui uirtutes: grauissimos mores:  
religionis cultum totius uitae tenorem aequabilem: modestiam in isto fastigio admira-  
dam: lenitatem & mansuetudinem pari coniunctam grauitati: in omni fortuna con-  
stantiam: miram scientiam atque facundiam: in agendis rebus dexteritatem: ad maxima  
negotia obeunda efficaces cogitationes: in omnibus rebus: fidem ac pares laude pru-  
dentiam atque simplicitatem non modo multitudini fueris acceptissimus: uerum & to-  
tius Italiae Principes Tetrarchae Reges pontifices te suspexerint euerint promoue-  
rint: nihil unquam tibi ambiuisti: rogasti: impetrasti: Quicquid tulisti: honores sacerdo-  
tia mera principum liberalitas ac iudicium fuit: quae nec ea quidem pro uirtutibus aut  
meritis: quae licet multis maxima uideatur: plerique haud quam artibus tuis pares plu-  
ra tenuerunt. Piget pudetque referre adultores scurras delatores quos cernimus ditio-  
res. Cur tu ut uirtute & innocentia ita flaminibus procuratoribus praefecturis alios non  
excellis? Verum non eodem iudicio quo ceteri felicitatem metiris: ideo quae maxima  
isti putant: semper contempsisti: Compertum habeo exiguo labore leuissimis atque et  
honestissimis precibus honorificentissimum quiddam tibi quaeri potuisse. Obstitit  
antiquus rigor: & prisca frugalitas: & modicis contentus animus: Quod pro te ta-  
men nunquam propositis ullis praemijs faceres: uidimus multotiens amicorum causa am-  
bitiosissime contendisse: multa. n. multis rogasti atque impetrasti. Sed ego in hoc latif-  
simo campo inhuberrima tuae laudum materia parcus loqui cogor: quod. n. om-  
nia tibi debeo: uereor ne foeda assentandi libidine rapi uidear: Accedit quod uirtutibus tu-  
is parem orationem afferre non possumus: Sed ut floribus ac interdum solis preci-  
bus dijs supplicant qui thura non habent: sic hoc tempore ego tibi: quem uice magni  
numinis solo munusculum affero: Cor. Taciti equitis ro. historicorum omnium grauif-  
simi disertissimique quicquid incuriosae uetustati superfuit. i. fragmenta ex actionibus  
diurnalibus augustae historiae: De moribus & situ germaniae: de genere eloquentiae non  
corruptae: cui operi a quibusdam titulus de claris oratoribus inscribitur: Vitam Lu-  
lij Agricolae soceri: multis uigilijs intentissimoque studio recognita adiuuante Berardi-  
no Lanterio omnium Mediolanensium eruditissimo: ut eum parcissime laudem: sub tuo  
nomine nostris Impressoribus tradidimus: tum quia eius eloquentia perfecta meo  
iudicio & admirabilis peculiariter ita te ut me delectat: tum ne in tanta librorum co-  
pia solus ipse supprimeretur: Veteri enim Impressores adeo inculcauerant ac foeda-  
uerant hoc diuinum opus ut non modo Cornelianae facundiae maiestas inquinare-  
tur: sed uix sensus ullus coniectari posset: Quid ego effecerim iudicent docti sed col-  
latis exemplaribus: De ipso Tacito haec praefanda duxi: In repu. uersatum: Belgica



galliae rationes perurasse: Causas dixisse: historiam scripsisse ab augusto ad principatū  
adriani: sed maior & melior pars pro dolor & humani generis immensa iactura: tem  
poris incuria abolita est: Absoluisse oēm historiae legem: nam cum suorum temporum ma  
iore ex parte memorie consuluerit: id pari eloquentia ac libertate prestitit: debebat tri  
bus deinceps gentis flauiae imperatoribus ab ijs ad maximos honores euectus: quos  
incorruptam rege fidem professus ut nullo odio sic nullo amore rettulit: nihil falsi dice  
re: nihil ueri omittere ausus: In scribendo .n. ne suspectus quidem unquam fuit aut gratie aut  
simulati aliquid tribuisse: Rege rationem: qua ordo temporum regionum descriptio exi  
gitur nemo historicoe diligentius obseruauit. Iam consilia acta euentus ut dii boni ex  
pedij: & de consilijs quid probet quid non: In rebus gestis non solum quid actum sed qua  
le: de euentu uero omnes causas explicat casus sapientie temeritatis: hominum porro non  
solum res gestas: sed que fama: quod nomen: que natura: que uita. Quo artificio omnes  
mea sententia facile uicit: ita creber rege frequentia: ut uerborum prope numerus sententiarum  
numero sequatur: ita dein uerbis aptus & pressus: ut nescias utrum res oratione: an uer  
ba sententijs illustrentur: In contrarijs (audeo .n. promere quod sentio) Lilio quoque an  
referendus magis tamen Salustij argutam densitatem quam huius amplitudinem imita  
tus: hunc primo legens laudabis eloquentiam: cum iterum in manum sumpseris mi  
rum acumen deprehendes & miraberis: ubi contubernalem reddideris: semper arti  
ficiose docebit uarietate: immensaque iucunditate delectabit. Vale Decus & prae  
sidium meum.

*Handwritten signature in red ink, possibly reading 'L. A. S.' or similar.*

## LIBER

CORNELII TACITI HISTORIE AVGVSTE. LI. XI. ACTIONVM  
DIVRNALIVM.

Am Valerium Asiaticum bis consulem fuisse quondam adu-  
 rum eius credidit: pariterq; hortis inhians quos ille a Lucullo cæ-  
 ptos insigni magnificentia excolebat. Suillum accusandis utrisq;  
 immittit. Adiungitur Sosibius Britannici educator: qui per speciē  
 beniuolentiæ moneret Claudii: cauere uim atq; opes principibus  
 infensas. Præcipuum auctore Asiaticum interficiendi Cæsaris nō  
 extimuisse in concione populi romani fateri: gloriamq; facinoris ultro petere: clarū  
 ex eo in urbe dedita per prouincias fama parare iter ad germanicos exercitus: quādo  
 genitus uicennæ multisq; & ualidis propinquitatibus subnixus: turbare gētiles natio-  
 nes promptum haberet. At Claudius nihil ultra scrutatus: citis cum militibus tanq;  
 opprimendo bello: Crispinum prætorij præfectū misit. A quo repertus est apud Ba-  
 ias: uinclisq; inditis in urbem raptus: neq; data senatus copia intra cubiculū auditur  
 Messalina corā & Suillio: corruptionē militum quos pecunia & stupro in omni fla-  
 gitio obstrictos arguebat: ex in adulteriū Poppeæ: ac postremū molliciam corporis  
 obiectate. Ad quod uictō silētio prorupit reus: & interroga inquit Suilli filios tuos.  
 uirum me esse fatebūtur: ingressusq; defensionem cōmoto maiorem in modum Clau-  
 dio Messalinæ quoq; lachrymas exciuit: quibus abluendis cubiculo egrediēs monet  
 Vitelliū ne elabi reū sineret. Ipsa ad perniciē Poppeæ festinat: subditis qui terrore car-  
 ceris ad uoluntariā mortē propellerēt: adeo ignaro Cæsare: ut paucos post dies epu-  
 lantem apud se maritū eius Scipionem percōtaretur: cur sine uxore discubisset: At  
 q; ille functam fāto responderet. Sed consultāti super absolute Asiatici: flens Vi-  
 tellius cōmemorata uetustate amicitia: utq; Antoniam principis matrem pariter ob-  
 seruassent: dein pcuris Asiatici in reimp. beneficijs: recentiq; aduersus Britāniam mili-  
 tia quæq; alia conciliādæ misericordie uidebantur: libeq; ei mortis arbitriū permisit:  
 & secuta sunt Claudij uerba in eandē clementiam: hortantibus dehinc quibusdā ine-  
 diam & leuē exitum remittere beneficiū Asiaticus ait: & usurpatis quibus insueuerat  
 exercitatioibus: lauto corpore: hilare epulatus: cū se honestius calliditate Iberij uel  
 impetu. C. Cæsaris peritus dixisset: q; fraude muliebri & impudico Vitellij ore ca-  
 deret: uenas exoluit: uiso tamen ante rogo: iussoq; transferri partem in aliam: ne opa-  
 citas arborū uapore ignis minueretur: tantū illi securitatis nouissimæ fuit. Vocantur  
 post hæc patres: pergitq; Suillius addere reos equites romanos illustres: quibus pe-  
 tra cognomentū: At causa necis q; domū suam Valerij & Poppeæ congressibus præ-  
 buissent. Vex nocturnæ quietis species alteri obiecta: tanquā uidisset Claudii spicea  
 corona euictum: spicis retro cōuersis: eaq; imagine grauitatem annonę dixisset. Qui-  
 dam pampineā coronam albertibus folijs uisam: atq; ita interpretatū tradidere: uer-  
 gente autūno mortem principis ostendi. Illud haud ambigitur qualicūq; in somnio  
 ipsi fratriq; perniciē allatam: sestertiū quindecies & insignia præturæ Crispino decre-  
 ta. Adiecit Vitellius sestertiū decies Sosibio: q; Britānicum præceptis: Claudii con-  
 filijs iuaret. Rogatus sentētiā & Scipio: cū idem inquit de admissis Poppeę sentētiā  
 q; omnes putate me idem dicere: quod oēs eleganti temperamēto inter coniugalem  
 amorem & senatoriā necessitatem. Continuus inde & sæuus accusandis reis Suilli-  
 us: multiq; audaciæ eius æmuli. Nā cuncta legum & magistratū muniā in se trahēs  
 princeps: materiam prædandi patefecerat: nec quicq; publicę mercis tam uenale fuit:

*pprii quæta bus my**Crispinus**mito**hilare epulatus**Mozartum m*

q̄ aduocatoꝝ perfidia: adeo ut Samius insignis eques romanus quadringentis num-  
moꝝ milibus Suillio datus: & cognita præuaticatiōe: ferro in domo eius incubuerit.  
Igitur incipiēte. C. Silio cōsule designato: cuius de potentia & exitio in tpe memora-  
bo: consurgūt patres: legēq; Titiam flagitāt: qua cauetur antiquitus: ne quis ob cau-  
sam orandā pecuniā donū ue accipiat. Deinde obstrepentibus his quibus ea contu-  
melia parabatur discors suillio: Silius acriter incubuit ueterē oratoꝝ exempla referēs  
qui famā in posteros præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. Alioquin & bo-  
næ artium principē sordidis ministerijs foedari: ne fidem quidē integram manere:  
ubi magnitudo quæstūū spectetur. Quod si in nullius mercedē negocia tueantur:  
pauciora fore: nunc inimicias: accusationes odia & iniurias foueri. ut quomodo uis  
morboꝝ pretia medentibus: sic fori tabes pecuniā aduocatis ferat. Meminissent. T.  
Galbæ. C. Asini & Messallæ: ac recentioꝝ Aruntij & Esernini ad summa prouecto-  
rum: in corrupta uita: & faciūdia. Talia dicente consule designato: consentiētibus ali-  
is: parabatur sententia: qua lege repetundarum tenerentur. cum Suillius & Cossu-  
tianus: & cæteri qui non iudiciū quippe in manifestos: sed pœnā statui uidebāt: circū-  
sistūt. Cæsare ante acta deprecantes. Et postq̄ annuit tacens: incipiunt. Quē ullū tan-  
ta supbia esse: ut eternitatē famæ spe præsumat. V sui & rebus subsidiū præparari. ne  
quis inopia aduocatorum potentioribus obnoxius sit: neq; tamē eloquentiā gratui-  
to cōtingere: Omitti curas familiares: ut quis se alienis negocijs intēdat. Multos mi-  
litiā quosdā exercendo agros: tolerare uitā. Nihil a quoquā expeti: nisi cuius fructus  
ante præuidetur. Facile Asiniū & Messalam inter Antonium & Augustum belloꝝ  
præmijs refertos aut ditium familiarum hæredes. Eserninos & Aruntios magnum  
animū induisse. Prompta sibi exēpla quantis mercedibus. P. Clodius aut. C. Curio  
contionari soliti sint. Se modicos senatores: qui a rep. nulla nisi pacis emolumenta pe-  
terent. Cogitaret plebē qua roga enitesceret: sublatis studioꝝ pretijs: etiā studia peri-  
tura ut minus decora. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus: capiendis pecunijs:  
posuit modū: usq; ad dena sestertia: quæ egressi repetundarū tenerentur. Sub idem tē-  
pus Mitridates quē imperitasse Armenijs: & ad præsentia Cæsaris uectum memora-  
uit: monente Claudio: in regnū remeauit: fisis Pharasmanis opibus. Is rex hyberis  
idēq; Mitridatis frater: nunciabat discordare Parthos: summaq; imperij. ambigua.  
minora sine cura haberi. Nā inter Gotarzes pleraq; sæua qui necē fratri Artabano: cō-  
iugiq; ac filio eius præparauerat: unde metus eius i cæteros acciure Bardanē. Ille ut  
erāt magnis ausis p̄mptus biduo tria milia stadiorū inuadit. Ignarūq; & exterritū Go-  
tarzem p̄turbat. neq; cūctatur quin p̄ximas præfecturas corripit: solis Seleuceni-  
bus dominationē eius abnuētibus. In quos ut patris sui quoq; defectores ira magisq;  
ex usu præsentis accensus: implicatur obsidiōe urbis ualidæ & munimētis obiecti am-  
nis: muroq; & cōmeatibus firmatæ. Interim Gotarzes Dahæ: Hyrcanoꝝq; opibus  
auctus bellū renouat: coactusq; Bardanes omittere Seleuciā: Bactrianos apud cam-  
pos castra cōtulit. Tunc distractis oriētis uiribus: & quonā inclinaret incertis: casus  
Mitridati datus ē occupandi Armeniam ui militis romani ad excidenda castellorū  
ardua: simul hybero exercitu campos persultante. Nec. n. resistere Armeni: fuso qui  
prelium ausus erat Demonacte præfecto. Paululū contationis attulit rex minoris  
Armenia Cotys: uersis illuc quibusdam proceꝝ. Deinde litteris Cæsaris coercitus:  
& cuncta in Mitridatē fluxere: atrocioꝝ q̄ nouo regno conduceret. At parthi im-  
peratores cū pugnam pararēt: factus repente iaciunt: cognitis popularium insidijs:

Citra Lex

Fori Tabes

Cai

Hic expeti in fctis

sublati p̄missis studiis  
p̄tura

zisti

sedus iacuit

## LIBER. XI.

quas Gotarzes fratri patefecit Congressiq; primo cunctāter: deinde complexi dex-  
 tras: apud altaria deū pepigere fraudem inimicorū ulcisci: atq; ipsi inter se concedere:  
 Potiorq; Bardanes uisus retinendo regno. At Gotarzes ne quid emulatiōis existeret  
 penitus in hircaniā abiit. Regressoq; Bardāe deditur Seleucia septimo post defectio-  
 nem anno: non sine dedecore parthorū: quos una ciuitas tādiu eluserat. Exin ualidissi-  
 mas praefecturas inuasit: & recuperare Armeniā parabat. ni Vibio Marso Syrię le-  
 gato bellū minitāte cohibitus foret. Atq; interim Gotarzes penitentia cōcessi regni:  
 & reuocante nobilitate: cui in pace durius seruitium est: contrahit copias. & huic cō-  
 traitum ad amnē Eridem: in cuius transgressū multū certato: peruicit Bardanes. pro-  
 sperisq; prelijs medias natiōes subegit ad flumen Gyndē: quod Dahas Ariosq; dister-  
 minat. Ibi modus rebus secūdis positus. Nā Parthi quanq̄ uictores longinquā quā-  
 q̄ militiā aspernabantur. Igitur extructis monimentis: quibus opes suas testabatur,  
 nec. n. cuiq̄ ante Arsacidaꝝ tributa illis de gentibus parata, regreditur: ingens gloria.  
 atq; eo ferocior: & subiectis intolerātor: qui dolo ante cōposito: incautum uenatiōi-  
 q; intentū interfecere primā intra iuuentam. sed claritudine paucos inter senū regum:  
 si perinde amorē inter populares: q̄ metum apud hostes quesiuisset. Nece Bardanis  
 turbate Parthorū res inter ambiguos quis in regno acciperetur. Multi ad Gotarzen  
 inclinabāt: quidam ad Meherdatē prolem Phrahatis obsidio nobis datum. Deinde  
 preualuit Gotarzes: potitusq; regia: per se uiciam ac luxū: adegit parthos mittere ad  
 principē romanum occultas preces: quis permitti Meherdatē patrium ad fastigium  
 orabant. Iisdem cōsulibus ludi seculares octingentesimo post Romā conditā: quar-  
 to & sexagesimo q̄ Augustus ediderat spectati sunt. Vtriusq; principis ratiōes preter-  
 mitto: satis narratas libris quibus res imperatoris Domiciani cōposui. Nā is quoq;  
 edidit ludos seculares. ijsq; intētus affui: sacerdotio quindecim uirali preditus ac tū  
 pretor: q̄ non iactātia refero: sed quia collegio quindecim uirū antiquitus ea cura &  
 magistratus potissimū exquebātur officia ceremoniarū. Sedente Claudio. circēsi bus  
 ludis: cū pueri nobiles equis ludicrū troiē inirent: interq; eos Britānicus imperatore  
 genitus & L. Domitius adoptione mox in impium & cognomētum Neronis adsci-  
 tus: fauor plebis acrior in Domitiū loco presagij acceptus ē: Vulgabaturq; affuisse i  
 fantiē eius dracones in modū custodū. fabulosa & externis miraculis assimilata. Nā  
 ipse haud quaq̄ sui detractor unā oīno anguē in cubiculo uisam: narrare solitus ē. Ve-  
 rum inclinatio populi superat ex memoria Germanici: cuius illa reliqua soboles uiri-  
 lis. & matri Agrippinē miseratio augebatur ob se uiciā Messalinę: quę semp infesta  
 & tūc cōmotior: quo minus strueret crimina & accusatores: nouo & furori proximo  
 amore distinebatur. Nam in. C. Siliū iuuentutis romanę pulcherrimū ita exarserat:  
 ut Iuliam Syllanam nobilem scēminam matrimonio eius exturbaret: uacuoq; adulte-  
 ro potiretur. Neq; Silius flagitij aut periculi nescius erat. sed certo si abnueret exitio:  
 & nonnulla fallendi spe simul magnis premijs operiri futura: & presentibus frui pro-  
 solacio habebat. Illa non furtim: sed multo comitatu uentitare domū: egressibus ad  
 herescere. largiri opes: honores. Postremo uelut trāslata iā fortuna: serui liberti: para-  
 tus principis apud adu尔teꝝ uisebātur. At Claudius matrimonij sui ignarus. & munia  
 censoria usurpans: theatralē populi lasciuiam seueris edictis increpuit: q; in. P. Pom-  
 poniū consularē: Is carmina scēnē dabat: inq; scēminas illustres pbra iecerat. Et lege-  
 lata: se uiciā creditorū cohercuit. ne i morte parentū pecunias filijs familiarū scēnori da-  
 rent. Fōtesq; aquarū sub imbruinis collibus deductos urbi intulit. ac nouas litterarū

*quē sumoy**Ludi seculares**Ludicra Troia**Sibi pulcherrima**Munia res**Symbolum*

*p figuratuz scri  
bi*

formas addidit uulgauitq; cōperto quoq; græcā litteraturam nō simul cceptā abso-  
lutamq;. Primi p figuras : aīalium Aegiptij sensus mētis effingebant: & antiquissima  
monimēta memoriæ humanæ impressa saxis cernūtur: & litterarū semet inuētores p  
hibent. Inde phœnicas quia mari præpollebāt intulisse græciæ: gloriāq; adeptos tan-  
q̄ repererint quæ acceperāt. quippe fama ē Cadmū classe phœnicū uectū rudibus ad-  
huc græcorū populis artis eius auctore fuisse. Quidā Cecropē Athoniēsem : uel linū  
thebanum : & tpibus troiāis Pallamedē argiuum memorāt sedecim litterarū formas  
mox alios ac precipuū Simonidē ceteras reperisse. At in Italia & Etrusci ab Corin-  
thio Demaratho: Aorigines Archade ab Euādō didicerunt. Et forma litteris lati-  
nis quæ ueterrimis græcorū. Sed nobis quoq; pauca primū fuere deinde additæ sunt.  
Quo exēplo Claudius tres litteras adiecit quæ usui imperitātē eo : post oblitteratæ:  
aspiciūtur etiā nunc in ære publicādis plebiscitis per fora ac templa fixo. Rettulit de-  
inde ad senatū super collegio aruspicum. ne uetustissima Italiæ disciplina per desidiā  
exolesceret: sæpe aduersis reip. temporibus accitis. quorū monitu redintegratas Ceri-  
monias & in posterū rectius habitas. Primoresq; ethruriæ spōte aut patrū romanorū i  
pulsu retinuisse sciam: & i familias propagasse : Quod nunc segnius fieri pauca circa  
bonas artes socordia & quia externe superstitiōes inualescant. Et læta quidē in presēs  
oīa: sed benignitati deum gratiam referēdam: ne ritus sacrorū inter ambigua culti: per  
p̄sp̄era oblitterarentur. Factū ex eo Senatuscōsultum. Viderent pōtīfices: quæ retinē  
da firmandaq; aruspiciū. Eodem anno Cheruscoꝝ gens regem romæ petiuit : amissis  
per interna bella nobilibus: & uno reliquo stirpis regiæ: qui apud urbē habebatur: no-  
mine Italus. Paternū huic genus e Flauio fratre Armenij. Mater ex Catumero prin-  
cipe Cactoz erat: ipse forma decorus & armis equisq; in patriū nostrumq; morē ex-  
ercitus. Igitur Cæsar auctum pecunia additis stipatoribus: hortatur gētile decus ma-  
gno animo capeffere. Illū primum romæ ortū: nec obsidem: sed ciuem: ire externum  
ad impiū. Ac primo lætus Germanis aduētus: atq; eo magis: q; nullis discordijs i-  
butus pari in omnes studio ageret: Celebrari: coli: modo. comitatē & temperātiām  
nulli inuisā: sæpius uinolentiā ac libidines grata barbaris usurpās. Iāq; apud p̄ximos  
iā lōgius clarescere. Cū potentiā eius suspectātes qui factiōibus floruerāt discedūt ad  
cōterminos populos, ac testificātur: adimi ueterem Germaniæ libertatē & romanas  
opes isurgere: adeo neminē isfdē in terris ortū qui principis locū impleat: nisi explora-  
toris. Flauij p̄genies supra cunctos extollatur: Frustra Armeniū p̄scribi: cuius si fi-  
lius hostili in loco adultus in regnū uenisse posset, extimesci infectū alimonia seruicio  
cultu oibus externis. At si paterna Italo mēs esset: nō aliū infensus arma cōtra patriā  
ac deos p̄cnates: q̄ parētēs eius exercuissē. His atq; talibus magnas copias coegere.  
Nec pauciores Italū seq̄bātur. Nō. n. irrupisse ad iuitos: sed accitū mēorabāt. Quā  
do nobilitate ceteros anteiret: uirtutē expirerētur. an dignū se patrio Armenio: aūo  
Catumero p̄beret. Nec patrē illi rubori eē: q; fidē aduersus romāos uolētibus Ger-  
manis sūptā nunq̄ omisisset. Falso libertatis uocabulū obtēdi ab ijs qui priuati dege-  
neres i publicū exitiosi nihil spei: nisi p̄ discordias habeāt. Ad strepebat huic alacre uul-  
gus. & magno iter barbaros p̄lio: uictor rex: dehinc secūda fortuna ad supbiā pla-  
p̄fus: pulsusq; ac rursus lōgobardoz opib; resect; p̄ lēta p̄ aduersa res cheruscas af-  
flictabat. Per idē tēp; Chauci nulla dissensiōe domi: & morte. Sāq̄nij alacres: dū cor-  
bulō aduētāt: iferiorē Germaniā icurfauere: duce; Gānasco qui natōe caninefas auxili-  
aris & diu merit; post trāsfuga: leuib; nauigijs p̄dabūdus: galloꝝ maxie orā uasta

*Etrusco fuisse  
Anspi. publica*

*Andrū 20  
in p̄mz morē q;  
erat*

*molētra ḡta bar  
barus*

*folo*

*ped*

*ogobardo y opib;  
refect;*

*p̄dabūdus*

*etui. ment;*



## LIBER. XI.

bat: non ignarus dices & imbelles esse. At Corbulo puinciam ingressus: magna cū cū  
 ra & mox gloria cui principiū illa militia fuit: triremes alueo rheni ceteras nauium ut  
 queq; habiles p̄ estuaria & fossas adegit. Intribusq; hostiū deprehensis: & exturbato  
 Gānasco: ubi presentia satis cōposita sunt: legiones operū & laboris ignaras: popula  
 tionibus letātes ueterē ad morē reduxit: ne quis agmine decederet: nec pugnā nisi ius  
 sus iniret. Statiōs uigilię: diurna nocturna q; munia in armis agitabātur. Feruntq;  
 militem quia uallū nō accinctus: atq; aliū quia pugioe tantū accinctus foderet: mor  
 te punitos. que munia & incertū an falso iacta uel aucta: originē tamē e seueritate du  
 cis traxere: Intentūq; & magnis delictis inexorabilem scias cui tantū asperitatis ēt ad  
 uersus leuia credebatur. Ceteris is terror milites hostesq; in diuersum affecit. Nos uir  
 tutē auximus. Barbari ferociā infregere. Et natio Frisiorū per rebellionē clade. L. Apro  
 nij ceptā infensa: aut malefida: datis obsidibus cōsedidit apud agros a Corbulōe descri  
 ptos. Idē Senatū: magistratus: leges iposuit. Ac ne iustā exuerēt: præsidiū inde mu  
 niuit. missis qui maiores Chauco ad deditionē pellicerent: simul Gānascum dolo ag  
 grederētur. Nec irrita aut degeneres insidiā fuere aduersus trāsfugā & uiolatorem fi  
 dei. Sed cede eius mota Chaucoꝝ mētes. & Corbulo semina rebelliois præbebat: ut  
 lata apud plerosq; ita apud quosdā sinistra fama: cur hostē cōciret aduersa in rēp. ca  
 sura: cū p̄spere egisset: formidolosum paci uirū insignē & ignarō principi pragraue.  
 Igitur Claudius adeo nouā in Germanias uim phibuit: ut referri præsidia cis rhenū  
 iuberet. Iā castra in hostili solo molienti Corbuloni: hæ litteræ reddūtur. Ille re subita  
 quanq̄ multa simul offunderētur: metus ex iperatore contēptio ex barbaris: ludibriū  
 apud socios: nihil aliud perlocutus: q̄ beatos quosdā duces romanos: signū receptui  
 dedit. Ne tamen miles otii exueret: iter Mosam Rhenūq; trium & uiginti miliū spa  
 cio fossā p̄duxit qua incerta oceā ni uetarētur insignia tamē triūphi indulsit Cēsār quā  
 uis bellū negauisset. Nec multo post Curtius rufus eundē honorem adipiscitur: qui  
 in agro machiaco recluserat specus quarendis uenis argēti: unde tenuis fructus: nec  
 in longū fuit. At legionibus cum dāno labor & fodere riuos: quæq; in aperto grauias:  
 humū infra moliri. Quis subactus miles & qa plures p̄ puicias similia tolerabātur:  
 cōponit occultas litteras nomine exercituū precātiū iperatore: ut qbus p̄missurus eēt  
 exercitus triūphalia ante tribueret. De origine Curtij rufi quē gladiatore genitū qui  
 dā pdidit: neq; falsa p̄mpseri: & uera exeq; pudet. Postquā adoleuit: sectator quęsto  
 ris cui Africa obtigerat: dū i oppido Adrumeto uacuis p̄ mediū diei porticib; secret  
 agit: oblata ei species muliebris ultra modū humanū. & audita ē uox Tu es rufes: q̄ i  
 hęc puinciā p̄ cōsule uenies Tali omine in spē sublatus: digressusq; i urbē: & largitio  
 ne amicorū: simul acri ingenio: quæsturā: & mox nobiles iter cādidatos p̄eturā princi  
 pis suffragio assequitur. cū hisce uerbis Tiberi<sup>9</sup> dedecus nataliū eius uelauisset. Curti  
 us rufus ur̄ mihi ex senatu. Lōga post hęc senecta: & aduersus supiores tristi adulatōe  
 arrogās minoribus: iter pares difficilis: cōsulare iperū: triūphi insignia: ac postremo  
 Africā obtinuit. atq; ibi defūctus fatale presagiū ipleuit. Interea romę nullis palā ne  
 q; cognitio mox causis. Cn. Noui<sup>9</sup> eques: romāus: ferro accinctus repitur i ceru salutā  
 tiū principē. Nā postq̄ tormētis dilaniabatur: de se Noui<sup>9</sup> cōscios nō edidit. incertū  
 an occultas. Iisdē consulibus. P. Dolobella cēsuit spectaculū gladiatorū p̄ oēs annos  
 celebrādū pecunia eorū qui quęsturā adipiscerētur. Apud maiores uirtutis id premiū  
 fuerat: cunctisq; ciuiū si bonis artibus fiderent: licitum petere magistratus. ac ne etas  
 quidē distinguebatur: quin prima iuuetā cōsulatum ac dictaturas inirent. Sed quæ

*Septim**Corbulo scia et  
pbebat**Exueret otium**Mathias age**Curti<sup>9</sup> Ruffi**Dedecus nata**Infirmulas*

stores regibus etiã tum imperantibus instituti sunt. Quod lex curiata ostēdit ab L. Bruto repetita. Mansitq; Consulibus potestas deligēdi: donec eū quoque honorē populus mādaret. Creatiq; primū Valerius posthumius Acmilii MamerCUS. lxiij. anno post Tarquinius exactos: ut rem militarē comitarentur. Dein gliscētib; negocijs: duo additi qui romē currarēt. Mox duplicatus numerus: stipendiaria iã Italia: & accedentibus prouinciã; uectigalibus. Post legē Syllę uiginti creati supplēdo senatui: cui iudicia tradiderat. Et quanq̄ equites iudicia recuperauissent: qua stura tamen ex dignitate candidatoꝝ: aut facilitate tribuentiũ gratuito cōcedebatur: donec sententia dolobellę uelut uenūdaretur. A. Vitellio. L. Vipsano consulibus: cū de supplendo Senatu agitaretur: primoresq; Gallię quę comata appellatur: fœdera & ciuitatem: romanã pridem affecuti ius adipiscendoꝝ in urbe honorę expeterent: multus ea sup re uariuq; rumor: & studijs diuersis apud principem certabatur: asseuerantiũ nō adeo egram Italiã: ut senatũ suppeditare urbi suę nequiret. Suffecisse olim indigenas cōsanguineis populis: nec pœnitere ueteris reipu. Quin adhuc memorari exēpla: quę priscis moribus ad uirtutem & gloriam romana indoles prodiderit. An parũ q; Veneti & Insubres curiam irruperint: nisi cœtus alienigenarũ uelut captiuitas inferatur? Quē ultra honorem residuis nobiliũ: aut si quis pauper elatio senator foret? Opleturos omnia diuites illos: quorũ aui proauique hostiliũ nationum duces exercitus nostros ferro igniq; ceciderint: Diuũ Iulium apud Alesiam obsederint: Recentia hęc quid si memoria eorũ inoriretur: qui capitolio & ara romana manibus eorũdem prostratis: fruerentur sane uocabulo ciuitatis: Insignia patrũ decora magistratuũ ne uulgarent. His atq; talibus haud permotus princeps: etiã statim contra differuit. & uocato senatu ita exorsus est. Maiores mei quorũ antiquissimus Clauſus origine fabina: simul in ciuitatē romanã & in familias patricioꝝ adscitus ē hortatur uti paribus cōsiliis remp. capeſſam: trãſferendo huc quod usq; egregiũ fuerit. Neq; n. ignoro Iulios Alba: Corũcanos Camerio: Portios Tusculo. & ne uetera scrutemur: Etruria lucaniaq; & oĩ italia in senatũ accitos. Postremo ipsã ad alpes p̄motam: ut nō mō singuli uiritim: sed terrę gentesq; in nomē nostrũ coalescerēt. Tunc solida domi quies & aduersus externa floruimus: cū trãspadani in ciuitatē recepti: cū specie deductarũ per orbē terrę legionũ. additis puincialiũ ualidissimis: fesso imperio subuentũ est. Nũ penitet Balbos ex hispania. nec minus isignes uiros e gallia Narbonēsi trãsiuisse: Manēt posterioꝝ. nec amore in hanc patriã nobis cōcedūt. Quid aliud exitio Lacedemonijs & Atheniēsis fuit: quanq̄ armis pollerēt: nisi quod uictos p̄ alienigēis arcebāt? At cōditor nr̄i Romulus tantũ sapiētia ualuit: ut plerorq; populos eodē die hostes: dein ciues habuerit. Aduenę in nos regnauerūt. Libertinoꝝ filijs magistratus mādati: nō ut pleriq; fallūtur recēs sed priori populo factitatũ est. At cū Senonibus pugnauimus: scilicet Volsci & Equi nũq̄ aduersam nobis aciē instruxere: Capti a gallis sum⁹: sed & Tuscis obsides dedimus. & Sãnitũ iugũ subiuiimus. Attamē si cūcta bella recenseas: nullũ breuiore spacio q̄ aduersus gallos cōfectũ: cōtinua inde ac fida pax. Iã moribus artibus: affinitatibus nostris mixti: aurę & opes suas iferāt potius: q̄ separati habeāt. Oia. P. C. quę nũc uetustissima credūtur: noua fuere. plebei magistratus: p̄t patricios: latini post plebeios: ceterarũ Italię gentiũ post latinos. Inueterascet hoc quoq; & qđ hodie exēplis tuemur: iter exēpla erit. Orationē pricipis secuto patꝝ cōsulto. Pri mi Edui senatorũ i urbe ius adepti sunt: datũ id fœderi antiquo: & qa soli Galloꝝ fraternitatis nomē cū po. ro. usurpāt. Iisdē diebus i numeꝝ patricioꝝ asciuit Cęsar uentu

Origo q̄storũ

gliscētib; negotijs  
stipēdiaria stala

uoluit ut

Clauſus

postios Tusculo

totũ

balbi ex hispania

libertinoꝝ filijs  
magistratus mādati

na uetustissima no  
ua fuere post

Edui fami

## LIBER. XI.

Atissimum quæque senatu: aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maior: & L. Brutus minorum gentium appellauerant: exhaustis etiam quas dictator Cæsar lege Cassia: & princeps Augustus lege Senia sublegere. Lætaque hæc populo. munia multo gaudio censoris inibantur: famosos probris quoniam modo senatu depelleret anxius mitem & recens repertam quandam ex seueritate prius rationem adhibuit: monendo: secum quisque de se consultaret. peteretque ius exequendi ordinis: facilem eius rei ueniam: & motos senatu: & excusatos simul propositurum: ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti: ignominiam molliret. Ob ea Vipsianus consul rettulit: patrem senatus appellandum esse Claudium: quippe promiscuum patris patriæ cognomen: noua in reipublica. merita non usitatis uocabulis honoranda. Sed ipse cohibuit consulem ut nimium assentantem: condiditque lustrum: quo censa sunt ciuium lxxiii. centena & cxliii. milia. isque illi finis in scitiam erga domum suam fuit. Haud multo post: flagitia uxoris noscere ac punire adactus: ut deinde ardesceret in nuptias incestas. Iam Messalina facilitate adulterorum in fastidium uersa ad incognitas libidines profuebat: cum abrupti dissimulationem etiam Silius siue fatali uecordia: an iminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus urgebat: quippe non eo uentum ut senectam principis operirentur: Infontibus innoxia consilia: flagitijs manifestis: subsidium ab audacia petendum. Adesse conscios paria metuentes se celibem: orbem: nuptijs: & adoptando Britannico paratum mansuram eandem Messalinæ potentiam: addita securitate: si præuenirent Claudium ut insidijs incautum: ita iræ properet. Segniter hæc uoces acceptæ: non amore in maritum: sed ne Silius summam adeptus sperneret adulteram: scelusque inter ancipitia probatum: ueris mox pretijs estimaret nomen tamen matrimonij concupiuit ob magnitudinem infamie: cuius apud prodigos nouissima uoluptas est. Nec ultra expectato quam dum sacrificij gratia Claudius hostiam perficere retur: cuncta nuptiarum solennia celebrat. Haud sum ignarus fabulosum uisum iri: tantum ullis mortalium securitatis fuisse in ciuitate omnium gnara & nihil reticente: nedum consulem designatum cum uxore principis: prædicta die adhibitis: qui obsignarent uelut suscipiendorum liberorum causa conuenisse: atque illam audisse auspicum uerba: subisse: sacrificasse apud deos: discubitu inter conuiuas: oscula complexus: noctem denique actam licentia coniugali: sed nihil compositum miraculi causa: uerum audita scriptaque senioribus tradam. Igitur domus principis inhorruerat: maximeque quos penes potentia: & si res uerterentur formido: non iam secretis colloquijs: sed aperte fremere dum industria cubiculum principis occultit adulteros: dedecus quidem illatum: sed excidium procul abfuisse. Nunc iuuenem nobilem dignitate: forma iuuenta: propinquoque consulatu maiorem ad spem accingi. Nec. n. occultum quid post tale matrimonium superesset. subibat sine dubio metus: reputantes hebetem Claudium & uxori deuinctum multasque mortes iussu Messalinæ patratas. rursus ipsa facilitas imperatoris fiduciam dabat: si atrocitate criminis præualuissent: posse opprimi damnatum antequam ream. Sed in eo discrimen uerti: si defensio audiretur: utque clausæ aures etiam confitenti forent. Ac primo Calistus iam mihi circa mortem Cæsarum narratus: & appianæ cædis moli tor Narcissus: flagrantissimaque eo tempore gratia Pallas agitauere: num Messalinam secretis minis depellerent amore Siliij: cuncta alia dissimulantes. deinde metu ne ad perniciem ultro traherentur desistunt: Pallas per ignauiam Calistus prioris quoque regie peritus: & potentiam cautis quam acerbis consilijs tutius haberi. Perstitit Narcissus: & solum id immutans ne quo sermone præsciam criminis: & accusatoris faceret. Ipse ad

*In nuz patris**Famosos probris sen depelle**pro senatus**Subsidium ab Au peni**Cum mil itret**danata anq**Calistus Pallas*

VNDECIMVS

occasiones intentus: longa apud hostiam Cæsaris mora duas pellices: quæ is corpo-  
 ri maxime infueerat: largitione ac promissis & uxore deiecta plus potentia ostetan-  
 do perpulit delationem subire. Exin Calphurnia id pellici nomen: ubi datū secretum:  
 Cæsaris genibus prouoluta nupsisse Messalinam Silio exclamat: simul Cleopatram  
 quæ idem opperiens adstabat: an comperisset: interrogat: atq; illa annuete: cieri Nar-  
 cissum postulat. Is ueniã in prateritum petens: q; ei cis Vectium Planciū dissimula-  
 uisset: nec nunc adulteria obiectur; ait: ne domum: seruitia & ceteros fortunæ appa-  
 ratus reposceret: Frueretur immo ijs: & redderet uxorem: ruperetq; tabulas nuptia-  
 les. An dissidiū inquit tuum nosti: Nam matrimoniū Silij uidit populus: & senatus  
 & miles: ac ni propere agis: tenet urbem maritus. Tum potissimū amicor; uocat: pri-  
 mumq; rei frumentariæ præfectum Turranum. post Luscium Getam pratorianis  
 impositum percunctatur. Quibus fatentibus: tum certatim ceteri circunstrepunt.  
 Iret in castra: firmaret pratorias cohortes: securitati anteq; uindictæ cōsuleret. Satis  
 constat eo pauore offusum Claudium ut identidē interrogaret: an ipse iperij potens  
 an Silius priuatus esset? At Messalina non alias solutio luxu: adulto autumno: fir-  
 mulachrū uindemiæ per domū celebrat Vrgeri prela: fluere lacus: & fœminæ pelli-  
 bus accictæ assultabant: ut sacrificantes uel insanientes bacchæ. Ipsa crine fluxo thyr-  
 sum quatiēs: iuxtaq; Silius hedera uinctus: gerere cothurnos: iacere caput: strepēte  
 circum procaci choro. Ferunt Vectiū ualentem lasciuia: in præaltam arborem con-  
 missum: interrogantibus quid aspiceret: respondisse: tempestatē ab hostia atrocem si-  
 ue ceperat. ea species: seu forte lapsa uox in præsagiū uertit. Non rumor interea: sed  
 undiq; nūcii incedunt: qui ignara Claudio cuncta: & uenire præoptū ultioni afferret.  
 Igitur Messalina lucillianos in ortos: Silius dissimulādo metū: ad munia fori digre-  
 ditur. Cæteris passim dillabentibus affuere centuriōes: inditaq; sunt uincula: ut quis  
 reperiebatur in publico aut per latebras. Messalina tamen q̄q; res aduersę consilium  
 adimerent: ire obuiam: & aspici a marito. quod sæpe subsidiū habuerat: haud segniter  
 intendit. Iussitque ut Britannicus & octauia in cōplexum patris pergerēt. Et uir-  
 bidiam uirginum uestaliū uetustissimam orauit: pontificis maximi aures adire: cla-  
 mentiam expetere. Atq; iterim tribus omnino cōmitantibus: Id repente solitudinis  
 erat: spaciū urbis pedibus cimensa: uehiculo quo purgamenta ortorum eripiuntur: ho-  
 stiensem uia intrat: nulla cuiusq; misericordia: quia flagitior; deformitas præualebat.  
 Trepidabatur nihilominus a Cæsare: quippe Getæ prætorij præfecto haud satis fide-  
 bat ad hœsta seu praua iuxta leui. Ergo narcissus assumptis idē quibus metus: non  
 aliam spē incolumitatis Cæsaris affirmat: q̄ si ius militū uno illo die in aliquem liber-  
 to; transferret: seque offert suscepturum: ac nedū in urbem uehitur ad penitentiam  
 a. L. Vitellio. P. largo cecina mutaretur: i eodē gestamine sedē poscit sumitq;. Crebra  
 post hæc fama fuit: inter diuersas principis uoces. cū modo incusaret flagitia uxoris:  
 aliquando ad memoriam coniugij & infantiam libero; reuolueretur: non aliud pro-  
 locutum Vitellium quam o facinus. O scelus. instabat quidē Narcissus aperire am-  
 bages: & ueri copiam facere: sed non ideo peruicit: quin suspensa & quo duceretur in-  
 clinatura respōderet: exēploq; eius largus Cecina uteretur: & iã erat in aspectu Messa-  
 lina: clamitabatq; audiret Octauia & Britānici matrem: cū obstreperet accusator Sil-  
 lium & nuptias referēs: simul codicillos libidinum indices tradidit: quibus uisus Cæ-  
 saris auerteret. Nec multo post urbē ingredienti offerebantur cōes liberi: nisi Narcis-  
 sus amoueri eos iussisset. Vibidiã depellere nequiuit: quæ multa cū inuidia flagitaret:

Mumomū sili  
 uidit populus

Scenariū ang. uidit  
 q; cōsulat

Ad Mumia fori

cecum  
 hinc itoz de p  
 hinc pualabat

O facin. o scelus

odiali libidi  
 nū iudicof

## LIBER

ne indefensa, cōiunx exitio daretur. Ergo auditus principem & fore diluēdi criminis facultatem respondit. Iret interim uirgo & sacra capesceret. Mir: inter hæc silentium Claudij: Vitellius gnaro propior. oīa liberto obediebāt. patefieri domū adulteri: atq; illuc deduci imperatorē iubet. Ac primū in uestibulo effigiem patris Silij consulto senatus abolitā demonstrat. Tum quicquid habitū Neronibus & Drusis in precium probri cessisse. in cēsūmq; & ad minas prorūpentem: castris infert parata cōtione militum: apud quos præmonēte Narcisso pauca uerba fecit. Nam & si iustū dolorem pudor impediēbat cohortiū clamor dehinc cōtinuus. noīa reorū & pœnas flagitantium: ad motusq; Silius tribunali nō defensionē nō moras tēptauit: precatus ut mors acceleraretur: eadē constantia: & illustres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. Ticiū Proculum custodem Silio ac Messalinæ dat: & iudiciū offerentē: Vectiū ualentē & confessum: & Pompeiū uibicum: ac Saufellū Trogum ex conscijs tradi ad suppliciū iubet. Decus quoq; Calphurnianus Vigilū præfectus. Sulpicius rufus ludi pcurator. Iuncus: Vergilianus senator: eadē pœna affecti solus Mnester cōtationem attulit: dilaniata ueste clamitās aspiceret uerberū notas: reminisceretur uocis: qua se obnoxii iussis Messalinæ dedisset. Alijs largitiōe aut spei magnitudine sibi ex necessitate culpā. Nec cuiq; ante pereūdū fuisse: si Silius rex potiretur. Cōmotum his & pnum ad misericordiā Cæsarem: ppulere liberti: nec tot illustribus uiris interfectis: histrioni cōsuleretur. Sponte an coactus tā magne peccauisset: nihil referre. ne Trauli quidē mōtani equitis ro. defensio recepta est. Is modesta iuuenta: sed corpore insigni: accitus ultro: noctēq; intra unam a Messalina proturbatus erat: paribus lasciujs ad cupidinem & fastidia. Suilio Cesonino & platio laterano mors remittitur. Huic ob patruī egregiū meritū Cesoninus uitij ptectus est: tanq; in illo fēdissimo cētū passus muliebria. Interim Messallina lucilianis in hortis platane uitā: cōponere preces: nōnulla spe: & aliquando ira tanta inter extrema supbia agebat. Ac ni cedem eius Narcissus pperauisset. uerterat perniciē in accusatorē. Nā Claudius domū regressus & tēpestiuis epulis delinitus: ubi uino icalui iri iubet nūciariq; miseræ: hoc. n. uerbo usum ferunt: dicēdam ad causam postera die adesset. Quod ubi auditū & languescere ira: redire amor: ac si contaretur ppinqua nox: & uxori cubuli memoria timebatur: prorupit Narcissus: denūciatq; centuriōibus & tribuno qui aderantur exequi cedem. Ita imperatorē iubere: custos exactor e libertis Euodus datus. Isq; raptim i hortos pgressus. repit fusam humi: assidente matre Lepida: quæ florenti filiæ haud cōcors: supremis eius necessitatibus ad miserationem euiēta erat Suadebatq; ne pculso rem oppiretur. trāsisse uitā neq; aliud q̄ morti decus querendū. Sed aio per libidines corrupto nihil honestū inerat. lachrymēq; & questus irriti ducebatur. Tū impetu uenientiū pulsē fores. astitit Tribunus p silentiū ac libertus increpās multis ac seruilib9 probris. Tūc primū fortunā suam itros pexit. ferrūq; accepit quod frustra iugulo aut pectori p trepidationē admouēs ictu tribuni trāssigitur. corpus matri cōcessum. Nūciatumq; Claudio epulati perisse Messalinam: non distincto sua an aliena manu. nec illē questiuit. poposcitq; poculū. & solita conuiuio celebrauit. Ne secutis quidē diebus odij gaudij: ire: tristitię: ullius deniq; humani affectus signa dedit: non cū lactātes accusatores aspiceret: non cum filios moerentes. Iuuitq; obliuionem eius Senatus: censendo nomē & effigies priuatis & publicis locis demouendas: Decreta Narcisso quæ storia insignia leuissimū fastigij eius cū secundū pallantem & Calistū ageret honesta quidē: sed ex quibus deterrima orirētur: flagitijs multis.

FINIS. XI. LIBRI.

*Subus  
ora hbt obc  
bat*

*Mnester*

*sibi ex nra te d*

*Laterano mors*

*intermittit*

*platare uita*

*epulatus*

*Mors Messal*

*lactates*

*Questoria m*

*stipasso*

CORNELII TACITI HISTORIAE AVGVSTAE LIBER. XII. INCI  
PIT ACTIONVM DIVRNALIVM.

Ede Messalinæ cōuulsa principis domus orto apud liberos certa  
mine: quis deligeret uxore Claudio celibi uita in tonati: & conjugū  
iperijs ob noxio: Nec minore ambitu foemina exarserat suā quaq;  
nobilitatē: formā: opes: cōtendere: ac dignā tāto matrimonio ostē  
rare: Sed maxie ambigebatur iter Loliā paulinā. M. Lolij cōsularis  
filiā & Iuliam Agrippinā germanico genitā. Huic Pallas illi Cali  
stus fautores aderāt. Et Elia petina e familia Tuberonū: Narcisso fouebatur. Ipse mō  
huc mō illuc: ut quēq; suadentiū audierat p̄mptus: discordātes ī consiliū uocat. ac  
p̄mere sententiā. & adijcere rationes iubet. Narcissus uetus matrimoniū: familiā cō  
munē: Nā Antonia ex petina erat: nihil in penatibus eius nouū diserebat: si sueta con  
iunx rediret: haud quāq; nouercalibus odijs usura in Britānicū & octauīā proxima su  
is pignora. Calistus ip̄robatā longo dissidio: ac si rursus assumeretur: eo ip̄so sup̄bā:  
longeq; rectius Loliā induci: quādo nullos liberos genuisset: uacuā aemulatiōe: & pri  
uignis parētis. loco futurā. At Pallas id maxime ī Agrippina laudare q; Germanici ne  
potē secū traheret dignū prorsus ip̄eratoriā fortuna. Stirpē nobilē & familiae claudie:  
quā posteros cōiungeret. ne femina expertā facūditatis itēgra iuuetā: claritudine cesa  
rū aliā ī domū ferret. Pr̄ualuere hęc adiuta Agrippinā illecebris ad cū p̄ specie necessi  
tudinis crebro uentitādo. pellicit patruū: ut prelata ceteris: & nōdū uxor: potētia uxo  
ria iā uteretur. Nam ubi sui matrimonijs certa fuit: struere maiora: nuptiasq; Domicij  
quē ex Cn. enobarbo genuerat: & Octauīa Caesaris filiae moliri. qd̄ sine scelere p̄petra  
ri nō poterat: quia. L. Syllano despōderat Octauīa Caesar. iuuenēq; & alias elaz; insi  
gni triūphaliū & gladiatorij muneris magnificētia p̄tulerat: ad studia uulgi. Sed nihil  
arduū uidebatur in aīo principis: cui nō iudiciū nō odiū erat nisi indita & iussa. Igitur  
Vitellius noīe censoris: seruiles fallacias obtegēs: ingruētūq; doīationū puīfor: quo  
gratiā Agrippinā pararet: cōsilijs eius ip̄licari: serere crimina ī Syllanū cui sane deco  
ra & p̄cax soror Iunia Caluina: haud multū ante Vitellij nurus fuerat hinc inītiū ac  
cusatiōis fratrisq; nō incestū: sed incustoditū amorē ad infamiā traxit. & pr̄bebat Cae  
sar aures accipiēdis aduersus genēz suspitiōibus: caritate filiae p̄p̄tior. At Syllāus ī  
sidiar; nescius: ac forte eo anno pr̄ator: repēte p̄ edictū Vitellij ordine senatorio mor  
uetur: q̄q; lecto pridē senatu: lustroq; cōdito: simul affinitatē Claudius dirrēit: adātū  
q; Syllāus eiurare magistratū & reliquus pr̄aturae dies in Eprīū Marcellū collatus ē.  
C. Pōpeio. Q. Veranio cōsulibus: pactū iter Claudīū & Agrippinā matrimoniū. Iā  
fama amore illicito firmabatur: necdū celebrare sollēia nuptiar; audebāt: nullo exem  
plo deducta ī domū patruī fratris filia. Qui & incestū ac si p̄neretur: ne ī malū p̄blicū  
erūperet metuebatur. Nec ante omīssa cōtatio: q̄ Vitellius suis artibus id p̄petrandū  
sumpsit. Percūctatusq; Caesare: an iussis populi an auctoritati senat⁹ caderet: ubi ille  
unū se ciuū & cōsensu ip̄are respōdit: oppiri intra palatū iubet: Ip̄se cūriā īgreditur: sū  
mamq; reip. agi obtestās: ueniā dicēdi ante alios exposcit. Orditurq; grauissimos p̄ri  
cipis labores: quis orbē terrae capeffat: egere adminiculis: ut domestica cura uacuus: ī  
cōe cōsular. Quod porro honestius cēsoriae mētis leuamē: q̄ assumere cōiugē p̄pis du  
bjsq; sociam: cui cogitatiōes itimas: cui paruos liberos tradat: nō luxui aut uolupta  
tibus assuefactus sed qui prima ab iuuetā legibus obtēperauisset. Postq; hęc fauorabili

pnus

spes non m̄f̄  
uēntitādo

no iudiciū. nō  
odiū

enueat m̄gratū

omīssa cura ua  
cuis

## LIBER. XII.

oratione pramissit: multaq; patrū assentatio sequebat: capto rursus initio qñ maritā dum principē cuncti suaderent deligi oportere sceminā nobilitate: puerperijs: sancti monia insignē. Nec diu inquirendū: quin Agrippina claritudine generis anteiret. datum ab ea fecunditatis experimentū. & congruere artes honestas. Id vero egregiū: q; prouisu deū vidua iungeret principi: sua tm̄ matrimonia experto. Audiuisse a parētib; vidisse ipsos: arripī cōiuges ad libita cæsarē. pcul id a præsenti modestia. Statueretur imo documentū quo vxorē Imperator acciperet. At. n. noua nobis in fratrū filias cōiugia: sed alijs gētibus solemnia: nec lege vlla prohibita. Et sobrinaz diu ignorata tpe addito percrebuisse. morē accōmodari prout conducatur: & fore hoc quoq; i his quæ mox vsurpent. Haud defuere qui certatim: si cūctaretur cæsar: vim acturos testificantes erūperent curia. Conglobat promiscua multitudo. populūq; romanū eadem orare clamitat. Nec Claudius vltra expectato obuiū apud forę præbet se gratatibus. Senatūq; ingressus: decretū postulat: quo iuste inter patruos fratrūq; filias nuptiæ etiā in posterę statuerentur. Neq; tm̄ repertus ē: nisi vnus talis matrimonij cupidus Talledius seuerus eques romanus. quē pleriq; Agrippinæ gratia: impulsū ferebant. Versa ex eo ciuitas & cūcta sceminæ obediebant: non per lasciuia vt Messallina rebus romanis illudenti. Additum & quasi vile seruitiū palam seueritas: ac sapius superbia: nihil domi impudicū: nisi dominationi expediret. cupido auri imēsa obtentum habebat. quasi subsidiū regno pararetur. Die nuptiaz Syllanus sibi mortē cōsciuit: siue eousq; spē vitæ pduxerat: seu delecto die augendā ad inuidiā. Caluina soror eius Italia pulsa ē. Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis. piaculaz apud Lucum dianā p pōtificates danda. irridētibus cunctis q; pœnæ procuratiōesq; incesti id tps exquireretur. At Agrippina ne malis tm̄ facinoribus notesceret. veniā exilij pro Anneo Seneca: simul præturā impetrat lætū in publicū rata: ob claritudinem studiorū eius utq; Domicij pueritia tali magistro adolesceret: & consilijs eiusdē ad spem dominationis vteret: quia Seneca fidus in Agrippinā memoria beneficij. & infensus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Placitū dehinc non vltra cūctari. Sed designatū cōsulē Memmīū pollionē: ingētibus pmissis inducūt: sniam expromere: qua oraret Claudius de spōdere Octauia Domitio: qd̄ atati vtriusq; nō absurdū: & maiora patefacturaz erat. Pollio haud disparibus verbis ac nup Vitellius censet despondeturq; Octauia ac sm̄ priorē necessitudinē: spōsus iam & gener Domicius æquari Britānico studijs matris: arte eorū quis ob accusatā Messallinam vltio ex filio timebat. Per idem tps legati parthorū ad expetēdum vt rettuli Meherdatē missi: Senatū ingrediūt. mādaturaz in hūc modū incipiunt. Nō se fæderis ignaros: nec defectiōe a familia arfacidaz venire. Sed & filiū vononis nepotē Phrahatis accersere aduersus dominationē Gotarzi: nobilitati plebiq; iuxta intollerandā. Iā fratres: iam ppinquos: iā longius sitos: cēdibus exhaustos abiici cōiuges grauidas: liberos paruos: dum socors domi: bellis infaustus: ignauia sauitia tegat. Veterē sibi ac publice cœptā nobiscū amicitia: & subueniendū socijs viriū æmulis: cēdētibusq; per reuerentiā. Ideo regū obsides liberos dari: vt si domesticū imperij tedeat. sit regressus ad principem patresq;. quorum moribus assuetus rex melior adscisceretur. Vbi hæc atq; talia dissertauerit: icipit orationē Cæsar de fastigio romāo: parthorūq; obsequijs seq; diuo Augusto adæquabat: petitū ab eo regem referēs: omīssa Tiberij memoria: q̄q; is quoq; miserat. Addiditq; pcepta. & enim aderat. Meherdates. vt nō dominationē & seruos: sed rectorē & ciues cogitaret. Clementiāq; ac iusticiā quāto ignoratiora barbaris: tāto tollerātiora capesseret. Hic verus ad legatos: extollit laudibus alūnum vrbis spectatē ad id modestiæ. Ac tm̄ seren-

*Hona nō m f  
Alus gōmz*

*Cuncta fēu ob  
debat*

*Seneca*

*Regū libos. ob  
dari*

*petitū ab Aug  
20x*

*Fenda regū ingeniā  
Cas. pitia legū*

*Zeugma i lufente*

*Hinos uetustiffia*

*Sax. hezulis*

*Jahates*

*obuijs*

*aurib' decifis deho  
nestamctuz  
inglorū impuz*

*Muo p fugaf*

da regum ingenia, neq; vsui crebras mutationes. Rem romanā huc facietate glorię p  
uectam: vt externis quoq; gētibus quietem velit datam. Post hec. C. Cassio, qui Syrie  
præerat: deducere iuuenem ripā ad Euphratis iubet. Ea tēpestate Cassius ceteros præ  
eminebat peritia legum. Nā militares artes per ociū ignotæ. Industriosq; ac ignauos  
pax in æquo tenet: Attamen q̄tum sine bello dabat: reuocare priscū morem, exercere  
legiones: cura p̄uisu perinde agere ac si hostis ingrueret. Ita dignum maioribus suis:  
& familia casia ratus: per illas quoq; gentes celebrata. Igit̄ excitis quorum de sententia  
petitus rex: positisq; castris apud zeuma: vnde maxime peruius amnis: postq̄ illustres  
parthi, rexque Arabum Abbarus aduenerat: monet Meherdatem barbarorū impe  
tus acres: cōtatione languescere: aut in perfidiam mutari. Itaq; vrgeret cœpta. Quod  
spretum fraude Abbari qui iuuenem ignarum: & summā fortunam in luxu ratū: mul  
tos per dies attinuit apud oppidum edessam. Et vocāte Carrhene: p̄mptasq; res ostē  
tante si citi aduenissent. nō cominus Mesopotamiam: sed flexu Armeniā petiuit. Id tē  
poris importunum: q̄a hyems occipiebat. Exin niuibus & montibus fessi: postq̄ cam  
pis p̄pinquabant: copijs carrhenis adiungunt̄. Transmissoq; amne tygri: permeant  
Adiabenos: quorū rex hylates societatem Meherdati palā induerat. i Gotarzen per  
occultam & magis fidā inclinabat. Sed capta in transitu vrbs Ninus vetustissima se  
des assyrię, castellū in figne fama: quod postremo inter Dariū atq; Alexandrū proelio  
perfas̄ illic opes conciderant. Interea Gotarzes apud montē cui nomen Sambulos:  
vota dijs loci suscipiebat: præcipua religiōe herculi, qui tēpore statuto: per quietē mo  
net sacerdotes: vt templum iuxta equos venatui adornatos sistāt. Equi vbi pharetras  
telis onustas acceperunt: per saltus vagi: nocte demū vacuis pharetris: multo cū anhelū  
tu redeunt. Rursus deus quas siluas pererrauerint: nocturno visu demonstrat. repe  
riunturq; fusæ passim ferę. Cæterū Gotarzes nundū satis aucto exercitu: flumine cor  
ma p̄ munimento vti. Et q̄q; per insectationes & nuncios ad prælium vocaret̄: ne cetero  
moras, locos mutare, & missis corruptoribus exuēdam ad fidem hostes emergari. Ex  
quis ezates adiabenus mox abbarus arabum cum exercitu abscedunt: leuitate gentilit̄  
& quia experimentis cognitū est: Barbaros malle roma petere reges q̄ habere. At Me  
herdates validis auxilijs nudatus: ceterorum p̄ditione suspecta: quod vnum erat reli  
quum: rē in casum dare: præliorū experiri statuit. Nec detrectauit pugnam Gotarzes  
deminutis hostibus ferox. Concursumq; magna cede: & ambiguo euentu, donec Car  
thenem p̄fligatis obuensis: longius euectū integer a tergo globus circūueniret. Tum  
oī spe perditā: Meherdates p̄missa parrhacis paterni clientis secutus: dolo eius vinci  
tur, traditurq; victori. Atq; ille non p̄pinquum neq; arfacis de gēte sed alienigenam &  
romanum increpans: auribus decifis viuere iubet: ostentui clementię suę & in nos de  
honestamento. Dein Gotarzes morbo obiit: accitusque in regnum Vonones: medis  
tum præsidēs. Nulla huic prospera aut aduersa quis memoraretur: breui & inglorio  
imperio perfunctus est. Resq; Parthorū in filium eius Vologesen trāslata. At Mitri  
dates Bosphoranus amissis opibus vagus posteaq; Didiū ducē romanū: roburq; ex  
exercitus abisse cognouerat: relictos in nouo regno Cotyn iuuenta rudē: & paucas co  
hortiū cū Iulio Aquila equite romano: spretis vtriusq; cōcire nationes: illicere p̄fugas:  
postremo exercitu coacto: regē Dandaridaz exturbat imperioq; eius potitur. Quæ  
vbi cognita: & iā iāq; Bosphorū inuasurus habebat: diffusus p̄prijs virib; aquila & Co  
tys: quia zorfines syracusorū rex hostilia resūpserat: externas & ipsi gratias quesierat.  
Missis legatis ad Eunonem qui Adorforū genti præcellebat. Nec fuit in arduo socie



## LIEER. XII.

tas: potentiam romanā aduersus rebellem Mithridatē ostentantibus. Igitur pepigere  
 equestribus prēlijs eunōes certaret, obsidia urbiū romani capefferent. Iūm cōposito  
 agmine: incedūt, cuius frontem & terga A dorfi media cohortes & Bosphorani tutabā  
 tur nostris in armis. Sic pulsus hostis. Ventūq; Soza oppidū dandaride q; desertū a  
 Mithridate. ob ambiguos populariū animos: obtineri relicto ibi prēsidio uisū. Exin  
 sacros pergunt & transgressi amnē pandam, circumueniūt urbē Vspen: editā loco: &  
 mœnib; ac fossis munitā: nisi q; mœnia nō saxo: sed cratibus iunctis: ac media humo  
 aduersum irrūpentes inualidā erant. educteq; altius turres facibus atq; hastis turba-  
 bant obsessos. Ac ni prēliū nox diremisset: cœpta patrataq; expugnatio eundē itra di-  
 em foret. Postremo misere legatos ueniā liberis corporibus orātes. Seruicij decē mi-  
 lia offerebant: q; asp̄nati sunt uictores: quia trucidare deditos seuū: tantā multitudi-  
 nē custodia cingere arduū: ut belli potius iure caderēt. Datūq; militib; qui scalis eua-  
 serāt signū cedis. Excidio Vsspensū metus ceteris iniectus: nihil tutū ratis cū arma  
 munimēta ipediti uel eminētes loci: amnesq; & urbes iuxta prorumperentur. Igitur  
 Gorsines diu p̄sitato. Mithridatis ne rebus extremis: an patrio regno cōsuleret: post  
 q̄ p̄ualuit gentilis utilitas: datis obsidib; apud effigiē Cēsaris p̄cubuit: magna glo-  
 ria exercitus romani. quē incruentū & uictorē: tridui itinere abfuisse ab amne tanai cō-  
 stitit. Sed, in regressu dispar fortuna fuit. q̄ nauū quasdā: quē mari remeabāt: i litto-  
 ra tauror; delatas: circūuenere barbari: p̄fecto cohortis: & plerisq; cōsulariū interse-  
 ctis. Interea Mithridates nullo i armis subsidio. Cōsultat cuius misericordiā experire  
 tur. Frater Cotys p̄ditor olim: deīde hostis metuebatur. Romanor; nemo id aucto-  
 ritatis aderat: ut p̄missa, eius magni p̄derētur. Ad eunonē cōuertit p̄prijs odijs infen-  
 sum: & recēs cōiuncta nobiscū amicicia: ualidum. Igitur cultu: uultuq; q̄ maximē ad  
 præsentiē fortunā cōparato: regiā ingreditur: genibusq; eius p̄uolutus. Mithridates i  
 quit terra mariq; romanis p̄ tot annos quasitus sponte adsum. Vtere ut uoles ple ma-  
 gni achemenis: q; mihi solū hostes nō abstulerunt. At eunōes claritudine uiri: muta-  
 tione rex: & prece haud degenerē p̄motus, alleuat supplicē. laudatq; q; gentē adorso-  
 rum: q; suā dexterā petendē ueniā delegerit. Simul legatos litterasq; ad Cēsare, i hunc  
 modū mittit. P. romani imperatoribus magna; q; nationū regibus: primam ex simi-  
 litudine fortunē amicitia sibi & Claudio: et cōmunionem uictoriē esse bello; egregi-  
 os fines: quotiēs ignoscendo transigātur. Sic zorfini uicto nihil erepū p̄ Mithrida-  
 te q̄n grauius mereret: nō potentia: neq; regnū precari: sed ne triumpharet: neue p̄e-  
 nas capite expenderet. Atq; Claudius q̄q; nobilitatibus externis mitis: dubitauit ta-  
 men accipere captiuū pacto salutis: an repetere armis rectius foret. Hinc dolor iniu-  
 riar; & libido uindictē adigebat. Sed differebat cōtra. Suscipi bellum auio itinere: i  
 portuoso mari. Ad hęc reges feroces: vagos populos: solū frugū egen;: tū tedium ex  
 mora: picula ex p̄perantia: modicam uictoribus laudē ac multū infamiē si pelleren-  
 tur: quin obriperet oblata: & seruaret exulem cui inopi quāto longiorē uitam, tanto  
 plus supplicij fore. His p̄motus: scripsit Eunoni. meritū quidē nouissima exēpla Mi-  
 thridatē. nec sibi yim ad exequendū deesse. Ver; ita maioribus placitū quātalibet pui-  
 cacia in hoc tētata: beneficentia aduersus supplices utendū. Nam triūphos de popu-  
 lis regnisq; integris adquiri. Traditus post hęc Mithridates: uectusq; romā p̄ Iuniū  
 Colonē p̄curatorē Ponti: ferocius q̄ p̄ fortuna differuisse apud Cēsare ferebat. Ela-  
 taq; vox eius i vulgū hīsce uerbis. Nō sum remissus ad te: sed reuersus: vel si nō credis:  
 dimitte & q̄re vultu. quoc; interrito p̄māsit: cū rostra iuxta custodibus circumdatus:

ut

Obsidia urbiū

Dandaride

Exordiu Vspensū

dum p̄sitato

Apud effigiē Cēsaris p̄cubuit

genib; aduolutus.

Vt ut uolēs ple

Archemenis

bello; egregios

Ne triumpharet

Inopi q̄nto longiorē

tūto plus sup

p̄ce subiecta

visui populo praberetur: Cōsularia insignia coloni. Aquilæ prætoria decernunt. isdē  
cōsulibus atrox odij Agrippina ac Iulia infensa: q̄ secū de matrimonio principis cer-  
tauisset: molit̄ crimina: & accusatorē: qui obijceret chaldeos: magos: interrogatūq̄  
apollinis clarij simulachr̄ sup nuptijs imperatoris. Exin Claudius inaudita rea mul-  
ta de claritudine eius apud Senatū præfatus sorore. L. Volusij genitā: maiorē ei pa-  
truū Cottam Messallā esse Mēnio quōdā regulo nuptā. Nā de. C. Cæsaris nuptijs  
consulto reticebat addidit p̄nciosa in remp. cōsilia & materiā sceleri detrahendā. Pro  
in publicatis bonis cederet italia. Ita quinquagies, festeriū ex opibus imensis exuli re-  
lictū. Et calphurnia illustris fœmina puertit̄. quia formā ei⁹ laudauerat p̄iceps nul-  
la libidine sed fortuito sermone. vnde vis Agrippinæ citra vltima stetit In Iuliā mittit̄  
tribunus a quo ad mortē adigeret. Dānatus & lege repetundar̄ Cadius ruffus accu-  
santibus Bithinis. Gallia narbonēsi ob egregiā in patres reuerentiā datū: vt senatori-  
bus eius puincia: nō exquisita principis sentētia: iure quo Sicilia haberet res suas in-  
uisere liceret. Itureiq̄ & iudei defunctus regibus Suhnio atq̄ Agrippa puincia sy-  
riae additi. Salutis auguriū quinq̄ & viginti annis omissū repeti ac deide: cōtinuari pla-  
citur. Et pomeriū auxit Cæsar more prisco: quo ijs qui ptulere iperij: et terminos  
urbis p̄pagare datur. Nec tñ duces romani q̄q̄ magnis natiōibus subactis: vsurpau-  
rāt. nisi. L. Sylla. & diuus Augustus. Regum in eo ambitio: vel gloria varie vulgata  
Sed initiū cōdēdi: & quod pomeriū Romulus posuerit. noscere haud absurdū reor.  
Igit̄ a foro boario vbi cereū tauri simulachrū aspiciamus: quia id genus animalū a ra-  
tro subdit̄: sulcus designādi oppidi cœptus: vt magnā herculis arā amplecteret̄. In-  
de certis spacijs interiecti lapides: p̄ ima mōtis palatini ad aram cōsi. mox curias vete-  
res: tū ad sacellū Iariū. for̄q̄ romāum. & capitolium nō a Romulo: sed a Tito Tatius  
additū vbi credidere. Mox pro fortuna pomeriū auctū. Et quos tū Claudius termi-  
nos posuerit: facile cognitu: & publicis actis præscriptū. C. Antistitio. M. Suillio cō-  
sulibus adoptio in Domitiū auctoritate Pallātis festinat̄: qui obstrictus Agrippinæ  
vt conciliator nuptiar̄ & mox stupro eius illigatus: stimulabat Claudium: consuleret  
reipu. Britannici puericiam robore circūdaret. Sic apud diuū Augustū quamquā ne-  
potibus subnixū viguisse priuignos A Tiberio sup propriam stirpem Germanicū as-  
sumptū. Se quoq̄ accingeret iuuenet̄ partē curar̄ capefituro. His euictus biēnio ma-  
iorem natu Domitiū filio antepōnit. habita apud Senatū oratione in eundē: quem a  
liberto acceperat modū. Adnotabāt periti nullam antehac adoptionē inter patricios  
claudios reperiri. eosq̄ ab actio clauso continuos durauisse. Ceter̄ actæ principis gra-  
tes: exquisitiore in Domitiū adulatōe. Rogataq̄ lex qua in familiā Claudiā & nomē  
Neronis trāsiret. Auges & Agrippina cognomēto Augustæ: quibus patratis: nemo  
adeo expers misericordiæ fuit: quē nō Britānici fortunæ inceror afficeret Desolat⁹ pau-  
latim ēē feruilibus ministerijs p̄ intempestiua nouercæ officia: in ludibria vertebat. in-  
relligēs falli se. Neq̄. n. segnē fuisse indolē ferunt siue ver̄ seu piculis cōmēdatis reti-  
nuit famā sine expimento. Sed Agrippina quo vim suā socijs quoq̄ natiōibus osten-  
taret: in oppidū Vbicrū: in quo genita erat: veteranos coloniāq̄ deduci impetrat cui  
nomē inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat. vt eam gentē rheno transgressā  
auus Agrippa in fidē acciperet. Iisdē temporibus in superiore germania trepidatū: ad  
uentu Catthor̄ latrocinia agitātium. Deinde. L. Pomponius legatus auxiliares Vuā-  
gionas ac Nemetas addito equite alario monuit: vt anteirent populatores: vel dila-  
p̄lis improuisi circūfunderent. Et secuta consilium ducis industria militijs. diuisiq̄ in

*Stipula  
storia insignia*

*Claretudo Lolia  
publonta bona  
Lolia*

*Iturei  
Salutis auguriū  
pomeriū auxit*

*Optio in Domitiū  
Pallat' sup Agripp  
p̄nc obstrictus  
Capefitum*

*Appro Clau-  
dia  
Agrip. Auusta*

*fama in expimento  
Colonia Agrippina*

## LIEER. XII.

duo agmina: qui leuui iter petiuerāt: recens reuerfos: prædaq; per luxū vfos: & somno graues circunuenere. Aucta læticia: q; quosdā e clade variana quadragesimū post annum seruitio exemerant. At qui dextris & ppioribus compendijs ierant obuiio hosti: & in aciem aufo: plus cladis faciunt. Et præda fama; onusti: ad montem tauz; reuertunt. Vbi Pomponius cū legionibus opperiebat: si Catthi cupidine vlciscendi ca sum pugna præberent. Illi metu ne hinc romanus: inde Cherusci: cū quis æternum discordant: circūgrederent: legatos in urbem & obsides miserere. decretusq; pomponio triūphalis honos: modica pars famæ eius apud posteros: in quis carminū gloria præcellit. Per idem tēpus Vānius Sueuis a Druso casare impositus: pellit regno: prima iperi; atate clarus acceptusq; popularibus. Mox diuturnitatem in superbiā mutat: & odio accolaz; simul domesticis discordijs circunuentus. Auctores fuere Iubillius hermundo; rex: & Vando ac Sydo sorore Vānij geniti. Nec claudius q̄q; sæpe orat; arma certātibus barbaris interposuit. tutū Vānio per fugium p̄mittēs si pelleret scripsitq; P. Atillio hystro: qui pannoniæ præsidebat: legionē ipsaq; e puincia lecta auxiliā: p̄ ripa componeret subsidio victis: & terrori aduersus victores: ne fortuna elati: nostrā quoq; pacē turbarentur. nam vis innumera ligij aliq; gentes aduentabāt fama ditis regni qd' Vannius. xxx. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipsi manus ppria pedites. eques. e sarmatis lazibus erat: ipar multitudini hostium. eoq; castellis sese defensare: bellumq; ducere statuerat. Sed laziges obsidionis impatiētes: & pximos per campos vagi: necessitudinem pugna; attulere: quia Ligius hermundurusq; illic ingruerant. Igit' digressus castellis Vannius: fundit' prælio. q̄q; rebus aduersis laudatus q; & pugnam manu capessuit: & corpore aduerso vulnera excepit. Ceterz ad classē in danubio opperientē pfugit. Secuti mox cliētes: & acceptis agris: in Pannonia locati sūt. Regnū Vangio ac Sydo iter se partiure. egregia apd' nos fide. subiectis suo ne an seruitij ingenio: dū adipiscerent' dominatiōes multa caritate: & maiore odio postq; adepti sunt. At in Britannia. P. Ostoriiū pp̄ratorē turbidæ res excepe: effusis i agrū socioz; hostibus: eo violēt' q; nouū ducem exercitu ignoto: & cepta hyeme ituz; obuiam nō rebant'. Ille gnarus primis euētibus metū aut fiduciam gigni: citas cohortes rapit. & caesis qui restiterunt: disiectos cōfectatus: ne rursus conglobarent': infensa q; & infida pax nō duci nō militi requiē permitteret: detrahēre arma suspectis: cinctosq; Castris Antonā & Sabrinā fluuios cohibere parat. Quod primi Icenī abnuere valida gens: nec prælijs concussa quia societate nostram volētes accesserāt: Hisq; aucto ribus circūiecte nationes locum pugne; delegere septum agresti aggere & additu angusto: ne p̄ariius equiti foret. Ea munimenta dux romanus: q̄q; line robore legionū sociales copias ducebat: perrūpere aggredit'. & distributis cohortibus turmas quoq; peditū ad munia accingit. Tunc dato signo p̄fringūt aggerē. suisq; claustris ipeditos turbāt. Atq; illi cōscientia rebelliois & obseptis effugijs: multa & clara facinora fecer. Qua pugna filius legati. M. Ostorius suati ciuis decus meruit. Ceterz clade. Icenoz; compositi qui bellū inter & pacē dubitabant. & ductus in Cangos exercitus. Vastati agri. prædæ passim actæ: nō ausis acie hostibus: vel si ex occulto carpere agmē tētarēt: punito dolo. Iā ventū haud p̄cul mari: qd' hyberniam insulā aspectat. cū ortæ apud Brigantes discordiæ: retraxere ducē: destinationis certū: ne noua moliret: nisi prioribus firmatis. Et Brigantes quidē paucis qui arma captabāt interfectis: in reliquos data venia: refedere. Sylūraz; gens nō atrocitate: non clementia mutabat: quin bellū exerceat. castrisq; legionū præmeda foret. Id quo p̄mptius veniret: colonia Camulodu

*Clades Variana**Etiam dicitur**pomponij æm**glā**vibillij**hystor pannoniz**sicabat**in britania turb**z**Socialis copia**Ad munia ac**Contra rebelle**Suati ciuis**brigant**Syluz gē*

num valida veteranorum manu: deducit in agros captiuos subsidiū aduersus rebelles: & imbuendis socijs ad officia legum. Itum inde in Syluras super ppriam ferociam Caractaci viribus confisos. quē multa ambigua: multa psp̄era extulerāt: vt ceteros Britānorū imperatores pr̄mineret. Sed tum astu: tum locoꝝ fraude prior: vi militū inferior: transfert preliū in Ordolucas. additisq; qui pacē nōstra metuebant: nouissimū casum experit: sumpto ad preliū loco. vt aditus: abscessus: cūcta nobis importuna: & suis in melius essent. Tunc mōtib; arduis: & si qua clementer accedi poterant in modum valli: saxi prestruit. Et praefluebat amnis vado incerto: cateruaq; maiorē p munimentis cōstiterant. Ad hoc gērium ductores circumire: hortari: firmare aīos: minundo metu accendenda spe: alijsq; belli incitamentis. Enim vero Caractacus huc illuc volitans: illum diem: illam aciem testabat: aut recuperandæ libertatis: aut seruitutis aternæ initium fore. vocabatq; nomina maiorū qui dictatorem Cæsarem pepulissent: quorū virtute vacui a securibus & tributis: intemerata cōiugum & liberorū corpora retinerent. Hæc atq; talia dicenti adstrepere vulgus: gentili quisq; religioni obstringi nō telis: nō vulneribus cessuros. Obstupescit ea alacritas ducē romanū. simul obiectus amnis: additum vallum iminentia iuga: nihil nisi atrox & ppugnatoribus frequēs terrebant. Sed miles preliū poscere. cūcta virtute expugnabilia clamitare. prefectiq; ac tribuni paria differentes: ardorem exercitus intendebant. Tum Ostorius circūspectis quæ ipenetrabilia queq; peruia ducit: infensos. amnēq; haud difficulter euadit. Vbi vētum ad aggerem: dum missilibus certabat: plus vulnēꝝ in nos: & plerēq; cedes oriebant. Posteaq; facta testudine: rudes & informes saxorū compages distractę: parq; cominus acies: decedere Barbari in iuga montiū. Sed eo quoq; irrupere ferentarius grauisq; miles. Illi telis assultantes: hi conferto gradu: turbatis contra Britannorū ordinibus: apud quos nulla loricaꝝ galearū tegmina. & si auxiliarijs resisterent: gladijs ac pilis legiōarioꝝ: si huc verterent spatia & hastis auxiliariū sternebant. clara ea victoria fuit. captaq; vxore & filia caractaci: fratres quoq; in deditiōnem accepti. Ipse vt ferme in tuta sunt aduersa cū fidem Cartimandue reginę Brigantum petiisset: victus: ac victoribus traditus est: nono post anno q̄ bellū in Britannia cœptum. Vnde fama eius euecta isulas: & p̄ximas puiciās peruagata: p̄ Italiā quoq; celebrabat. auebātq; visere: quis ille tot. per annos opes nostras spreuisset. Ne romę quidem ignobile Caractaci nomen erat. Et Cæsar dum suum decus extollit: addidit gloriā victo. Vocatus quippe vt ad insigne spectaculum populus. Sterere in armis pretorię cohortes campo qui castra preiacet. Tunc incedentibus regijs clientulis phalerę torquesq; queq; externis bellis quęsierat: traducta: mox fratres & coniunx & filia: postremo ipse ostentatus. Ceterorū preces degeneres fuere ex metu. At non caractacus aut vultu demisso aut verbis misericordiam requirens: vbi tribunali astitit: in hunc modum locutus est. Si quanta nobilitas & fortuna mihi fuit: tanta rerum p̄sperarum moderatio fuisset: amicus potius in hanc urbem: q̄ captus venissem: Neq; dedignatus essem claris maioribus ortus: pluribus gentibus imperitans fœdere pacem accipere. Presens fors mea vt mihi informis: sic tibi magnifica est. Habui equos. viros: arma: opes: quid mirum si hæc inuitus amisi: Nam si vos omnibus imperitare vultis: sequit̄ vt omnes seruitutem accipiant. Si statim deditus traderer: neq; mea fortuna: neq; tua gloria inclaruisset. & supplicium mei obliuio sequeret. At si incolumen seruaueris: eternum exemplar clementię ero. Ad ea Cæsar veniam ipsiq; & coniugi & fratribus tribuit. Atq; illi vinculis absoluti. Agrippinam quoq; haud p̄cul alio suggestu conspicuam: isdem qui

*inire*

*q Cæsare pepulisset*

*Cūcta virtute expugnabilia*

*Copioses saxorū  
ferentarius*

*In tuta sunt aduersa*

*Caractaci ostentatus  
p. 2.*

*of mea mi informis  
si magnifica*

*Agrippinā in suggestu*

## LIEER. XII.

bus principem laudibus gratijsq; venerati sunt. Nouū sane: & moribus veterū infolium: foemina signis romanis praesidere. Ipsa semet parti a maioribus suis iperij sociā ferebat. Vocati posthac patres multa & magnifica sup captiuitate caractaci differuerē. neq; minus id clarū q̄ cū Siphacē. P. Scipio: Persem. L. Paulus: & si qui alij victos reges po. r. ostendere. Cēsēnt Ostorio triūphi insignia: p̄ speris ad id rebus eius: mox ambiguus: siue q; amoto caractaco: quasi debellatū foret: minus intēta apud nos militia fuit: siue hostes miseratiōe tantū regis: acrius ad vltionē exarsere. Praefectū castrorum: & legionarias cohortes extruēdis apud Syluras praesidijs relictas. circūfundūt. Ac n̄ cito nūcijs & castellis p̄ximis subuentū foret: copiarū obsidiōe occubisset. Praefectus tñ & octo centuriones: ac p̄mptissimus quisq; manipulus cecidere. nec multo post: pabulātis nostros: missasq; ad subsidiū turmas: p̄fligant. Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit: nec ideo fugā sistebat: ni legiones p̄eliū excepissent. Earū robore aquata pugna: deī nobis p̄ meliore fuit. Effugere hostes tenui dāno: quia inclinabat dies. crebra hinc p̄elia: & sapius ī modum latrocinij: per saltus per paludes: vt cuiq; fors: aut virtus temere puīsa ob irā ob praedā iussit: & aliquando ignaris ducibus: ac p̄cipua Sylurū peruicacia: quos accēdebat vulgata Imperatoris ro. vox. vt quōdam Sycambri excisi: vt ī gallias traiecti forent: ita Sylurū nomē penitus extinguēdū. Igit̄ duas auxiliares cohortes auaricia praefectorū incautius populātes intercepere. Spolia q; & captiuos largiēdo: ceteras quoq; nationes ad defectionē trahebant: cū tedio curarū fessus Ostorius cōcessit vitā laetis hostibus: tanquā ducē haud spernendū: & si nō p̄eliū: at certe bellum absumisset. At Cæsar cognita morte legati: ne puincia sine rectorē foret. A. Didii suffecit. Is p̄pere vectus: non tñ integras res iuenit: aduersa interrim legiōis pugna: cui Manlius valens p̄rerat. Auctaq; & apud hostes eius rei fama: quo venientē ducē exterrerēt. Atq; illo augente audita vt maior laus cōpositi: vel si durauissent: venia iustior tribuerēt. Sylures id quoq; dānum intulerant lateq; persultabāt. donec accursu Didij pellerēt. Sed post captū caractacū: p̄cipuus scia rei militaris Venutius e Iugantū ciuitate: vt supra memorauī: fidusq; diu: & romanis armis defensus: cū Cartimādam reginam matrimonio teneret. mox orto dissidio: & statim bello et aduersus nos hostilia iduerat. Sed primo tātum inter ipsos certabat: callidisq; Cartimandā artibus: fratrem ac p̄pinquos Venutij intercepti. Inde accensi hostes: stimulantē ignominia: ne foeminae imperio subderent: valida & lecta armis iuuentus regnū eius inuadunt: quod nobis p̄auisum. & missa auxilio cohortes acre p̄elium fecere: cuius initio ambiguo: finis laetior fuit. neq; dispari euctu pugnatum a legione cui Cersius Nasica p̄rerat. Nam Didius senectute grauis: & multa copia honorū: per ministros agere & arcere hostem satis habebat. Hęc q̄q; a duobus ostorio Didioq; p̄p̄toribus plures per annos gesta coniunxi: ne diuisa haud perinde ad memoriam sui valerent. Ad temporū ordinem redeo. T. L. Claudio quintum Ser. Cornelio Orfito consulibus: virilis toga Neroni maturata. quo capeſsende reipu. habilis videret. Et Cæsar adulationibus senatus: liberis cessit: vt vicesimo ætatis anno: cōsulatum Nero iniiret. Atq; interim designatus p̄ consulare imperiū extra urbem haberet: ac princeps iuuentutis appellaret. Additum nomine eius donatiuum militi. cōgiarium plebi: Et ludicro circensium quod acquirendis vulgi studijs edebat: Britannicus in p̄texta: Nero triumphalium veste transfuecti sunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio illum puerili habitu ac perinde fortunam vtriusq; p̄sumeret. Simul qui Centurionum tribunorumq; sortem Britannici miserabantur remoti fictis causis: & alij per

Mors Ostorij

Didi? suffecit h  
no

naq;

Vilis toga Heron

xx anno consul He

princeps iuue

donatiuum

Cognatiuum

*Domitium salutauere  
bruta.*

*Educatores brutam  
o amore*

*Regnum cohortium  
Ad Afa. buz*

*Felicitas Agrippina*

*Inaste potestis ad*

*Fames*

*10 diey alimeta  
nobi.*

*Humb? in p. 2  
pmissa*

*Ibeni*

*parat artes elochy*

speciem honoris: et libertorum si quis incorrupta fide depellit. Tali occasione obuij inter se: Nero Britanicum nomine ille Domitium salutauere quod ut discordie initium: Agrippina multo quaestu: ad maritum defert. Spem quippe ad adoptionem: quaeque censuerint patres: iusserit populus: intra penates abrogari. Ac nisi prauitas tam infensa docetium: arceat eruptura in publicam perniciem. Comotus his tanquam criminibus Claudius optimum quencumque educatorem filij: exilio ac morte afficit: datosque a nouerca: custodia eius imponit. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat: ni praetoriae cohortium cura exoluere: Luscius Geta: & Rufus crispinus quos Messalinae memores & liberis eius deuinctos credebatur. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum: & si ab uno regerent inuentiorem fore disciplinam asseuerante vxore: transfert regimen cohortium ad Burrhum afrannium egregiae militaris famae: gnarum tamen cuius sponte praeficeret. Suum quoque fastidium Agrippina extollere altius. Carpentum capitolium ingredi. qui mos sacerdotibus: & sacris druidibus antiquitatis concessus. Venerationem augebat foeminae quam Imperatore genitam sororem eius qui rex potitus sit: & coniugem & matrem fuisse: unicum ad hunc diem exemplum est. Inter quae praecipuus propugnator eius Vitellius: validissima gratia: aetate extrema: adeo incertae sunt potentium res accusatione corripit: deferente Iunio Lupo senatore. Is crimina maiestatis & cupidinem imperij obiecit. Praeuiissetque aures Caesar: nisi Agrippinae minis magis quam precibus: mutatus esset: ut accusatori aqua atque igne interdiceret. Haecenus Vitellius voluerat. Multa eo anno prodigia euenere. isse sum diris auibus capitolium crebris terremotibus pruptae domus. ac dum latius metuit trepidatione vulgi: inualidus quisque obrutus. Frugum quoque egestas: & orta ex eo fames: in prodigium accipiebant. Nec occulti tantum quaestus: sed iura reddentem Claudium: circumuafere clamoribus turbidis. pulsamque in extremam fori partem urgebant. donec militum globo: infestos perripit. quindecim diebus alimeta urbi non amplius super fuisse constitit. magnaque deum benignitate: & modestia urbis rebus extremis subuentum. At hercule olim italiae regionibus longinquas in puincias comestus portabant. nec nunc infecunditate laborat. sed Africam potius & aegyptum exercemus. nauibusque & casibus vita populi ro. permissa est. Eodem anno bellum inter armenios hyberosque exortum: Parthis quoque ac romanis grauissimorum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat: materna origine ex pellice graeca: concessu fratris regnum adeptus hyberos Pharasmanes vetusta possessione. Armenios frater eius Mithrydates optinebat opibus nostris. Erat Pharasmani filius nomine Rhadamistus: decora proceritate: vi corporis insignis: & patrias artes edoctus. claraque inter ac colas fama. Is modicum hyberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat quam ut cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iuuenem potentiae promptae: & studio popularium accinctum: vergentibus iam annis suis metuens. aliam ad spem trahere. & Armeniam ostentare: pulsus Parthis: datam Mithrydati a semet memorando. Sed vim differendam: & potioem dolum quo incautum opprimerent. Ita Rhadamistus simulata aduersus patrem discordia: tanquam nouercae odijs impar. pergit ad patrum multaque ab eo comitate in speciem liberum cultus: primores Armeniorum ad res nouas illicit: Ignaro & orante isuper Mithrydate: reconcillationis specie assumpta. Regressusque ad patrem: qua fraude confici potuerit prompte nunciat. cetera armis exequenda. Interim Pharasmanes belli causas confingit: prelianti sibi aduersus regem Albanorum: & romanos auxilio vocanti fratrem aduersatum. eamque iniuriam excidio ipsius ultimum iturum. Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione subita ter

## LIEER. XII.

ritum exutumq; campis Mithrydatem: compulit in castellum Gorneas: tutum loeo  
 ac p̄sidio militum: quis Celius Pollio p̄fectus. Centurio Casperius p̄erat. Ni-  
 hil tam ignarū barbaris q̄ machinamenta & astus oppugnationum. At nobis ea pars  
 militiæ maxime gnara est. Ita Rhadamistus frustra vel cum dāno tentatis munitioni  
 bus obsidium incipit. Et cum vis negligeret: auariciam p̄fecti emercat: obestante  
 Casperio: ne socius rex: ne Armenia donum populi romani scelere & pecunia vende-  
 rentur. Postremo quia multitudinem hostium Pollio: iussa patris Rhadamistus ob-  
 tendebant: pactus inducias abscedit. vt nisi Pharasmenem bello absterruisset. T. Vi-  
 nidium quadratum p̄sidem Syriæ doceret quo in statu Armeniæ forent. Digressu  
 centurionis velut custodię exolutus p̄fectus: hortari Mithrydatem ad sanciedum  
 fœdus. Coniunctionem fratrum. ac priorem ætate Pharasmenem & cetera necessitu-  
 dinum nomina referens: q̄ filiam eius in matrimonio haberet: q̄ ipse Rhadamisto so-  
 cer esset Non abnuere pacem hyberos quanq̄ in tempore validiores. & satis cognita  
 Armeniorum perfidia. nec aliud p̄sidij q̄ castellum cōmeatu egenum: ne dubitaret  
 armis q̄ incruentas condiciones malle. Cunctante ad ea Mithrydate & suspectis p̄-  
 fecti consilijs q̄ pellicem regiam polluerat: inq; omnem libidinem venalis habebat:  
 Casperius interim ad Pharasmenem peruadit. Vtq; hyberi obsidio decedant expositu-  
 lat. Ille p̄palam incerta: & sapius molliora respondens: secretis nuncijs monet Rha-  
 damistum oppugnationem quoquo mō celerare. Augetur flagitij merces. & Pollio  
 occulta corruptione impellit milites: vt pacem flagitarent. seq; p̄sidio abituros mi-  
 nitarentur. Qua necessitate Mithrydates diem locumq; fœderi accepit. Castelloque.  
 egredit. Ac primo Rhadamistus in amplexus eius effusus: simulare obsequium: so-  
 cerum ac parentem appellare. Adijcit iurandum non ferro: nō veneno vim allatu-  
 rum: simul in lucum p̄pinquum trahit. prouisum illic sacrificium imperatum dicti-  
 tans: vt dijs testibus pax firmaret. Mos est regibus quotiens in societatem coheant:  
 implicare dextras. pollicesq; inter se vincire: nodoq; perstringere. Mox vbi sanguis i ar-  
 tus extremos suffuderit leui ictu cruorē eliciunt: atq; inuicem lambunt. Id fœdus ar-  
 chanum habet: quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc qui ea vincula admouebat:  
 decidisse simulans: genua Mithrydati inuadit. ipsumq; prosternit Simulq; concursu  
 plurium initiuntur catenæ ac compedes. q̄ dedecorum barbaris trahebatur. Moxq;  
 vulgus duro imperio habitum: probra ac verbera intentabat. Et erant contra qui tan-  
 tam fortunæ commotionem miserarent. Secutaq; cum paruis liberis coniunx cun-  
 cta lamentatione complebat: diuersis & contactis vehiculis abduñt: cum Pharasme-  
 nis iussa exquirent illi cupido regni fratre & filia potior: animusq; scelerib⁹ paratus.  
 visui tamen consuluit: ne coram interficerent. Et Rhadamistus quasi iurandi me-  
 mor. non ferrum non venenum in sororem & patruum expromit: sed proiectos in hu-  
 mum: & veste multa grauiq; opertos necat. Filij quoq; Mithrydati q̄ cædibus paren-  
 tum illachrimauerant. trucidati sunt. At Quadratus cognoscens p̄ditum Mithryda-  
 tem: & regnū ab interfectoꝝ obtineri. vocat consilium. docet acta. & an vlciscere  
 tur consultat. Paucis decus publicum cure plures tuta differunt: Omnes scelus exter-  
 num cum leticia habendum. Semina etiam odiorū iacienda: vt sepe principes roma-  
 ni eandem Armeniam specie largitionis turbandis Barbarorum animis p̄buerint.  
 Potiretur Rhadamistus male partis: dum inuisus: infamis. quando id magis ex vsu q̄  
 si cum gloria adeptus foret. In hanc sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori vr-  
 derentur: & diuersa Cæsar p̄ciperet: missi ad Pharasmenem nunciij: vt abscederet a fi-

*obsidium**in aq; libidines  
nalis**Simulare obsequi**pollucet uicē: et  
nō labet.**obsequi uicem  
dūp**Veste mita optoꝝ  
cat**potiretur male pa-  
dus inuisus*

nibus Armenijs filiūq; abstraheret. Erat Cappadocię pcurator Iulius Pelignus Igna  
ui animi: & de ridiculo corporis iuxta conspiciendus. sed Claudio perquā familiaris:  
cū priuatas olim conuersationes curaret: iners ociū oblectaret. Is pelignus auxilijs p  
uincialium contractis: tanq̄ recuperaturus Armeniam: dum socios magisquā hostes  
predat̄ abscessu suorum: & incurfantibus Barbaris: p̄sidiij egens: ad Rhadamistum  
venit: doniq; eius euictus: vltro regium insigne sumere cohortatur. Sumentiq; adest  
auctor & satelles. Quod vbi turpi fama diuulgatum ne ceteri quoq; ex peligno con  
iectarentur: Heluidius priscus legatus cum legione mittitur: rebus turbidis pro tem  
pore: vt consuleret. Igit̄ ppe montem taurum transgressus: moderatione plura quā  
stret. Nam Vologeses casum inuadende Armeniæ: obuuisse ratus: quam a maiori  
bus suis possessam: externus rex flagitio obtineret: contrahit copias fratremq; Tirida  
tem deducere in regnum parat: nequa pars domus sine imperio ageret. Incessu Par  
thorum sine acie pulsi hyberi. Vrbsq; Armeniorum Artaxata & Tygranocerta iugū  
accipere. Deinde atrox hyems. seu parum prouisi commeatus: & orta ex vtroque ta  
bes: percellunt vologesen omittre p̄sentia Vacuamq; rursus Armeniam Rhada  
mistus inuasit: truculāntior q̄ antea: tanquam aduersus defectores: & in tempore bel  
laturus. Atq; illi q̄uis seruitio sucti patientiam abrumpunt: armisq; regiam circume  
unt. Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit: q̄ pernicitas equorum. quis seq; & coniu  
gem abstulit. Sed coniunx grauida: primam vt cunq; fugam ob metum hostilem &  
mariti caritatem tollerauit. Post festinatione continua: vbi quati vterus: & viscera vi  
brantur: orare vt morte honesta contumelijs captiuitatis eximeretur. Ille primo am  
plecti alleuare. adhortari. modo virtutem admirans. modo timore eger: ne quis re  
licta potiretur. Postremo violentia amoris: & facinorum non rudis: distringit acyna  
cem. Vulneratamq; ad ripam Araxis trahit flumini tradit ne corpus etiam auferre  
tur. Ipse p̄cep̄s hyberos ad patrum regnum peruadit. Interim zenobiam id mulie  
ri nomen: placida illuue: spirantem ac uite manifestam aduertere pastores: & dignita  
te formę haud degenerē reputantes: obligant vulnus. agrestia medicamina adhibent:  
cognitoq; nomine & casu: in urbem Artaxata ferunt. vnde publica cura deducta ad  
Tyridatem: comiterq; excepta: cultu regio habita est. Fausto Sylla. Siluio othone cō  
sulibus Furius scribonianus in exilium agitur: quasi finem principis per chaldeos scri  
taretur. Adnectabatur crimini Junia mater eius. vt casus prioris: Nam relegata erat  
impatiens. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam mouerat. Idque ad cle  
mentiam trahebat Cęsar: qui stirpem hostilem iterum conseruaret. Neq; tamen exuli  
longa post hac vita fuit. morte fortuita: an per venenum extinctus esset vt quisq; credi  
dit vulgauere. De mathematicis Italia pellendis factum senatus consultum atrox &  
irritum. Laudati dehinc oratione principis: qui ob angustias familiares ordine sena  
torio sponte caderent. Motiq; qui remanendo impudentiam paupertati adijcerent.  
Interq; refertur ad patres de pœna fœminarū: quæ seruis coniungerentur. Statuitque  
vt ignaro domino ad id prolapsa: in seruitutem sui consensisset: & qui nati essent pro  
libertis haberentur: Pallanti quem repertorem eius relationis ediderat Cęsar: p̄  
toria insignia: & centies quinquagies sestertium censuit. Consul designatus Bar  
ca Soranus. additum a Scipione: Cornelio grates publicæ agendas qui regibus ar  
chadiæ ortus: veterrimam nobilitatem vsui publico postponeret. seque inter mini  
stros principis haberi sineret. Aseuerauit Claudius contentum honore Pallantem:

deducto corpore de  
spitendū

apud illos

Tyridates sibi  
Artaxata  
Tygranocerta

subsidium p̄matu  
equorū

Agit Arinae

oblyat vulnus  
Zenobia

Scribonianus in  
exiliū  
Camilli arma per  
Dalmatiam

Mathematici

chē. s. sp̄k̄ cedent

na f̄uē q̄ b̄uif  
quorū  
allatū omnimoda



LIBER. XII.

intra priorem paupertatem subsistere. Et fixum est aere publico senatus consultum. quo libertinus sestertij ter milies possessor: antiquæ parsimonix laudibus cumu-  
labatur. At non frater eius: cognomento felix: pari moderacione agebat: iam pri-  
dem iudea impositus: & cuncta malefacta sibi impune ratus: tanta potetia subnixo.  
Sane præbuerant Iudei speciem motus orta seditione. Postquam cognita cæde eius:  
haud obtemperatum esset. Sed manebat metus: nequis principum eadem imperita-  
ret. Atq; interim felix: intempestiuus remedijs: delicta accedebat: æmulo ad deterri-  
ma Ventidio cumano: cui pars prouinciæ habebatur: ita diuisis. vt huic Galileorū na-  
tio: felici Samaritæ parerent. Discordes olim & tum contempu regentium minus co-  
hercitis odijs. Igitur raptare inter se. immittere latronū globos. componere insidias: &  
aliquando prælijs congregari. spoliaq; & prædas ad procuratores referre. Hiq; primo  
lætari. mox gliscente pernicio: cum arma militum interiecissent: cæsi milites Arsissetq;  
bello prouincia. ni Quadratus Syriæ rector subuenisset. Nec diu aduersus Iudeos q;  
in necem militum proruperat: dubitatum: quin capite pœnas luerent: Cumanus &  
felix contationem afferebant: quia Claudius causis rebellionis auditis ius statuendi  
etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus felicem inter iudices ostentauit  
receptum in tribunal quo studia accusantium deterrerentur. Damnatusq; flagitiorū  
quæ duo deliquerant. Cumanus & quies prouinciæ reddita. Nec multo post agresti  
um Cilicum nationes: quibus clitarum cognouimentum sæpe & alias commotæ tunc  
Trosobore duce: montes asperos castris cœpere. Atq; inde decursū in littora aut vr-  
bes: vim cultoribus ac oppidanis ac plærūq; in mercatores & nauicularios audebat.  
Obseffaq; ciuitas Anemuriensis: & missi e Syria in subsidium æquites: cum præfe-  
cto curtio Seuero turbantur: quod duri circum loci: peditibusq; ad pugnam idonei  
equestre prælium haud patiebantur. Dein rex eius ora Antiochus blandimentis ad-  
uersus plebem: fraude in ducem cum Barbarorum copias dissociasset. Trosobore  
paucisque primoribus interfectis. ceteros clementia composuit. Sub idem tempus  
inter lacum fucinum amnemque lycin perrupto monte: quo magnificentia operis a  
pluribus viseretur. Lacu in ipso nauale prælium adornatur: Vt quondam Augustus  
structo cis thyberim stagno: sed leuibus nauigijs & minore copia ediderat. Claudius  
triemes quadriemesq; & vnde viginti hominum milia armavit: cincto ratibus am-  
bitu: ne vaga effugia forent. ac tamen spaciū amplexus: ad vim remigij: & gubernā-  
tium artes. impetus nauium: & prælio soliti in ratibus prætoriarum cohortium ma-  
nipuli turmæque abstiterant: antepositis propugnaculis: ex quis catapultæ Balistæq;  
tenderent. Reliqua lacus classiarj tectis nauibus obtinebant. Ripas & coles: ac mō-  
tium edita in modū theatri: multitudo innumera compleuit: proximis e municipijs:  
& alij vrbe ex ipsa: visendi cupidine: aut officio in principem. Ipse insigni paludamen-  
to: neq; procul Agrippina clamide aurata præsidere. Pugnatū quamq; inter insontes  
fortium viroꝝ animo. Ac post multum vulnere: occidiōi exempti sunt. Sed perfecto  
spectaculo apertum aquarū iter: & icuria operis manifesta fuit: haud satis depressi ad  
lacus ima vel media. Eoq; tempore interiecto altius effosi specus: & contrahendę rur-  
sus multitudini gladiatorū: spectaculum editur: inditis pontibus pedestrē ad pugna.  
Quin & conuiuium effluuio lacus appositū magna formidine cunctos affecit: quia  
vis aquarū prorūpens. proxima trahebat. conuulsis vltioribus: aut fragore: & soni-  
tu exterritis. Simul Agrippina trepidacione principis vsa: ministrum operis Narcis-  
sum iculat: cupidinis: ac prædarū. Nec ille reticet ipotentia muliebrem nimiasq; spes

*Felix*

*Intempestua re-  
dua*

*Gliscite pntre*

*Hannalorij*

*Classiarj*

*Agrippina clam-  
aurata*

*Conuiuium efflu-  
uio apposit*

*Octauia. cap. Nero*

*Ilienses*

*Apamienſibus. J. J. J. J.  
motu ſeditioſis  
horti Statili*

*Mors Janni  
parricidii C. C.*

*Equeſter ordo in  
poſſ. iudiciorum*

*Libertus eci fam  
p. ſeruit  
Choi*

*Fed. r. u. Biſanti*

*Biſanti ſitus*

*reor  
Macedonij*

eius arguens. D. Iunio. Q. Aterio cōſulibus ſedecim annos natus Nero octauiam cęſaris filiam in matrimonium accepit. Vtq; ſtudijs honeſtis: & eloquentię gloria ni teſceret: cauſa ilięſium ſuſcepta: Romanū troia demiffum: & Iulię ſtirpis auctorem eneā: aliaq; haud procul fabulis vera facunditate executus impetrat vt ilięſes omni publico munere ſoluerent. Eodē oratore Bononięſi colonię igni hauſtę ſubuentū: centies ſeſtertij largitiōe. Redditur Rhodijs libertas: adēpta ſepe: aut firmata prout bellis externis meruerant: aut domi ſeditione deliquerant. Tributūq; Apamienſibus terremotu cōuulſis: in quinquēnium remiſſum. At Claudius ſeuiffima queq; promere adigebat eiufdem Agrippinę artibus. que ſtatiū Taurum opibus illuſtrę hortis eius inhians peruertit: accuſante Tarquinio priſco. Legatus is tauri affricę imperio p conſulari regentis: poſtquā reuenerāt pauca repetundę crimina: ceterę magicas ſuperſtitiones obiectabat. Nec ille diutius falſum accuſatorē indignā ſorte perpeſſus: vim vitę ſuę attulit. ante ſententiā ſenatus. Tarquinius tñ curia exactus eſt: quod patres odio delatoris: cōtra ambitū Agrippinę peruicere. Eodē anno ſepius audita vox principis: parē vim reę habendam a pcuratoribus ſuis iudicorę: ac ſi ipſe ſtatuiffet. Ac ne fortuito prolapſus vidret ſenatus quoq; conſulto cautū: plenius quā antea & vberius. Nā diuus Auguſtus apud equeſtres qui egypto pſiderent lege agi: decretaq; eorę proinde haberi iuſſerat: ac ſi magiſtratus romani cōſtituiſſent. mox alias per puincias: & in vrbe plęraq; conceſſa ſunt que olim a pſtoribus noſcebant. Claudius omne ius tradidit: de quo totięſ ſeditione: aut armis certatū. Cum Sempronij rogatiōibus: equeſter ordo in poſſeſſione iudiciorę locaret: aut ruſum ſeruilię leges ſenatui iudicia redderent. Mariuſq; & Sylla olim de eo vel pſcipue bellarent. Sed tūc ordinum diuerſa ſtudia & que vicerāt publice valebant. C. Oppius & Cornelius Balbus primi Cęſaris opibus: potuere conditiōes pacis: & arbitria belli tractare: Marthios poſthac & Vedios: & cetera equitū romanorę: pualida noiā: referre nihil attinuerit: cū Claudius libertos: quos rei familiari pſecerat: ſibiq; & legibus adęquauerit. Rettulit dein de immunitate Choiſ tribuēda. Multaq; ſuper antiquitate eorę memorauit. Argiuos vel cum latonę parente: vetuſtiſſimos inſulę cultores: mox aduentu Eſculapij artem medendi illatam: maximeq; inter poſteros eius celebrem fuiſſe: nomina ſingulorę referens: & quibus quiſq; ætatibus vigiſſent. Quinetiam dixit Xenophontem: cuius ſcientia ipſe vteretur: eadem familia ortum. Precibuſq; eiufdandū vt omni tributo uacui in poſterę choiſ: ſacrā & tanti dei miniſtram inſulam coleret: neq; dubium haberet: multa eorūdem in po. ro. merita: ſociaſq; victorias patuiſſe Claudius facilitate ſolita quod vni conceſſerat: nullis extrinſecus adiuuētis velauit. At Bizantię: data dicēdi copia: cum magnitudinem onerę apud ſenatū deprecarentur: cuncta repetiuere: orſi a fœdere quod nobiſcum iecerant: qua tempeſtate bellauimus aduerſus regem Macedonū. Cui vt degeneri: pſeudo philippi vocabulum impoſitum. Miſſas poſthac copias in Antiochum: per ſem: Ariſtonicū: & pyratice bello adiutū Antonium. Memorabantq; quę Syllę aut Lucullo aut Pompeio obtuliſſent. Mox recentia in cęſares merita: qñ ea loca inſiderent: quę tranſmeantibus terra mariq; duobus: exercitibuſq; ſimul vehendo cōmeatu opportuna forent. Nāq; arcetiſſimo iter Europam Afiamq; diuortio. Bizantiū in extrema Europe poſuere gręci quibus phytium appollinem conſulentibus vbi conderent urbem redditum oraculum eſt: Quę rerent ſedem gręcorę terris aduerſam. Ea ambage chalcedonij monſtrabantur: quod priores illuc aduecti: pręuiſa locorum vtilitate peiora legiſſent. Quippe Bizantium

LIBER. XII.

fertili solo fecundoque mari: quia vis piscium in Metapontum erumpens: & obliquis  
 subter vndas saxi exterrita: omisso alterius littoris: flexu: hos ad portus deserit. Vn  
 de primo quaestuosi & opulenti: post magnitudine onerum urgente: finem aut modum  
 orabant: annitente principe qui thracio bosporanoque bello recens fessus iuuandisque  
 rettulit. Ita tributa in quinquenniū remissa. M. A. filino. M. Acilio consulis mutatio  
 ne rex in deterius portendi cognitum est: crebris prodigijs. Signa. n. ac tentoria militum  
 igne caelesti arserunt. Fastigio capitolij examen apum insedit. Bisformes hominum partus  
 & suis fetum editum: cui accipitrum vngues ineffent. Numerabatur inter ostenta dimi  
 nutus omnium magistratum numerus quaestore: edili: tribuno: ac praetore: & consu  
 le: paucos intra menses defunctis: Sed in praecipuo pauore Agrippina vocem Clau  
 dij: quam temulentus iecerat: fatale sibi: ut coniugum flagitia ferret: dein puniret metu  
 ent: agere: & celerare statuit: perdita prius Domicia leuibus: & muliebribus causis:  
 quia lepida minore Antonia genita: auunculo Augusto Agrippinae sobrina prior ac  
 Cnei mariti eius soror: parem sibi claritudinem credebat. Nec forma: atas: opes mul  
 tum distabant. & utraque impudica: infamis: violenta: haud minus vitijs emulabantur  
 quam si qua ex fortuna prospera acceperant. Enim vero certamen acerrimum: amita potius  
 an mater apud Neronem praevaleret. Nam Lepida blandimentis ac largitionibus iu  
 uenilem animum deuinciebat: truci contra ac minaci Agrippina. quae filio dare imperi  
 um: tolerare imperitantem nequibat. Caeterum obiecta sunt quae coniugium principis deu  
 tionibus petiuisset: quaeque parum coercitis per Calabriam feruorum agminibus pacem ita  
 liae turbaret. Ob haec mors indita: multum aduersante Narcisso qui Agrippinam ma  
 gis magisque suspectas: prompsisse inter proximos ferebatur: certam sibi perniciem seu  
 Britannicus rex: seu Nero potiret. Verum ita de se meritum Caesarem: ut vitam vsui  
 eius impederet. Conuictam Messallinam & Silium pares itere accusandi causas esse: si  
 Nero imperitaret Britannico successore. Nullum principi meritum ac nouercae infidi  
 is domum omnem conuelli. maiore flagitio: quam si impudicicia prioris coniugis reticisset. quam  
 ne impudicicia quidem nunc ab esse: palante adultero ne quis ambigat: decus: pudorem:  
 corpus: cuncta regno viliora habere. Hac atque talia dictitans: amplecti Britannicum. ro  
 bur atatis quam maturimum precari. modo ad deos: modo ad ipsum tendere manus: adolesce  
 ret: patris inimicos depelleret. Matris et interfectores vlcisceret. In tanta mole cura  
 rum Claudius validudine aduersa corripit. Refouendisque viribus mollicie caeli & salubri  
 tate aquarum Sinuessam pergit. Tum Agrippina sceleris olim certa & oblate occasionis  
 pera nec ministro regens de genere veneni consultauit: ne repentino & precipiti facinus  
 pderetur. si lentum & tabidum delegisset: ne admotus supremis Claudius: & dolo intel  
 lecto: ad amorem filij rediret. Exquisitum aliquid placebat quod turbaret mentem & mor  
 tem differret. Deligit artifex talium vocabulo locusta nuper beneficij damnata & diu  
 iter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus. cuius minister e spa  
 donibus fuit halotus: inferre epulas: & explorare gustu solitus: adeoque cuncta mox per  
 notuere: ut temporum illorum scriptores perdidit: Infusum delectabili cibo boletorum ve  
 nenum. nec vim medicaminis statim intellectam: socordia ne an Claudij vinolentia: simul  
 soluta alius subuenisse videbat. Igitur exterrita Agrippina & quam vltima timebat: spre  
 ta presentium iuidia: puissam iam sibi Xenophontis medici consciam adhibet. Ille tamquam nullus  
 euometis adiuuaret: pinnam rapido veneno illitam: faucibus eius demisisse credit: haud  
 ignarus summa scelera incipi cum periculo: pagum cum premio. Vocabat interim senatus: vo  
 caque pro incolumitate principis: consules & sacerdotes nuncupabant cum iam exanimis

*Tributa remissa  
santis*

*Examine Apu  
Capitolis*

*Vox Claudii*

*Lepida Ambr  
Herod*

*Juxta Agrippina*

*denotibus*

*Mors indita Lep*

*pallas adult Agz*

*Locusta*

*minister regni*

*coexabat*

vestibus & fomentis obtegeretur: dum res firmando Neronis imperio componun-  
 tur. Iam primū Agrippina velut dolore victa & solacia cōquirēs: tenere amplexu Bri-  
 tannicum. veram paterni oris effigiem appellaret: ac varijs artibus demorari: ne cubi-  
 culo egrederet. Antonia quoq; & Octaviam sorores eius attinuit: & cūctos aditus  
 custodijs clauserat. crebroq; vulgabat: ire in melius valitudinē principis: quo miles  
 bona in spe ageret. tempusq; prosperę ex monitis chaldeorū aduentaret. Tunc medio  
 diei tertium ante idus Octob. foribus palatij repente diductis: comitante Burro Ne-  
 ro egreditur: a cohorte quę more militia: excubijs adest: ibi monente prefecto: festis  
 vocibus exceptus: inditur lecticę. Dubitauisse quosdā ferunt respectantes: rogitan-  
 tesq; vbi Britānicus esset. mox nullo in diuersum auctore quę offerebātur secuti sunt.  
 Illatusq; castris Nero: & congruentia tempori prefatus: promisso donatiuo: ad exē-  
 plum paternę largitionis imperator cōsalutatur. Sentētiā militū secuta patrū con-  
 sulta. Nec dubitatū est apud prouincias. Cęlestesq; honores Claudio decernunt: &  
 funeris solēne perinde ac diuo Augusto celebratur emulante Agrippina proauie Li-  
 uie magnificentiā. Testamentum tamen haud recitatū: ne antepositus filio priui-  
 gnus iniuria & inuidia: animos vulgi turbaret.

FINIS. XII.

CORNELII TACITI HISTORIE AVGVSTAE LIBER. XIII. IN-  
 CIPIT ACTIONVM DIVRNALIVM.

*Ipsa ex monitis Chal-  
deorū*

*Impator qsalutatur*

*ingenium eius*

*perit Ausa Sil-  
lani*

*diui Aug. abnepos*

*Hazossy ad mor-  
te agis*

*prodigētia*

*Burrus*

*Seneca*

*Julias*

*Optime matris suę*

p

Rima nouo principatu mors Iunij Sillani procōsulis Asia: igna-  
 ro Nerone: per dolum Agrippinę paratur. non quia ingenij vio-  
 lentia exitum irritauerat. legnis & dominationibus alijs fastiditus  
 adeo vt. C. Cęsar pecudē auream eū appellare solitus sit: Verum  
 Agrippina fratri eius. L. Sillano necem molita: vltorē metuebat:  
 crebra vulgi fama: antepōndum esse vix dū puericiā egresso Ne-  
 roni: & imperiū pro scelus adeptō. Virę atate cōposita: infontē nobilem: & quod tūc  
 spectaretur: e Cęsarę posteris. Quippe & Syllanus diui Augusti abnepos erat. hac  
 causa necis. ministri fuere. P. celerius æques romāus & elius libertus: rei familiari pri-  
 cipis in Asia impositi. Ab ijs proconsuli venenū inter æpulas datū est: apertius quam  
 vt fallerent. Nec minus pperato: Narcissus Claudij libertus: de cuius iurgijs aduer-  
 sus Agrippinā rettuli: aspera custodia: & necessitate extrema: ad mortē agitur inuito  
 principe. Cuius abditis adhuc vicijs per auariciā ac prodigētiā mire cōgruebat. Iba-  
 turq; in cades. nisi Affranius Burrus & Anneus Seneca obuiā issent. Hi rectores ipe-  
 ratorię iuuetā: & pari in societate potētiāq; cōcordes: diuersa arte ex æquo pollebāt.  
 Burrus militaribus curis: & seueritate morę. Seneca præceptis eloquētię & comita-  
 te honesta iuuantes inuicē quo facilius lubricā principis atate si virtutem aspernaret  
 voluptatibus cōcessis retinerēt. Certamē vtriq; vnū erat contra ferociā Agrippinę: q  
 cunctis malis dominatōibus cupidinibus flagrās: Habebat in partibus pallantē quo  
 auctore Claudius nuptijs icestis & adoptiōe exitiosa semet peruerterat. Sed neq; Ne-  
 roni infra suos ingeniu: & Pallas tristi arrogātia modū liberti egressus tædiū sui mo-  
 uerat. Propalā tñ omnes in eām honores cumulabātur. signūq; more militia petēti  
 tribuno dedit. optime matris. Decreti & a senatu duo lictores flaminium claudiales:  
 simul Claudio censorium funus: & mox consēcratio. Die funeris laudationem eius  
 princeps exorsus est. dum antiquitatem generis: consulatus: ac triumphos maiorum  
 enumerabat: intentus ipse & ceteri: liberalium quoq; artium cōmemoratio: & nihil re

## LIBER. XIII.

gente eo rei pu. triste ab externis accidisse: pronis animis audita. Postq̄ ad prouidentiam sapientiamq; flexit: nemo risu temperare. quamq̄ oratio a Seneca composita. multum cultus p̄ferret. Vt fuit illi viro ingeniu amcenum & t̄pis illius auribus accōmodatum. Adnotabant seniores quibus ociosum est: vetera & p̄sentia contēdere: primū ex ijs qui rex potiti essent Neronem alicnē facundiē eguisse. Nā dictator Cēsar summis oratoribus emulus. & Augusto prompta ac p̄fluens: quē deceret principem eloquētia fuit. Tiberius quoq; artem callebat: qua verba expenderet: tū validus sensibus: ac consulto ambiguus. Etiam. C. Cēsaris turbata mēs: vim dicendi non corrupit. Nec in claudio quotiēs meditata differeret: elegātiā requireres. Nero puerilibus statim annis viuudum animū in alia detorsit. celare & pingere: cātus aut regimen equorū exercere: & aliqñ carminibus pangendis: inesse sibi elemēta doctrinē ostendebat. Ceterē peractis tristitiē imitāmētis: curiam ingressus: & de auctoritate patrū: & consensu militum p̄fatus: consilia sibi & exempla capeſſendi egregij imperij mēmorauit. nec iuuentam armis ciuilibus: aut domesticis discordijs imbutam: nulla odia: nullas iniurias: nec cupidinē vlcionis afferre. Tum formā futuri principatus p̄scripsit: ea maxime declinans: quorū recens flagrabat inuidia. Nō enim se negociorū omnium iudicem fore: vt clausis vnā intra domum accusatoribus & reis: paucorū potentia grassaret. Nihil in penatibus suis venale: aut ambitioſi peruium. discretam domū & remp. teneret antiqua munia senatus. Cōsulum tribunalibus italia & publicā prouincia assisterent. Illi patrū aditum p̄berent: se mandatis exercitibus consulturū. Nec defuit fides. multaq; arbitrio senatus constituta sunt. nequis ad causam orādā mercede aut donis emeretur. Ne designatis quidem. quāstoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidē aduersante Agrippina: tanq̄ acta Claudij subuerterēt: obtinere patres: qui in palatiū ob id vocabātur: vt astaret abditis a tergo foribus velo discreta: quod visum arceret: aditus nō adimeret. Quin & legatis Armeniorū causam gentis apud Neronē orantibus: ascendere suggestū imperatoris: & p̄sistere simul parabat: nisi ceteris pauore defixis Seneca admonuisset: venienti matri occurreret. Ita specie pietatis: obuiā itum dedecori. Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum parthos: & rapi Armeniam allatū est. pulso Rhadamisto: qui saepe regni ei potitus: dein profugus: tum quoq; bellū deseruerat. Igitur in vrbe sermonum auidas: quemadmodum princeps vix septemdecim ānos egressus suscipere eam molem aut propulsare posset: quod subsidium in eo qui a scēmina regeretur: Num proelia quoq; & oppugnationes vrbiū: & cetera belli per magistrōs administrari possent: inquirebant. Contra alij melius euenisse dixerunt quam si inuālidus senecta & ignauia Claudius: militiā ad labores vocaretur: seruilibus iussis obtemperaturus. Burrū tamen & Senecam multarum rerum experientia cognitos. & imperatori quantum ad robur deesse: cū octauodecimo aetatis anno Cn. Pompeius: nonodecimo Cēsar Octauius ciuilia bella sustinuerint. Pluraq; in summa fortuna auspicijs & consilijs quam telis & manibus geri. Daturū plane documentum honestis: an secus amicis vteretur: si ducem amota inuidia egregium: quam si pecuniosum & gratia subnixum per ambitum deligerēt. Hac atq; talia vulgātibus Nero & iuuentutē proximas per puñcias quaesitā supplendis orientis legionibus admouere: legionesq; ipsas propius Armeniā collocari iubet. Duosq; veteres reges Agrippā & Iocchū expedire copias: q̄s Parthorū fines vltro intrarēt: Simul p̄tes per amnē Euphratē iūgi. Et minorē Armeniā Aristobolo: r̄gionē Sophonē Sohemō cū isignib; regijs mādāt. Exortusq; i tpe c̄mu

Ingeniu Seneca  
Amcenu

sem Neronē fa  
eguisse

Nit in penatibus  
venale

velo discreta

Uelc h̄mōm  
da

q̄ a scēna rege

xxx octauigg  
bella

p̄tes in Euphrate  
Regū Sophonē

lus Vologeso filius Vardanis. Et abscessere Armenia Parthi: tãquam differrent bel-  
lum. Sed apud senatum omnia in maius celebrata sunt: sententijs eorũ qui supplica-  
tiones & diebus supplicationum vestẽ principi triumphalẽ: vtq; ouans urbem iniret:  
effigiesq; eius pari magnitudine: ac martis vltoris eodem in tẽplo censuere præter sue  
tam adulationẽ lati: q; Domitiũ Corbulonem retinẽda: Armenia præposuerat. Vi-  
debaturq; locus virtutibus patefactus. Copiã orientis ita diuidunt: vt pars auxilia-  
rium cum duabus legionibus apud prouinciam Syriam: & legatũ eius Quadratũ  
Vinidium remaneret. par ciuiũ sociorumq; numerus Corbuloni esset: additis cohor-  
tibus: alijsq; quæ apud Cappadociã hyemabant. Socij reges prout bello cõduceret:  
parere iussi. Sed studia eorũ in Corbulonem promptiora erãt. qui vt famæ inseruiret:  
quæ in nouis cõceptis validissima est: itinere p̄pere cõfecto: apud Egãs ciuitatem Cili-  
ciã obuiũ quadratũ habuit: illuc p̄gressum. ne si ad accipiendas copias Syriã intra-  
uisset Corbulo: omniũ ora in se verteret. Corpore ingens: verbis magnificus: & super  
experiẽtiã sapientiamq; et specie inaniũ validus. Ceterũ vterq; Vologesem regẽ nũ-  
cijs monebant pacem q̄ bellũ mallet. Datisq; obsidibus: solitã prioribus reuerẽtiam  
in populũ romanum: continuaret. Et Vologeses quo bellũ ex æquo mō pararet: an  
vt æmulationis suspectos per nomen obsidũ amoneret: tradit nobilissimos ex fami-  
lia Arsacidarũ. Accepitq; eos Ceturio histerius: ab Vinidio missus: forte priore de cã  
adito rege. Quod postq; Corbuloni cognitũ est ire præfectum Cohortis Anniũ Var-  
rum: & recipere obsides iubet. hinc ortũ inter præfectum & Ceturionẽ iurgiu: Quod  
ne diutius externis spectaculo esset: arbitriũ rei obsidibus legatisq; qui eos ducebant:  
permissum. atq; illi ob recentẽ gloriam: & inclinationem quãdam etiam hostiũ Cor-  
bulonem p̄tulere: Vnde discordia inter duces quarente Vinidio p̄repta quẽ suis con-  
silijs patrauisset: testante cõtra Corbulone nõ prius cõuersum regem ad offerendos  
obsides: q̄ ipse dux bello delectus: spes eius ad metũ mutaret. Nero quo cõponeret  
diuersos: sic euulgari iussit: ob res a Quadrato & Corbulõẽ prospere gestas lauzẽ fa-  
scibus imperatorijs addi: quæ in alios consules egressa cõiunxit. Eodem anno Cæsar ef-  
figiem. Cn. Domitio patri: cõsularia insignia A sconiõ labeoni: quo tutore vsus erat:  
petiuit a senatu: sibiq; statuas argento vel auro solidas: aduersus offerentes prohibu-  
it. Et quanquã censuissent patres: vt principium anni inciperet mense decebri quo or-  
tus erat Nero: veterem religionem calendarũ Ianu. inchoãdo anno retinuit: neq; rece-  
pti sunt inter reos. Carrinas celer senator: seruo accusante: aut Iulius dẽsus equester.  
cui fauor in Britannicum crimini dabatur: Claudio Nerone. L. Antistio consulibus.  
cũ in acta principis iurarent magistratus: in sua acta collegã Antistium iurare prohi-  
buit: magnus patrũ laudibus. vt iuuenilis animus leuiũ quoq; rerũ gloria sublatus:  
maiores cõtinuaret. Secutaq; lenitas in Plãtium Lateranum: quẽ ob adulteriũ Mes-  
sallinẽ ordine remotum: reddidit senatu: clementiam suam obstringens crebris ora-  
tionibus: quas Seneca testificando: quam honesta p̄ciperet: causa iactandi ingenij  
uocẽ principis vulgabat. Ceterum infracta paulatim potentia matris: delapso Nero  
ne in amorem libertẽ: cui vocabulum actẽ fuit. Simul assumptis in cõscientiã Otho-  
ne & Claudio Senetione adolescẽtulis decoris. quorũ Otho familia consulari: Sene-  
tio liberto Cæsaris patre genitus: ignara matre: dein frustra obnitente. Penitus irreple-  
rat per luxum & ambigua secreta: ne seuerioribus quidem principis amicis aduersan-  
tibus: muliercula nulla cuiusquam iniuria cupidines principis explente: quando vxor  
re ab Octauia nobili quidem: & probitatis spectate fato quodam: an quia præua-

Corbulo orati p̄po-  
situs

Corpe inges

ma q̄ bellũ mal-  
let

obsides ex familia  
Arsacidarũ

effigies domito pa-  
tri

In rebus p̄cipis  
iurãt magistratũ

actũ ob adulteriũ  
Messallinẽ

in rebus p̄cipis  
iurãt magistratũ

Acta Liberta

ab Octauia

## LIBER. XIII.

lent illicita: abhorrebat. metuebaturq; ne in supra foeminaꝝ illustrium prumperet. si illa libidine prohiberet. Sed Agrippina libertaꝝ amulam: nux ancillaꝝ: aliaq; eundem in modũ muliebriter fremere. Neq; pœnitentiã filij: aut satietatẽ opperiri: Quantoq; foediora exprobrabat: acrius accẽdere. donec vi amoris subactus: exueret obsequiũ in matrẽ: Senecaq; permetteret. Ex cuius familiaribus Anneus Serenus simulatiõe amoris aduersus eandẽ Libertã primas adolescẽtis cupidines velauerat. prẽbueratq; nomẽ vt quẽ princeps furtim mulierculẽ tribuebat: ille palam largiret. Tũ Agrippina ueris artibus: p blãdimenta iuuenẽ aggredi. suũ potius cubiculum ac sinũ offerre cõtegẽdis quẽ prima etas: & summa fortuna expeteret. Quin & fatebat intẽpestiuã seueritatem: & suarũ opũ quẽ haud pcul iperatorijs aberant: copias tradebat. Vt nimia nupcoercẽdo filio: ita rursus intẽperãter demissa. Quẽ mutationeq; Neronẽ fefellit. & p ximi amicoꝝ metuebãt: orabãtq; caueri insidias mulieris semp atrocis: tũ & falsẽ. Forte illis diebus Cæsar inspecto ornatu: quo principũ cõiuges ac parentes effulserãt: deligit vestẽ & gẽmas: misitq; domũ matrĩ: nulla parsimonia: cũ præcipua & cupita aliis: prior deferret. Sed Agrippina nõ his instrui cultus suos: sed ceteris arceri pclamat & diuidere filiũ: quã cuncta ex ipsã haberet. Nec defuere qui i deterius referrẽt. Et Nero infensus ijs quibus supbia muliebris initebat: demouet Pallantem cura reꝝ. quis a Claudio ipositus: velut arbitriũ regni agebat. Ferebaturq; digrediẽte eo: magna psequentium multitudine: nõ absurde dixisse: Ire Pallãtẽ: vt eiuraret. Sane pepigerat Pallas: ne cuiusq; facti in præteritũ interrogaret paresq; rationes cum repu. haberet. Præceps post hæc Agrippina: ruere ad terrorem & minas. neq; præcipis auribus abstinere: quo minus testaret: adultum iã esse Britannicum: veram dignamq; stirpem suscipiẽdo patris imperio: quod insitus & adoptiuus per iniurias matris exerceret. Nõ abnuere se: quin cuncta infelicis domus mala patefierent. suã imprimis nuptiã: suum veneficium. Id solum dijs & sibi pũsum: q; viueret priuignus. Ituram cum illo in castra. Audiret hinc Germanici filia: inde vilis rursus Burrus & exul Seneca: trunca. s. manu: & pffessoria lingua: generis humani regimen expostulantes. Simul intendere manus. aggerere probra: Consecratum Claudium infernos Sillanorum manes inuocaret: & tot irrita facinora. Turbatus his Nero: & ppinquo die: quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat: volutare secum: modo matris violentiam: modo ipsius indolem: vt quidem experimẽto nuper cognitam: quo tamen fauorem late quaesiuisset. Festis Saturno diebus iter alia æqualium ludicra: regnũ lusu sortientiũ: euenerat ea fors Neroni. Igit ceteris diuersa: nec ruborem allatura: vbi Britanico ius sit exurgeret: pgressusq; in medium cãtum. aliquem inciperet: irrisum ex eo sperans. pueri sobrios quoq; cõiectus: nedum temulẽtos ignorantis. ille cõstanter exorsus est carmen: quo euolutum eum sede patria rebusq; summis significabat. Vnde orta miseratio manifestior: quia dissimulationem nox & lasciuia exemerat. Nero itellecta inuidia: odium intẽdit. Vrgentibusq; Agrippinã minis: quia nullum crimen: neq; iubere cadem fratris palam audebat: occulta molitur. Parari venenũ iubet: ministro Polione Iulio prætoris cohortis tribuno. cuius cura attinebat damnata veneficij nomine locusta. multa scelerum fama. Nam vt pximus quisq; Britãnico neq; fas neq; fidẽ pensi haberet: olim pũsum erat. Primũ venenũ ab ipsis educatoribus accepit: trãsmisitq; exoluta aluo parũ validũ: siue tẽperamentũ inerat: ne statim sauiret. Sed Nero lenti sceleris ipatiẽs: minitari tribuno: iubere suppliciũ Veneficẽ: qd dũ rumorẽ respiciũt: dũ parãt defensiões securitatẽ morarent. Promittẽtib; dein tã præcipitẽ necẽ

*pualec illuata**scq; arte**Suũ sinũ Agripp  
offert filio**Nimma sup uere  
filio**demonet pall  
cura reꝝ**Agrippinã min**Aggerẽ probra**Regnũ lusu sort**Carmẽ butã**Venenũ butã*

decoquitur uirus  
Mosus facti pna  
pu libi

q̄ si ferro urgeretur: cubiculum Cæsaris iuxta: decoquitur uirus: cognitis antea uene-  
nis rapidum. mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus  
sedentes: uesci in aspectu propinquoꝝ: propria & parciore mensa. Illic epulante Bri-  
tannico: quia cibus potusq̄ eius delectus ex ministri gustu explorabatur: ne omitte-  
ret institutum: aut utriusq̄ morte proderetur scelus: talis dolus repertus est. Inno-  
xia adhuc ac præcalida: & libata gustu potio traditur Britannico. Dein postq̄ feruo-  
re aspernabatur: frigida in aqua infunditur uenenum: quod ita cunctos eius artus p-  
uasit: ut uox pariter & spiritus eius raperentur. Trepidatur a circumfidentibus. diffu-  
giunt imprudentes. At quibus altior intellectus. resistunt defixi: & Neronē intuētes  
Ille ut erat recliuis: & nescio similis: solitū ita ait: per comitiale morbū quo primū  
ab infantia affligeretur Britanicus. & redituros paulatim uisus: sensusq̄. At Agrip-  
pinæ is pauor: ea cōsternatio mētis quā uultu præmeretur: emicuit: ut perinde igna-  
ram fuisse ac Octauiam sororem Britannici constiterit: quippe sibi supremū auxiliū  
ereptum: & parricidij exemplū intelligebat. Octauia quoq̄ quā rudibus annis: do-  
lorem: caritatem omnis affectus abscondere didicerat. Ita post breue silentiū repeti-  
ta conuiuij læticia. Nox eadem necē Britannici & rogum coniunxit: prouiso ante fu-  
nebris apparatu qui modicus fuit. In campo tamē martio sepultus est: adeo turbidis  
imbribus: ut uulgus iram deum portendi crediderit aduersus facinus: cui plæriq̄ eti-  
am hominū ignoscebant: antiquas fratrum discordias: & infociabile regnum estimā-  
tes. Tradunt plæriq̄ eorū tempoz scriptores: crebris ante exitium diebus illud eē  
puericiæ Britannici Neronē ut iam non præmatura: neq̄ sæua mors uideri queat quā  
uis inter sacra mensæ: ne tpe quidem ad complexum sorori dato: ante oculos inimici  
properata sit in illum supremum claudioꝝ sanguinem: stupro priusquā ueneno pol-  
lutum Festinationem exequiaz edictō Cæsar defendit: id a maioribus institutum re-  
ferens: subtrahere oculis acerba funera. Neq̄ laudationibus. aut pōpa detinere. Cæte-  
rum & sibi amisso fratris auxilio: reliquas spes in rep. sitas. & tanto magis fouendum  
patribus: populoq̄ principem: qui unus superesset e familia sūmum ad fastigium ge-  
nita. Ex in largitione potissimos amicoꝝ auxit. Nec defuerūt: qui arguerēt uiros gra-  
uitatem asseuerātes quod domos uillasq̄ id tēporis quasi prædas diuisissent. Alij ne-  
cessitatem adhibitam credebant a principe: sceleris sibi conscio: & ueniā sperāte: si lar-  
gitionibus ualidissimū quemq̄ obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri.  
Sed amplecti Octauiam. Crebra cū amicis secreta habere. Super ingenitam auarici-  
am: undiq̄ pecunias quasi in subsidium corriprens. Tribunos & Centuriones cōiter  
excipere. Nomina. & uirtutes nobiliū: qui etiā tū supererant: in honore habere: qua-  
si quæreret ducem & partes. Cognitum id Neroni. excubiasq̄ militares: quæ ut cōi-  
gi Imperatoris soli tū & ut matri seruabātur & germanos super eundem honorē cu-  
stodes additos digredi: iubet: ac ne cœtu salutārium frequentaretur: sperat domum.  
Matrēq̄ transfert in ea quæ Antonie fuerat. quotiēs ipse illuc uentitaret: septus turba  
centurionū & post breue osculum digrediens. Nihil rez mortalium tam instabile ac  
fluxum est: q̄ fama potentie: nō sua uinixa. Statim relictū Agrippinæ limen. Nemo  
solari: nemo adire: præter paucas fœminas amore an odio incertū. Ex quibus erat Lu-  
lia Syllana: quam matrimonio. C. Silij a Messalina depulsam: supra rettuli: insignis  
genere forma lasciuia & Agrippinæ diu percara. Mox occultis inter cas offensioibus:  
quia Sextiū africanum nobilem iuuenē a nuptijs Syllanæ deterruerat Agrippina: i-  
pudicam & uergentē annis dictitās: nō ut africanum sibi seponeret: sed ne opibus &

In capo Mar. sept  
bus bat.

Infociabile regm

Illusq̄ puzitri bat  
Noro

argitue potissios  
annoy

Mutua

Excubie militares  
digredi p ab  
Agrip.

Instabilis potentia nō  
sua uinixa



## LIEER. XIII.

obitate Syllanæ maritus potiretur. Illa spe ultionis causa oblata: parat accusatores ex clientibus suis Iturium & Caluissium non vetera: & sæpius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret: aut Octauie iniurias euulgaret. Sed destinauisset eam Rubellium Plautum per maternam originem pari ac Nero gradu a diuo Augusto ad res nouas extollere. Coniugioque eius etiam imperio remp. rursus inuadere. hæc Iturius & Caluissius. A. Timeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt, qui lectus: oblati quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatione exercebat: Paridem histriorem, libertum & ipsum Domitiæ impulit ire properare: crimenque atrociter deferre. Pro uicta nox erat: & Neroni per violentiam trahebat. Cum ingreditur Paris: solitus alioquin id temporis luxus principis intendere. Sed tunc compositus ad modestiam: expositoque iudicij ordine: ita audientem exterruit: ut non tantum matrem Plantumque interficere: sed Burrum etiam dimouere præfectura destinaret: tanquam Agrippinæ gratia puectum: & vicem reddentem. Fabius rusticus auctor est: scriptos esse ad cecinam tuscum Codicillos mandata ei prætoriarum cohortium cura. Sed ope Senecæ dignationem Burro retentam. Plinius & Cluius nihil dubitatum de fide præfecti referunt. Sane Fabius inclinatus ad laudes Senecæ cuius amicitia floruit. Nos consensus auctorum secuturi quæ diuersa perdidicimus: sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus: & interficiendæ matris audax: non prius differri potuit: quam Burrus necem eius promitteret: si facinoris coargueret. Sed cuiuscunque nedum parenti defensionem tribuendam: nec accusatores adesse: sed vocem unius ex inimica domo afferri, refutare tenebras: & vigilatam conuiuio noctem: omniaque temeritati & inscientiæ propiora. Sic lenito principis metu & luce orta itur ad Agrippinam ut nosceret obiecta, dissolueretque: vel poenas lueret. Burrus ijs mandatis Seneca coram fungebatur. Aderant & ex libertis arbitri sermonis. Deinde & a Burro postquam crimina & auctores exposuit: minaciter actum. Agrippina ferociæ memor. Non miror inquit Syllanam nunquam edito partu: matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi quam ab impudica adulteri mutantur. Nec si Iturius & Caluissius adessis omnibus fortunis: nouissimam suscipiendæ accusationis operam anui rependant: ideo aut mihi infamia parricidij: aut Cæsari conscientia subeunda est: Nam Domitiæ inimicitijs gratias agerem: si beniuolentia mecum in Neronem meum certaret. Nunc per concubinam Atimetum, & histriorem paridem quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas extollebat: cum meis consilijs adoptio: & proconsulare ius & designatio consulatus: & cetera adipiscendo imperio prepararentur. At existat qui cohortes in urbe tetatas: qui prouinciarum fidem labefactatam denique seruos vel libertos ad scelus corruptos arguat. Viuere ego Britannico potente rerum poteram: Ac si Plautus aut quis alius remp. iudicaturus obtinuerit, defunt. scilicet mihi accusatores qui non uerba impatiencia caritatis: aliquando incauta: sed ea crimina obijciant: quibus nisi a filio mater absolui non possim. Comotis qui aderant: ultroque spiritus eius mitigantibus: colloquium filij exposcit. Vbi nihil pro innocentia quasi diffideret, nec beneficijs quasi exprobraret differuit. Sed ultionem in delatores & præmia amicis: obtinuit. Præfectura antonem Senio Ruffo: cura ludorum qui a Cæsare parabantur. Aruncio Stelle. Egiptus. C. Balbillo permittuntur. Syria pantello destinata: & varijs mox artibus elusus: ad portum in urbe retentus est. At Syllana in exilium acta. Caluissius quoque & Iturius releguntur. De Atimeto supplicium sumptum. Validiore apud libidines principis Paridem: quam ut poena afficeret, Plautus ad presens silentio transmissus est. Deferunt dehinc com-

*Rubellio Plautus**Domitia Herodiana**Amita**paris histrius**Inclinat ad laudem Senecæ**Mater affectus**colloquium filij**Egiptus balbillo**Plautus ad presens silentio transmissus*

Cor. Sylla maritus  
Antonius  
Sed ab omnibus famo-  
sus  
supbia pallatus  
Scripto usq; ne us-  
q; q; notaret

Statu ludis assidue  
solita

Orni fasces domi  
lupana

Lupanaria pererat

Metuentior in  
postum

Fautores histrionum

Histriones stultum  
pulsu  
laudem libertorum

Ad hunc retrahi

Atque fusu respice  
timor

penuria ingeniorum

Marum hie di-  
spef  
Vindicta

senfisse Pallas: ac Burrus: vt Cornelius Sylla claritudine generis: & affinitate Clau-  
dij: qui per nuptias Antonia gener erat: ad Imperiū vocaret. Eius accusatiōis auctor  
exitit Petus quidam: exercēdis apud ararium sectionibus famosus: & tum vanitati-  
bus manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia: q̄ grauis superbia fuit quippe  
nominatis libertis eius: quos conscios haberet: respondit nihil vnquā se domi: nisi nu-  
tu vel manu significasse: Vel si plura demonstrāda essent: scripto vsūm: ne vocem cō-  
sociaret. Burrus quamuis reus: inter iudices sententiam dixit. Exiliumq; accusatori ir-  
rogatum: & tabule exusta sunt: quibus oblitterata ararij monumenta retrahebat. Fi-  
ne anni statio cohortis assidue ludis solita: demouet. quo maior species libertatis es-  
set: vtq; miles theatri licentiā non permixtus. incorruptior ageret. & plebes daret ex-  
perimentum: an ammotis custodibus: modestiam retineret vrbem princeps iustitiam e-  
responsio aruspicum: quod Iouis ac Minerae aedes de celo tactae erant. Qu. Volusio.  
P. Cepione cōsulibus ocium foris: foeda domi lasciuia qua Nero itinera vrbis & lupa-  
naria: & diuerticula: veste seruili in dissimulationem sui compositus pererrabat: comi-  
tantibus qui raperēt ad venditionē exposita: & obuijs vulnera inferret. aduersus igna-  
ros: adeo vt ipse quoque exciperet ictus: & ore prefferret. Deinde vbi Casarem esse qui  
grassaret pernotuit: augebanturq; iniurię aduersus viros sceminasq; insignes: & quidā  
simili licentia sub nomine Neronis multi pprijs cum globis. eadem exercebant: & in  
modum captiuitatis. nox agebat. Iulius quidem montanus senatorij ordinis: sed qui  
nondum honorem capeffisset: congressus forte per tenebras cū principe quia vim ten-  
tantē acriter reppulerat: deinde agnitum orauerat: quasi exprobrasset: mori adactus  
est. Nero aut metuentior in posterum: milites sibi: & plerōsq; gladiatorum circūder-  
dit: qui rixarū initia modica: & quasi priuata sinerent. si a laetis validius ageret: arma  
inferrent. Ludicram quoq; licentiam: & fautores histrionum velut in proelia conuertit  
impunitate & premijs. atq; ipse occultus: & plerūq; coram p̄spectans: donec discor-  
di populo & grauioris motus terrore non aliud remediū repertum est: quā vt histrio-  
nes italia pellerent: Milesq; theatro rursus assideret. Per idem tēpus actum in sena-  
tu de fraudibus libertorū. esflagitatumq; vt aduersus male meritos: reuocanda liber-  
tatis ius patronis daret. Nec deerant qui censerent. Sed consules relationem incipere  
non ausi ignaro principe: perscribere tñ consensum senatus. Ille an auctor constitu-  
tionis fieret: vt inter paucos & sententię aduersos: quibusdam coalitā libertate irreue-  
rentiā: eo prupisse frementibus. vi ne an equo cum patronis iure ageret. sententiā eo-  
rum cōsultarent: ac verberibus manus vltro intenderēt: impulere vel poenā suā dissua-  
dentes. Quid. n. aliud lēso patrono: concessum: quam vicesimū vltra lapidem in orā  
campaniē libertū releget. Ceteras actiones p̄miscuas & pares esse. Tribuendū aliq̄  
telū qd̄ sperni nequeat. Nec graue manumissis: per idem obsequiū retinendi liberta-  
tem: per quod assecuti sint. Ac criminum manifestos merito ad seruitutem retrahi vt  
mœtu coerceanē quos beneficia non cōmutauissent. Disserebat cōtra paucorū culpā.  
ipsis exitiosa esse debere: nihil vniuersorū iuri derogādū. quippe late fusu id corpus.  
hinc plarunq; tribus: decurias: ministeria magistratibus & sacerdotibus: cohortes ēē  
in vrbe cōscriptas: & plurimis equitū. plerisq; senatoribus. nō aliunde originē trahi. Si  
separarent libertini: manifestā fore penuriā ingenuorū: Non frustra maiores cum di-  
gnitatem ordinum diuiderent: libertatem in cōmuni posuisse. Quin & manumittēdi  
duas species institutas. Vt relinquere poenitentię aut nouo beneficio locus. quos vin-  
dicta patronus non liberauerit. velut vinculo seruitutis. attineri. Dispiceret quisq; me-

## LIBER. XIII.

rita tardeq; concederet: quod datum non adimeret. Hæc sententia valuit. Scripsitq; Cæsar senatui: priuatim expendere causam libertorum: quotiens a patronis argue-  
rentur. In commune nihil derogent. Nec multo post: ereptus amitæ libertus Paris: quasi iure ciuili. non sine infamia principis: cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudi-  
cium erat. Manebat nihilominus quædam imago reipublicæ. Nam inter Bibulum prætorem & plebei tribunum Antistium: ortum certamen: quod immodestos fau-  
tores histrionum & a prætore in vincula ductos: tribunus omitti iussisset. Compro-  
bauere patres incusata Antistij licentia. Simul prohibiti tribuni ius prætorum & con-  
sulum: præripere aut vocare ex Italia cum quibus lege agi posset. Addidit. L. Piso de-  
signatus consul: ne quid intra domum pro potestate animaduernerent: neue multâ ab-  
ijs dictam quæstores ærarij in publicas tabulas ante quattuor menses referrent: me-  
dio temporis contradicere liceret. Deq; eo consules statuerent. Cohibita arctius & edi-  
lium potestas. statutumq; quantum curules. quantum plebei pignoris caperent. vel  
pœnæ irrogarent. Eo Heluidius priscus tribunus plebis: aduersus Obutonium sabi-  
num ærarij quæstorem contentiones proprias exercuit. tanquam ius hastæ aduersus  
inopes inclementer auget. Dein princeps curam tabularum publicarum a quæstori-  
bus ad præfectos transtulit. varie habita: ac sepe immutata eius rei forma. Nam Au-  
gustus permisit senatui deligere præfectos. dein ambitu suffragiorum suspecto: sorte  
ducebantur: ex numero prætorum qui præcessent. Neq; id diu mansit: quia fors deerra-  
bat ad parum idoneos. tunc Claudius quæstores rursus imposuit: ijsq; ne mœtu of-  
fensionum segnius cõsulerent: extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur æta-  
tis eum primum magistratum capebantibus. Igitur Nero præfectura perfunctos: & ex-  
perientia pbatos delegit. Damnatus ijsdem consulibus Vipsanius Lenas ob Sardinia  
am puinciam auare habitam. Absolutus Cestus pculus repetundarum cõdentibus  
accusatoribus. Clodius quirinalis: quod præfectus remigum qui Raunenæ haberent.  
velut infamam nationum Italiam luxuria seuiciaq; afflictauisset: veneno damnatione  
anteuertit. Aminius Rebius ex primoribus peritia legum: & pecuniæ magnitudine:  
cruciatu egrè senectæ misso per venas sanguine effugit: haud creditus sufficere ad cõ-  
stantiam sumende mortis: ob libidines muliebriter ifamis. At. L. Volusius egregia fa-  
ma concessit. Cui tres & nonaginta anni spaciū viuēdi præcipueq; opes bonis artibus:  
in offensa tot imperatorum malicia fuit. Nerone secundo. L. Pisone cõsulibus: pauca me-  
moria digna euenere nisi cui libeat: laudandis fundamētis & trabibus: quis molē am-  
phitheatri: apud campū martis Cæsar extruserat: volumina implere. cum ex dignitate  
populi romani repertū sit: res illustres annalibus: talia diurnis vrbis actis mandare.  
Ceterum coloniæ Capua atq; miceria: additis veteranis: firmatæ sunt. Plebeiq; congia-  
rium quadrigeni nummi viritim dati & sestertium quadrigentis ærario illatum e ad  
retinendam populi fidem. Vectigal quoq; quintæ & vicestimæ venalium mancipiorum  
remissum specie magisquam vi. quia cum venditor pēdere iuberet: i partem precij em-  
ptoribus accrescebat. Edixit Cæsar nequis magistratus: aut pcurator in prouincia ob-  
tineret spectaculum gladiatorum: aut ferarum: aut quid aliud ludicrum ederet. Nā  
ante non minus tali largitione: quam corripendis pecunijs: subiectos affligebat: dū  
quæ libidine deliquerant: ambitu propugnabāt. Factum & S. consultū vltioni iuxta  
& securitati vt si quis a suis seruis interfectus esset: ij quoq; qui testamento manumissi  
sub eodem tecto mansissent: inter seruos supplicia penderent. Reddit ordinis Lurius  
Varius cõsularis: auariciæ criminibus olim percussus. Et Pomponia græcina insignis

*pauis est puf**fautores histrio**questores æra**Cohibita edilium**Cura Tabularum p**7 Ingle**Vipsanius**ob libidines mtræ  
Infamit**Moles Amphitheatri**Res illustres an-  
bus mtræ  
Congiarium ple-  
Vectigal 5  
remissum**Pomponia Infamis  
Fia*

fœmina Plantio: qui ouans se de Britanniis rettulit: nupta: ac superstitionis externę reat:  
mariti iudicio permiffa. Isq; prisco instituto propinquis coram. de capite fama; con-  
iugis cognouit. & infontem nunciauit. Longa huic Pomponię atas. & continua trifti-  
cia fuit. Nam post Iuliam Drufi filiam dolo Messalinę interfectam: per quadraginta  
annos. non cultu nisi lugubri: non animo nisi mœsto egit. Idq; illi imperitante Clau-  
dio impune mox ad gloriam vertit. Idem annus plures reos habuit: quorum. P. cele-  
rem accusante Asia: quia absoluere nequibat Cęsar: traxit senecta donec mortem obi-  
ret. Nam celer interfecto vt memorauit Syllano proconsule: magnitudine sceleris cę-  
tera flagitia obtegebat. Cossucianum capitonem cilices detulerant: maculosum fœ-  
dumq; & idem ius audacię in prouincia ratum: quod in vrbe exercuerat. Sed peruica-  
ci accusatione conflictatus: postremo defensionem omisit. ac lege repetundarum dā-  
natus est: Pro Eprio. Marcello a quo Lycij res repetebant. eoufq; ambitus præualuit:  
vt quidam accusatorum eius. exilio multarent: tanquam infonti periculum fecissent.  
Nerone tertium consule simul in consulatum Valerius Messalla. cuius proauū ora-  
torem Coruinum: diuo Augusto ab auo Neronis: collegam in eo magistratu fuisse:  
pauci iam senum meminerant: Sed nobili familię honor auctus est: oblati in singu-  
los annos quingenis sestertijs: quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret.  
Aurelio quoq; Cottę & Atherio Antonino annuam pecuniam statuit princeps: quā  
uis per luxum habitas opes. dissipassent. Eius anni principio. mollibus adhuc initijs p-  
lata tum inter Parthos romanosq; de obtinenda Armenia: bellum acriter sumit. quia  
nec Vologeses. sinebat fratrem Tyridatē dari a se regni expertē esse: aut alienę id po-  
tentię donum habere: & Corbulo dignum magnitudine populi romani rebat: parta  
olim a Lucullo Pompeioq; recipere. Ad hæc Armenij ambigua fide vtraq; armā inui-  
tabant: situ terrarū: similitudine morū. Parthis propiores: connubijsq; permixti: ac li-  
bertate ignota illuc magis ad seruitium inclinātes. Sed Corbuloni plus molis aduer-  
sus ignauiam militum quam contra perfidiam hostium erat. Quippe Syria transmo-  
tę legiones: pace longa segnes: munia romanorū ægerrime tollerabant. Satis constitit  
fuisse in eo exercitu veteranos: qui non stationem: nō vigilijs inissent. Vallum fossam  
q; quasi noua & mira. viferent. Sine galeis: sine loriceis: nitidi & quæstuosi: militia per-  
oppida expleta. Igitur dimissis quibus senecta aut valitudo aduersa erat: supplemen-  
tum petiuit. Et habitū per Gallaciam ac Cappadociam delectus. Adiectaq; ex Ger-  
mania legio cum æquitibus alarijs: & peditatu cohortiū. Retentusq; omnis exercitus  
sub pellibus: quamuis hyeme sæua adeo vt obducta glacie: nisi effossa humus: tento-  
rijs locum nō præberet. Ambusti multorum artus vi frigoris. & quidam inter excu-  
bias exanimati sunt. Annotatusq; miles: qui fascem lignorum gestabat ita præriguit  
se manus: vt oneri adhaerentes: truncis brachijs reciderent. Ipse cultu leui: capite inte-  
cto: in agmine in laboribus: frequens adesse. Laudem strenuis: solacium in validis: ex-  
emplum omnibus ostendere. Dehinc quia duriciam cæli militiaq; multi abnuebant:  
deserebantq;: remedium seueritate quęsitum est. Nec enim vt. in alijs. exercitibus pri-  
mum alterumq; delictum venia prosequeretur. sed qui signa reliquerat: statim capite  
pœnas luebat. Idq; vsu salubre: & misericordia melius apparuit. Quippe pauciores  
illa castra deseruere: quam ea in quibus ignoscebatur. Interim Corbulo legionibus in-  
tra castra habitis: donec ver adulesceret: dispositisq; per idoneos locos cohortibus au-  
xiliarijs: ne pugnam priores adirent: prædicat. Curam præsidiorum Pactio Orphito  
primipili honore perfuncto: mandat. Is quanquam incautos barbaros. & bene geren-

*Alia dicitur filia dolo  
Messal. interfecta*

*Capitonem Celsus dicitur  
trahere*

*lignas*

*Messalle pemptus  
pub. sustentata  
Annua pecunia 600*

*Tyridates frater  
Vologes*

*Ignauia militum*

*Alarij*

*Ambusti artus in  
frigoribus*

*Manus adhaerentes*

*Corbulo capite interfecto*

*Ver adulescent*

## LIBER. XIII.

de rei casum offerri scripserat: tenere se munimentis: & maiores copias opperiri iube-  
tur. Sed rupto imperio: postquam pauce proximis castellis turmæ aduenerant: pugnamq; imperitia poscebant: congressus cum hoste fuditur. Et damno eius exter-  
riti qui subsidium ferre debuerant: sua quisq; i castra trepida fuga rediere. Quod gra-  
uiter Corbulo accepit: Increpitumq; Pactium: & præfectos: militesq; tēdere omnes  
extra vallum iussit. Inq; ea cōtumelia detenti: nec nisi precibus vniuersi exercitus exo-  
luti sunt. At Tyridates super proprias clientelas: ope Vologesi fratris adiutus: non  
furtim iam: sed palam bello infensare Armeniam: quosq; fidos nobis rebatur depo-  
pulari: & si copiæ contra ducerentur: eludere. huc quoq; & illuc volitans: plura fama  
quam pugna: exterrere. Igitur Corbulo quæsito diu proelio. frustra habitus. & exem-  
plo hostium circumferre bellum coactus: dispartit vires. vt legati præfectiq; diuersos  
locos pariter inuaderent. Simul Regem Antiochum monet: proximas sibi præfectu-  
ras petere. Nam Pharasmanes, interfecto filio Rhadamisto: quasi proditore suo: quo-  
fidem in nos testaretur: vetus aduersus Armenios odium promptius exercebat. Tūc  
quoq; primum illecti Isichi: gens ante alias socia romanis: auia Armeniæ incurrauit.  
Ita consilia Tyridati in contrarium vertebantur. Mittebatq; oratores: qui suo Partho-  
rumq; nomine: expostularēt: cur datis nuper obsidibus: redintegrataq; amicitia: qua  
nouis quoq; beneficijs locum aperiret: vetere Armeniæ possessione depelleretur. Ideo  
nundum ipsum Vologesem commotum: quia causa quam ui agere mallet. Sin per-  
staretur in bello: non defore Arfacidis virtutem fortunamq; sepius clade romana ex-  
pertam. Ad ea Corbulo: satis comperto. Vologesem defectione Hyrcaniæ attineri:  
suadet Tyridati precibus Cæsarem aggredi. Possē illi regnum stabile: & res. incruen-  
tas contingere: si omissa spe longinqua & sera: presentem potiolemq; sequeretur. Pla-  
citum dehinc: quia commēatibus inuicem nuncijs: nihil in summa pacis proficiebat:  
colloquio ipsorū tempus locumq; destinari. Mille equitum præsidium Tyridates af-  
fore sibi dicebat: quantū Corbuloni cuiusq; generis militum assisteret: non statuere:  
dum positis loriceis & galeis: in faciem pacis veniret. Cuicumq; mortaliū: nedū vete-  
ri: & puido duci. barbaræ astutiæ paruisent. Ideo arctum inde numerū finiri: & hinc  
maiolem afferrī: vt dolus patraret. Nam equiti sagittarū vsu exercito: si detecta cor-  
pora obijcerent: nihil pfuturam multitudinem. Dissimulato tñ intellectu: rectius de-  
ijs: quę in publicum consulerent: totis exercitibus coram dissertaturos respondit. Lo-  
cumq; delegit: cuius pars altera colles erant clementer assurgentes: accipiendis pedi-  
tum ordinibus: pars in planiciem porrigebat: ad explicandas equitum turmas: dieq;  
pacto: prior Corbulo socias cohortes & auxilia regū pro cornibus medio sextā legio-  
nem cōstituit. Cui accita per noctē alijs ex castris: tria milia tertianorū permiscuerat:  
vna cum aquila: quasi eadem legio spectaretur. Tyridates vergente iam die pcul asti-  
tit: vnde videri magis quā audiri posset. Ita sine cōgressu dux romanus abscedere mi-  
litem sua quemque in castra iubet. Rex siue fraudem suspectans: quia plura simul in  
loca ibatur: siue vt commeatu nostros pontico mari: & Traperunte oppido aduen-  
tantes interciperet: propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit:  
quia per montes ducebantur præsidijs nostris infessos: & Corbulo: ne irritum bellum  
traheret: vtq; Armenios: ad sua defendenda cogeret. excindere parat castella. sibi que  
quod validissimum in ea præfectura: cognomento vallandū: sumit. Minora Cornelio  
Flacco legato & Isteo capioni. castrorum præfecto mandat. Tum circumspectis mu-  
nimentis: & quę expugnationi idonea: promissis: hortatur milites: vt hostem vagum:

*No defore Arfacidis  
virtutem*

*barbaræ Astutiæ*

*dissimulato intellectu*

*colles clementer  
assurgentes  
die pacto*

*Capito castrorum*



neq; paci aut proelio paratum: sed perfidiam & ignauiam fuga confitentem: exuerent  
sedibus. gloriaq; pariter & praeda consulerent. Tum quadripartito exercitu: hos in  
testudinem conglobatos: subruendo vallo inducit. alios scalas moenibus admouere:  
multos tormentis faces: & hastas incutere iubet. Libratoribus funditoribusq; attribu-  
tus locus: vnde eminus glandes torquerent: ne qua pars subsidium laborantibus fer-  
ret: pari vndiq; motu. Tantis inde ardor certantis exercitus fuit: vt intra tertiam diei  
partem: nudati propugnatoribus muri: obijces portarum subuerfi: capta ascensu mu-  
nimenta: omnesq; puberes trucidati sint: nullo milite amisso: paucis admodum vul-  
neratis. & imbelles vulgus sub corona venundatum. reliqua praeda victoribus cessit. Pa-  
ri fortuna legatus: ac praefectus vsi sunt. tribusq; vna die castellis expugnatis: caetera  
terrore: & alia sponte incolarum: in deditioem veniebant. Vnde orta fiducia caput  
gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen pximo itinere ductae legiones. quae si am-  
nem Araxem: qui moenia alluit: ponte transgrederentur: sub ictum dabant. procul &  
latioribus vadis transire. At Tyridates pudore & metu: ne si concessisset obsidioni:  
nihil opis in ipso videretur: si prohiberet impeditis locis seq; & equestres copias illiga-  
ret: statuit postremo ostendere aciem. Et dato die. proelium incipere: vel simulatione  
fugae: locum fraudi parare. Igitur repente agmen romanum circumfundit: non ignaro  
duce nostro: qui viae pariter & pugnae composuerat exercitum. Latere dextro tertia le-  
gio: sinistro sexta infedebat: medijs decumanorum delectis: recepta inter ordines im-  
pedimenta. & tergum mille equites tuebant: quibus iusserat: vt instantibus cominus  
resisterent: refugos non sequerent. In cornibus pedes sagittarius: & caetera manus equi-  
tum ibat. Productione cornu in sinistro per ima collium: vt si hostis intrauisset: fron-  
te simul & sinu exciperet. Assaultare ex diuerso. Tyridates: non vsq; ad iactum telis: sed  
tunc minitans. tum specie trepidantis: si laxare ordines & diuersos consecrari posset. vbi  
nihil temeritate solutum: nec amplius quam decurio equitum audentius progressus: &  
sagittis confixus: caeteros ad obsequium: exemplo firmauerat: ppinquis iam tenebris  
abcessit. Et Corbulo castra in loco metatus: an expeditis legionibus: nocte Artaxata  
pergeret: obsidioneq; circundaret agitauit: concessisse illuc Tyridatem ratus. Dein post  
quam exploratores attulere longinquum regis iter: & Median Albani peterent. in-  
certum: lucem opperit. praemissaq; leuis armatura: quae muros interim ambiret: op-  
pugnationemq; eminus inciperet. Sed oppidani portis sponte patefactis: se suaq; ro-  
manis permiscere. quod salutem ipsis tulit. Artaxatis ignis immissus. deletaq; & solo  
aequata sunt. quia nec teneri sine valido praesidio: ob magnitudinem moenium: nec id  
nobis virium erat: quod firmando praesidio: & capeffendo bello diuideretur. Vel si inte-  
gra & incustodita relinqueretur: nulla in eo utilitas aut gloria quod capta esset. Adij-  
citur miraculum velut numine oblatum. Nam cum caetera extra tecta haecenus sole illustra  
fuere qd repente moenibus cingebat: ita atra nube coopertum fulguribusq; discretum  
est vt quasi insensantibus deis: exitio tradi crederet. Ob haec consultatus imperator Ne-  
ro. & senatus consulto supplicationes habitae. statueq; & arcus & continui consulatus pri-  
cipi. Vtq; inter festos referretur dies quo: patrata victoria quo nunciata quo relatum  
de ea esset. Aliaq; in eandem formam decernuntur: adeo modum egressa: vt. C. Cassius  
de caeteris honoribus assensus: si pro benignitate fortunae dijs grates agerentur ne tot  
tum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit eoq; oportere diuidi sacros  
& negotiosos dies: qs diuina colerent & humana non impedirent. Varijs deinde castri-  
bus iactatus: & multorum odia meritis reus aut tamen sine inuidia Senecae damnatus.

Libratoribus  
Eminus glandes tor-  
querent  
obijces portarum subuerfi

Artaxata cap<sup>t</sup> 5<sup>ta</sup>  
Araxem

Decumanis

Assaultare Tyridates

Dein

Artaxata solo  
aequata

Miraculum

die q<sup>o</sup> patrata  
victoria m<sup>t</sup>  
festos

Sacri negotiosi  
dies

## LIBER. XIII.

Is fuit. P. Suillius imperitiae Claudio: terribilis ac venalis: & mutatione temporum: non quantum inimici cuperent demissus, quiq; se nocentem videri: quam supplicem mallet: Eius opprimendi gratia repetitum credebatur. Senatus consultum poenaeq; Cinnae legis: aduersus eos qui pretio causas orauissent: Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat praeter ferociam animi extrema senecta liber: & Senecam increpans: infensum amicis Claudij: sub quo iustissimum exilium pertulisset. Simul studijs inertibus: & iuuenem imperitiae suetum: inuidere ijs qui viuam & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercebant. Sequaestorem germanici: illum domus eius adulterum fuisse. an grauius estimandum sponte litigatoris: praemium honestae operae assequi: quam corrumpere cubacula principum foeminarum: qua sapientia quibus philosophorum praecipis: intra quadriennium regiae amicitiae: ter milies sestertium parauisset: Romae testamenta & orbos: velut indagine eius capi. Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. At sibi labore quaesitam: & modicam pecuniam esse. crimen periculum omnia potius toleratur: q̄ veterem ac olim partam dignationem subitae felicitati submittere. Nec deerant qui haec iisdem verbis aut versa indeterius: Senecae deferrent. Repertiq; accusatores. direptos socios. cum Suillius prouinciam Asiam regeret: ac publicae pecuniae: peculatum detulere. Mox quia inquisitionem annuam impetrauerat: breuius visum: suburbana crimina incipi: quorum obuij testes erant. Ii acerbitate accusationis. Q. Pomponium ad necessitatem belli ciuili detrusum: Iuliam Drusi filiam Sabinamq; Poppeiam ad mortem actas: & Valerium Asiaticum. Lusium Saturninum: Cornelium Lupum circumuentos. Iam equitum romanorum agmina damnata: omnemq; Claudij saeuiciam Suillio obiectabant. Ille nihil ex his sponte susceptum: sed principi paruisse defendebat. donec eam orationem Caesar cohibuit: comperit sibi referens ex commentarijs patris sui: nullam cuiusq; accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messalinę pretendi. & labare defensio. Cur enim neminem alium electum: qui seiuienti ipudicę vocem preberet: puniendos reꝝ atrocium ministros: vbi pretia sceleꝝ adepti: scelera ipsa alijs delegent. Igitur adēpta bonoꝝ parte: nam filio & nepoti pars concedebatur: eximebanturq; et quę testamento matris: aut aui acceperant: in insulas. baleares. pellit: non ipso discrimine: non post damnationem fractus animo. Ferebaturq; copiosa & molli vita: secretum illud tolerauisse. filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus: per inuidiam patris: & crimina reperundarum: intercessit princeps: tantam satis expleta. vltione Per idem tempus Octauius sagitta: plebei tribunus: potētię mulieris nuptę amore vecors: ingentibus donis adulterium: & mox vt omitteret maritum emercat: suum matrimonium pmittens: ac nuptias eius pactus. Sed vbi mulier vacua fuit: nec tere moras: aduersam patris voluntatem causari. repertaq; speditio ris coniugis: pmissa exuere. Octauius contra mō conqueri. mō minitari: famā pditam pecuniā exhaustā obtestans. deniq; salutē q̄ sola relicta esset: arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebat: noctem vnam ad solatium poscit: qua delinitus. modum in posterę adhiberet. Statuitur nox. Et pontia conscie ancillae custodiam cubiculi mandat. Ille vno cū liberto ferrum veste occultū infert. Tum vt assollet in amore: & ira iurgia: preces: exprobratio: satisfactio: & pars tenebrarum: libidine seposita & questu incensus: nihil metuentē ferro. transfuerberat. & accurrentem ancillā vulnere absterret: cubiculoq; prumpit. Postera die manifesta cedes. haud ambiguus percursor. quippe mansisse vna cōuincebat. Sed libertus suū illud facinus pfiteri se patroni iniurias vltū esse. Comoueratq; quosdā magnitudine exēpli. donec ancilla ex vulnere resecta: vix ape-

*Suill' dāna uer**Citra Lex**Seneca Tb Cla  
ex ul**Iesta Indagari  
api**peculatus**suburbana crua**Claudij scuta  
Suillio obiecto**In insulas bale  
pellit. v.**copiosa et moll  
vita**Octauus? Trib. p**Statuitur nox**pontia in suca**Mansisse*

rui: postulatusq; apud consules a patre interfecte: postq; tribunatu abierat: sententia patrum: & lege Cornelia de sicarijs condemnat. Non minus insignis eo anno impudicia: maiorū reip. malorū initium fecit. Erat in ciuitate Sabina Poppea. T. Ollio patre genita: sed nomen aui materni sumpserat. illustri memoria Poppei Sabini consulari & triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium honoribus nūndum functum amicitia Seiam peruertit. Huic mulieri cuncta alia fuere: præter honestum animum. Quippe mater eius ætatis suæ scēminas pulchritudinē supergressa: gloriā pariter & formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis. nec absurdum ingenium modestiā præferre: & lasciuia uti. Rarus ī publicum egressus. Idq; velata parte oris: ne satiare aspectum. vel quia sic decebat. Famē nunq; pepercit: maritos & adulteros non distinguens. neq; affectui suo aut alieno obnoxia. Vnde utilitas ostendit: illuc libidinem transferebat. Igit̄ agentem eam in matrimonio Rufi Crispi equitis romani: ex quo filiū genuerat: Otho pellexit iuuenta ac luxu. Et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebat: nec mora quin adulterio matrimonium iungeret. Otho siue amore incautus: laudare formā elegantiamq; vxoris apud principem siue ut accenderet: ac si eadem scēmina potirent: id quoq; vinculum potentiā ei adijceret. Sepe auditus est consurgens e conuiuio Cæsaris: se ire ad illam. ibi concessam dictitans nobilitatem pulchritudinē: vota omnium & gaudia feliciū. His atq; talibus irritamentis: non longa contatio interponit: sed accepto aditu: Poppea primū per blandimēta & artes valefcere. Imparē cupidini se & forma Neronis captam simulans. mox acri iā principis amore: ad superbiā vertens: si vltra vnā alteramq; noctem attineret: nuptam esse se dictitans: nec posse matrimoniū amittere: deuinctā Othoni per genus vitæ: qd̄ nemo adæquaret. Illum animo & cultu magnificū: Ibi se summa fortuna dignā visere. At Neronē pellice ancilla & assuetudine Actes deuinctum: nil e contubernio seruli: nisi abiectum & sordidum traxisse. Deijcitur familiaritate sueta: post congressu & comitatu Otho: & ad postremum: ne in vrbe æmulatus ageret: prouinciā Luitania præficitur. Vbi vsque ad ciuilia arma. non ex priore infamia: sed integre sancteque egit: procax ocij: & potestatis temperantior. Hactenus Nero flagitijs & sceleribus velamenta quæsiuit. Suspectabat maxime Cornelium Syllam: socors ingenium eius in contrarium trahens: callidumq; & simulatorem interpretando quem metum. Graptus ex libertis Cæsaris: vsu & senectā a Tyberio vsque domum principum edoctus: tali mendacio intendit. Pons miluius ī eo tempore celebris nocturnis illecebris erat. Ventitabatq; illuc Nero: quo solutius urbem extra lasciuiret. Igitur regredienti per viam flaminiam compositas insidias: fatoq; euitatas. quoniam diuerso itinere salustianos in hortos remeauerit: auctoremq; eius doli Syllam ementit: quia forte redeuntibus ministris principis: quidam per iuuenilem licentiam que tunc passim exercebatur: inanem metum fecerant. Neque seruorum quisq; neque clientium Syllæ agnitus. maxime despecta & nullius ausi capax: natura eius a crimine abhorrebat: Perinde tamen quasi conuictus esset: cedere patriā: & Massiliensium moenibus coerceri iubet. Isdem consulibus audite puteolanorum legationes: quas diuersas senatorius ordo plebsq; ad senatum miserant. Illi vim multitudinis: hi magistratum & primi cuiusque auariciam increpantes. Cumq; seditio ad saxa & minas ignium progressa. necem & arma perliceret. C. Cassius adhibendo remedio delectus. quia seueritatem eius non tolerabant: precante ipso: ad scribonios fratres ea cura transfertur: data cohorte prætoria: cuius terrore & paucorū supplicio: redijt oppidanis concordia.

Sabina poppea

Sermo comis  
Modestia pferre  
lasciuia uti

Otho pellexit

Assuetudine Actes  
deuinctus Nero

Otho Luitania

præficitur  
Velamenta flagitijs  
quæsiuit

Pons Miluius  
nocturnis illecebris

Syllæ nullius ausi  
capax

coerceri iubet  
puteolanorum



## LIBER. XIII.

Non referrem vulgatissimum senatus consultum: quo ciuitati Syracusanorū egredi-  
 numq; edendis gladiatoribus finitum: permittebatur. nisi Petus Thrasea contradi-  
 xisset: præbuissetq; materiam obrectatoribus arguendæ sententiæ. Cur. n. si rempu.  
 egere libertate senatoria crederet: tam leuia consecraretur: quin de bello aut pace. de  
 vectigalibus & legibus: quibusq; alijs romana continentur: suadere dissuadere licere  
 patribus: quotiens ius dicendæ sententiæ accepissent: quæ vellent expromere: relatio-  
 nemq; in ea postulare. An solum emendatiōe dignum: ne Syraculis spectacula lar-  
 gius ederentur: Cætera per omnes imperij partes perinde egregia: quam si nō Nero:  
 sed Thrasea regimen eorū teneret. Quæ si summa dissimulatione trāsmitteretur: quā  
 to magis inanibus abstinendum? Thrasea contra: rationē poscētibus amicis: non præ-  
 sentium ignaræ respondebat: eiusmodi consulta corrigere: sed patrum honori dare: vt  
 manifestū fieret: magnarum rerū curam: non dissimulatuos: qui animū etiam leuissi-  
 mis aduerterent. Eodē anno crebris populi flagitationibus: imodestiam publicanorū  
 arguentis dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet: Idq; pulcherrimū do-  
 num generi mortalium daret. Sed impetū eius: multum prius laudata magnitudine  
 animi: attinuerunt senatores: dissolutionē Imperij docendo: si fructus quibus resp. susti-  
 neretur: diminuerentur. Quippe sublatis portorijs: sequēs vt tributorū abolitio expo-  
 stularetur. Plerasq; vectigalium societates: a cōsulibus & tribunis plebis constitutas  
 acri etiam populi Romani libertate. Reliqua mox ita prouisa: vt ratio quæstuū & ne-  
 cessitas irrogatiōum inter se cōgruerent: Temperandas plane publicanorū cupidines  
 ne per tot annos sine querela tollerata: nouis acerbitatibus ad inuidiā verterent. Ergo  
 edixit princeps vt leges cuiusq; publici occultæ ad id tēpus: proscriberent: omissas pe-  
 titiones nō vltra annum resumerēt. Romæ prætor per puincias. qui pro prætore aut  
 cōsule essent: iura aduersus publicanos extra ordinē redderent. Militibus immunitas  
 seruaret: nisi in ijs quæ veno exercerēt: aliaq; admodū æqua q̄ breui seruata: dein fru-  
 stra habita sunt. Manet tñ abolitio quadragesima quinquagesimæq; & quæ alia ex au-  
 ctionibus illicitis: nomina publicani inuenerāt. Temperata apud transmarinas pro-  
 uincias frumenti subuectio. Et ne cēsis negociatorū naues ascriberentur: tributumq;  
 pro illis penderēt constitutum. Reos ex prouincia affrica: qui procōsulare imperium  
 illic habuerunt: Sulpicium Camerinum: & Pomponium Siluanum: absoluit cæsar.  
 Camerinum aduersus priuatos & paucos: seuiçiæ magis quam captarum pecuniarū  
 crimina obijcipientes Siluanum magna vis accusatorum circumsteterat. po. cebatque  
 tempus euocandorum testium. Reus illico defendi postulabat. Valuitq; pecuniosa  
 orbitate & senectæ: quam vltra eorū vitam produxit. quorū ambitu euaserat. Quietæ  
 ad id tempus res in Germania fuerant: ingenio ducum: qui peruulgatis triumphis in-  
 signibus: maius ex eo decus sperabant: si pacē continuauissent. Paulinus Pōpeius. L.  
 Vetus ea tempestate exercitui præerant. Ne tñ segnem militem attinerent: ille inchoa-  
 tum ante tres & sexaginta annos a Druso aggerem coercedendo rheno: absoluit: Ve-  
 tus Mōsellamq; atq; Ararim facta inter vtrunq; fossa cōnectere parabat: vt copiæ per  
 mare: dein rhodano & arare subuectæ: per eam fossam: mox fluuio Mossella: in rhe-  
 num: ex in oceanum decurrerēt. Sublatiisq; itinerū difficultatibus: nauigabilia inter se  
 occidentis septentrionisq; littora fierēt. Inuidit operi Helius gracilis Belgicæ legatus:  
 deterrēdo vetere: ne legiones alienæ puinciæ iſferret. in studiaq; galliarū affectaret. For-  
 midolosū id Impatori dictitās: quo plerūq; phibent conatū honesti. Ceteræ cōtinuo  
 exercitiū ocio fama icellit: ereptū ius legatis ducēdi in hostē. Eoq; phrysi iuuentutē

*Huius filij gladiator  
 Petrus Thrasea*

*Immodestia publica*

*In portorijis et no  
 lib' subacta 20 p*

*Abolitio q̄bange  
 et quædam*

*Sulp. Camerini*

*Valuit pecuniosa  
 bit*

*L. Vetus Mōs  
 Agger a Druso*

saltibus aut paludibus: imbellum aetatem per lacus admouere ripae: agrosque vacuos:  
& militum vsui sepositos: insedere: auctore Verrito: & Malorige qui nationem eam re-  
gebant: in qua tum Germani regnabant. Iamque fixerant domos: semina aruis intule-  
rant: atque patrium solum exercebant: cum dubius auitus: accepta a Paulino provincia: mi-  
nitando vim romanam: nisi abscederent phrysi: veteres in locos: aut nouam sedem a Ca-  
sare impetrarent: perpulit Verritum & Malorigem preces suscipere. profectique roma:  
dum alijs curis intentum Neronem opperiunt inter ea quae Barbaris ostentantur: in-  
trauere Pompeij theatrum: quo magnitudinem populi uiderent. Illic per otium. neque enim.  
ludicris ignari oblectabantur: dum confessum caueat: discrimina ordinum: quis eques:  
ubi senatus percunctatur: aduertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum: & qui  
nam foret rogantes: postquam audiuerat: earum gentium legatis in honoris datum: quae uir-  
tute & amicitia romana praecellerent: nullos mortalium armis aut fidei ante germanos  
esse exclamant: digrediunturque & inter patres confidunt. quod comiter a uisentibus exce-  
ptum: quasi impetus antiqui: & bona aemulatioe Nero ciuitate romana ambos dona-  
uit. phrysiis decedere agris iussit. atque illis aspernatis: auxiliaris aeques repente im-  
missus: necessitatem attulit captis casusue qui peruicacius restiterat. Eosdem agros An-  
sibarij occupauere: validior gens non modo sua copia sed adiacetium populorum misera-  
tione. quia pulsi a Chaucis & sedis inopes: tutum exilium orabant. Aderatque ijs clarus per  
illas gentes: & nobis quoque fidus: nomine Boiocalus: uinctum se rebellione cherusca:  
iussu Arminij referens. Mox Tyberio & Germanico ducibus: stipendia meruisse: qui  
quaginta annorum obsequio. Id quoque adiungere: quae gentem suam ditioni nostrae sub-  
ijceret. Quotam partem campi iacere: inquam pecora & armenta militum aliquan-  
do transmitterentur: Seruarent sane receptos gregibus inter hominum famam. mo-  
do ne vastitatem: & solitudinem mallent. quam amicos populos Chamanorum quon-  
dam ea arua: mox Tubantum: & post Vippiorum fuisse. Sicut caelum dijs: ita terras  
generi mortalium datas. quae sint vacuae: eas publicas esse. Solem inde respiciens: & ce-  
tera sidera vocans: quasi coram interrogabat: uellent ne contueri inane solum: poti-  
us mare superfunderent: aduersus terrarum ereptores. Et commotus his auitus: patien-  
da meliorum imperia. Id dijs quos implorarent placitum: ut arbitrium poenae roma-  
nos maneret. quid darent: quid adimerent: neque alios iudices quam se ipsos paterentur.  
Haec in publicum Ansibarij respondit. Ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae datumque  
agros quod ille ut prodicionis pretium aspernatus: addidit deesse nobis terra uia in  
qua moriamur non potest atque ita infensus utrinque animis discessum. Illi Bructeros Te-  
neros: ulteriores etiam nationes sociasque bello vocabant. Auitus scripto ad Curtium  
mantiam superioris exercitus legatum: ut Rhenum transgressus: arma a tergo osten-  
deret. Ipse legiones in agrum Teneterum induxit: excidium minitans: nisi causam su-  
am dissociarent. Igitur assistentibus his: pari metu exterritis. Bructeris: & ceteris quo-  
que aliena pericula deferentibus sola Ansibariorum gens retro ad Vippios & Tuban-  
tes concessit: quorum terris exacti: cum Catthos: dein cheruscos petissent: errore lon-  
go: hospites: egeni: hostes in alieno quod iuuentutis erat: caduntur. Imbellis aetas in  
praedam diuisa est. Eadem aetate inter hermunduros Catthosque certatum magno  
proelio: dum flumen gignendo sale secundum: & conterminum: uitrahunt super li-  
bidine cuncta armis agendi religione insita: eos maxime locos propinquare caelo preces-  
que mortalium: a deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia numinum illo in  
amne illisque silij salei prouenire: non ut alias apud gentes eluuiis maris arefcente

phrysi

Legati in po. kato

Confessus caueat

Ine pres confidunt

Annorum obsequio

Teneros

Catthi

LIBER. XIII.

vnda: sed super arenam arborū struem fusa ex contrarijs inter se elementis: igne atq; aquis concreta. Sed bellum hermūduris prospere. Catthis exitio fuit quia victores diuersam acie marti ac mercurio sacrauere quo voto: equi: viri: cuncta victa: occidioni dantur. Et minae quidē hostiles in ipsos vertebant. Sed ciuitas Iuhonum socia nobis malo improviso afflictā est. Nam ignes terra editi. villas: arua: vicos: passim corripiebant. ferebāturq; in ipsa conditae nuper Coloniae moenia: neq; extingui poterant: nō si hymbres caderent: nō si fluuialibus aquis aut quo alio humore niteretur: donec inopia remedij: & ira cladis: agrestes quidā eminus saxa iacere: dein residētibus flāmis propius suggesti. ictu fustium: alijsq; verberibus: vt feras absterrebant. Postremo tegmina corpori direpta: iniiciūt: quanto magis profana: & vsu viliori poluta: tāto magis oppressura ignes. Eodē anno ruminalem arbore in comitio quae super octingētos & quadraginta ante ānos Remi Romuliq; infantia texerat: mortuis ramalibus & arescēte trunco deminutā prodigij loco habitum est: donec in nouos foetus reuiuiferat.

*bellū Catthi  
cūta occidit*

*Iones rura eia*

*Ruminat mo  
ramalibus*

Finis Tertijdecimi Libri.

CORNELII TACITI ACTIONVM DIURNALIVM HISTORIAE  
AVGVSTAE LIBER. XIII. INCIPIT.

Aio Vipsano Fonteio consulibus diu meditatū scelus: nō vltra Nero distulit. vetustate imperij coalita audacia: & flagrantior in dies amore Poppeae quae sibi matrimonium & dissidiū Octaviae i columi Agrippina: haud sperans crebris criminatiōibus: aliquā per facetias incusaret principē: & pupillū vocaret: qui iussis alienis obnoxius non modo imperij: sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas: formā. s. displicere: & triūphales auos: an foecunditatem. & vere animū timeri: ne vxor saltem iniurias patrum iram populi aduersus superbiam avarici amq; matris aperiebat: Quod si nurū Agrippina non nisi filio infestam ferre posset: Reddatur ipsa Othonis coniugio. iturā quoquo terrarū. vbi audiret potius contumelias iperatoris quā viseret periculis eius imixta. haec atq; talia lachrymis: & arte aduulterae penetrantia. nemo prohibebat cupientibus cunctis infringi matris potentiam: & credēte nullo: vsq; ad cadē eius duratura filij odia. Tradit Cluius: ardore retinendae Agrippinā potentiae: eousq; prouectā: vt medio diei cum id temporis Nero per vinū & epulas incalesceret: offerret se saepius temulento: cōptam: & incesto paratam. Iāq; lasciuia oscula praenuncias flagitijs blandicias annotātibus proximis: Senecā contra muliebres illecebras: subsidiū a foemina petiuisse. Immissamq; acten libertam: quae si mul suo periculo: & infamia Neronis anxia: deferret: peruulgatū esse incestum gloriante ante matre: nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius rusticus non Agrippinae: sed Neroni cupitū id memorat. eiusdemq; libertae astu dissectum. Sed q̄ Cluius eadē ceteri quoq; auctores prodidere. Et fama huc inclināt: seu cōceperit aio tm̄ immanitatis Agrippina: seu credibilior nouae libidinis meditatio in ea visa ē: quae puellaribus annis stuprum cū lepido spe dominationis admiserat. Pari cupidine vsq; ad libita pallantis prouoluta. & exercita ad omne flagitium patru nuptijs. Igit̄ Nero vitare secretos eius cōgressus abscedētem in hortos aut tusculanum: vel anciantē in agrum laudare quod ocium lacefferet. Postremo vbicunq; haberet: praegrauē ratus

*Coalita audacia*

*Iussis alienis ob*

*Cupit i fugi pot  
m̄*

*pungenti m̄*

*Exercita ad a  
tū*

interficere constituit: haecenus consultans: veneno an ferro vel qua alia vi. Placuitq;  
primo venenum. Sed inter epulas principis si daretur: referri ad casum non poterat:  
tali iam Britannici Exitio. Et ministros tentare arduum videbatur mulieris vsu sceleg:  
aduersus insidias intentae atq; ipsa presumendo remedia munierat corpus. Ferrum &  
caedes quonam modo occultaretur nemo reperiebat: & nequis illi tanto facinori dele-  
ctus: iussa sperneret: metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus: classis apud Mi-  
senum praefectus: & puericiae Neronis educator: ac mutuis odijs Agrippinae inuisus.  
Ergo nauem posse componi docet. cuius pars ipso in mari per artem soluta. effun-  
deret ignaram. Nihil tam capax fortuitoꝝ quam mare: & si naufragio intercepta sit:  
quem adeo iniquum: vt sceleri assignet: quod venti & fluctus deliquerint? Additurq; pri-  
cipem defunctae templum. & aras & caetera ostentandae pietati. Placuit solertia teꝝpo-  
re etiam adiuta: qm̄ quinquatuꝝm festos dies apud Baias frequetabat. Illuc matrem eli-  
cit: ferendas parentuꝝ iracundias: & placandum animum dicitas: quo rumorem reco-  
ciliationis efficeret. Acciperetq; Agrippinam: facili foeminaruꝝ credulitate ad gaudia  
venientem. Dehinc obuius in littora nam Antio aduentabat excipit manu: & comple-  
xu ducitq; Baulos: Id ville nomen est quae promotorium misenum inter: & baiantum  
lacum flexo mari alluitur. Stabat inter alias: nauis ornatio: taꝝm id quoq; honori ma-  
tri daretur. Quippe suuerat triremi: & classiaroꝝ remigio vehi. Actum inuitata ad  
epulas erat: vt occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit extitisse prodito-  
rem & Agrippinae auditis insidijs an crederet ambigua gestamine sellae Baias perue-  
ctam. Ibi blandimentum subleuauit metum. Comiter excepta: superq; ipsum colloca-  
ta. Naꝝ pluribus sermonibus modo familiaritate iuuenili Nero: & rursus adductus  
quasi serua cofociaret: tracto in loꝝgum conuictu: prosequitur abeunte arctius oculis  
& pectori haerens. siue explenda simulatioe: seu periturae matris supremus aspectus.  
quaꝝuis ferrum animuꝝ retinebat. Noctem syderibus illustrem: & placido mari quie-  
tam quasi couincendum ad scelus: dij praebere. Nec multuꝝ erat. pꝝgressa nauis: duo-  
bus numero familiaruꝝ Agrippinam comitatibꝝ. ex quibus crepereius gallus haud  
pꝝcul gubernaculis adstabat. A ceronia super pedes cubitatis recliuis poenitentia filij:  
& recuperatae matris gratiam per gaudiuꝝ memorabat: cum dato signo ruere tectum  
loci multo plumbo graue: pressusq; Crepereius: & statim exanimatus est Agrippina  
& A ceronia eminentibus tecti parietibus forte validioribus quaꝝuis oneri caderent: pꝝ  
tectae sunt. nec dissoluto nauigij sequebatꝝ turbatis oibus: & quod plariq; ignari etiaꝝ  
conscios impediabant. Iussuꝝm dehinc remigibus: rate vnum in latus inclinare. atq; ita  
nauem submergere. Sed neq; ipsis proptus in rem subita consensus: & alij contra niten-  
tes dedere facultate lenioris in mare iactus. Verꝝ A ceronia imprudens: dum se Agrip-  
pinae esse & vt subueniret matri principis clamitat: contis & remis & quae fors obtule-  
rat. naualibus telis coficitur. Agrippina filis: eoq; minus agnita: vnum tm̄ vulnus hu-  
mero excepit. Nando deinde occursum lenunculoꝝ lucrinum in lacum vectam. Villae  
suae inferunt. Illic reputans ideo se fallacibus litteris accitam: & honore praecipuo ha-  
bitam. qꝝq; littus iuxta: non ventis acta: non saxis impulsam nauis: summa sui partes  
veluti terrestre machinamentum concidisset: obseruans etiam A ceroniae necem: si-  
mul suum vulnus aspiciens: solum insidiarum remedium esse: si non intelligeretur.  
Misitque libertum Agerinum: qui nunciaret filio benignitate deum: & fortuna  
eius euasisse grauem casum. Orare vt quis periculo matris exterritus visendi curam  
differret. Sibi ad praesens quiete opus. Atque interim securitate simulata: medi-

*presumendo remedia  
munierat corp?*

*Anicetus Libertus*

*Quinquatuꝝm festo  
dies*

*facili credulitas seu  
2m3*

*Misenum*

*occultando facinori  
nox*

*Sup Hazone collocata*

*Nox subterfug illu-  
stris*

*Dissolutio nauigij*

*Coficitur Jelis  
Lenunculi*

*Ad pꝝnt qꝝe opus*

## LIBER. XIII.

camina vulneri & fomenta corpori adhibet. Testamentum Aceroniae requiri: bonaq; obfignari iubet. Id tñ non per simulationem. At Neroni nūcios patrati facinoris operienti affertur euasisse ictu leui faucium. Et haecenus addito discrimine ne auctor dubitaretur: tum pauore exanimis: & iam iamq; affore obtestans vindictae properae: siue seruicia armaret: vel militē accenderet: siue ad senatum & populum peruaderet: naufragium: & vulnus & interfectos amicos obijciendo: quod cōtra subsidium sibi: nisi quid Burrus & Seneca expergiscerentur: quos statim acciuerat: incertū an & ante ignaros: Igitur longū vtriusq; silentium ne irriti dissuaderent: & eo descensum credebant: vt nisi praeueniretur Agrippina: pereundū Neroni esset: post Seneca haecenus promptior respicere Burrum: ac si scitaretur: an militi imperanda caedes esset. Ille pretorianos toti Caesaris domui obstrictos: & memores Germanici. nihil aduersus progeniem eius atrox ausuros respōdit. Perpetraret Anicetus promissa: qui nihil cūctatus: poscit sūmam sceleris. Ad illam vocem Nero illos inuidiae dari imperiū: auctoremq; tanti muneris libertum profitetur. Iret propere: duceretq; promptissimos ad iussa. Ipse audito venisse: missu Agrippinae: nunciū Agerinum scenam vitro criminis parat: gladiumq; dum mandata perfert: abijcit inter pedes eius: tum quasi deprehenso vincla iniici iubet: vt exitium principis molitam matrem: & pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret. Interim vulgato Agrippinae periculo: quasi casu euenisset: vt quisq; acceperat: decurrere ad littus. Hi molium obiectus: hi proximas scaphas scandere. Alij quantum corpus sinebat: vadere in mare. quidam manus protendere questibus: vocis clamore diuersa rogantium: aut incerta respondentium: omnis ora compleri. Affluere ingens multitudo cum luminibus. atq; vbi iolumen esse pernotuit: vt ad gratandum sese expedire: donec aspectu armati & minitantis agminis disiecti sunt. Anicetus villam statione circumdat. refractaq; ianua: obuios seruorū obripit: donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabant: ceteris terrore irrupentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat: & ancillarum vna: magis ac magis anxia Agrippina: quod nemo a filio: ac ne Agerinus quidem: aliam fere littore faciem: nunc solitudinem ac repentinos strepitus: & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla: tu quoq; me deseris: prolocuta: respicit Anicetum Trierarcho herculeo & oloarito centurione classario comitatum. Ac si ad visendum venisset refotam nunciaret: sin facinus patraturus nihil se de filio credere: non imperatum paricidium. Circūfistunt lectum percussores. & prior Trierarchus fuste caput eius afflixit. Nam in mortem Centurioni ferrum distringenti: protendens vterum: Ventrem feri exclamauit: rogans ministrum vt vtero dirum ensē conderet: adiiciens. hic est hic est fodiendus ferro: monstrū qui tale tulit. Post hanc vocem: cum supremo mixtā gemitu: animam tandem post fera tristem vulnera reddidit. Ictibus enim multisque vulneribus confecta est. Haec consensu produntur. Aspexerit ne matrē exanimē Nero: & formam corporis eius laudauerit: sunt qui tradiderint. sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem conuiuali lecto: & exequijs vilibus. Neq; dum Nero rex potiebatur cōgesta aut clausa humo: mox domesticorū cura: leuem tumultum accepit: viā Miseni propter: & villā Caesaris dictatoris: quae subiectos sinus: editissima p̄spectat. Accessō rogo: libertus eius cognomēto Mnester. ipse ferro se transegit: Incertū caritate in patronā: an metu exitij. Hunc sui finē multos ante annos crediderat Agrippina contēperatq;. Nā consulēti super Nerone: respōderunt Chaldei: fore vt iperaret: matremq; occideret: Atq; illa occidat inquit: dū iperet. Sed a Casare perfecto demū scele-

Anicetus posat  
mūz sceleris

Affluere mox mlti  
in luminibus

Veteris fodiendus ferro  
monstrū q; tale tulit

Tumulus Agrippinae

occidat dū impet

re: magnitudo eius intellecta est. Reliquum noctis: modo per silentium defixus: sapius pauore exurgens: & mentis inops: lucem opperiebatur: tanquam exitium allaturam. Atq; cum auctore Burro: prima centurionum tribunorumq; adlatio: ad spē firmavit: prehensantium manum: gratantiumq; q; discrimē improuisum: & matris facinus euasisset. A mici dehinc adire templa: & cœpto exemplo proxima campaniæ municipia: victimis & legationibus læticiam testari. Ipse diuersa simulatiōe mœstus: & quasi incolumitati suæ infensus: ac morte parentis illachrymans: quia tamen non vt hominum ita locorum facies mutantur: obuersabatur maris illius & littorum grauis aspectus. Et erant qui crederent: sonitum tubæ: collibus circum editis: plāctusq; tumulto matris audiri. Neapolim concessit. litterasq; ad senatum misit, quarum summa erat: repertum cum ferro percussorem Agerinū. ex intimis Agrippinæ libertis. & luisset eam pœnā conscientia: qua scelus paruisset. adijciebat crimina longius repetita q; consortium imperij: iuraturaq; in sceminae verba pratorias cohortes: idemq; de decus senatus & populi: sperauisset. Ac postea quā frustra oblata sunt: infensa militibus patribusq; & plebi: dissuasisset donatiuum & cōgiarium: periculaq; uiris illustribus instruxisset: quanto suo labore perpetratum: ne irrumperet curiam: ne gentibus externis responsa daret. Tempore quoq; Claudianorū oblita insectatione: cūcta eius dominationis flagitia in matrem transtulit: publica fortuna extinctam referens Nāq; & naufragium narrabat: quod fortuitum fuisset: quis adeo hebes iueniretur: vt crederet: aut a muliere naufraga missum cū telo vnum: qui cohortes: & classes imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero: cuius immanitas omniū quæstus anteibat: Sed Seneca aduerso rumore erat: quod oratiōe tali confessionem scripisset. Miro tō certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia puluinaria: vtq; quinquatria quibus aperta essent insidiæ: ludis annuis celebrarentur. Aureum Mineruæ simulachrum in curia: & iuxta principis imago statueretur. Dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset: Thrasca Petus silentio vel breui assensu: priores adulationes trāmittere solitus: exitium senatui: ac sibi causam periculi fecit: Cæteris libertatis initium non præbuit. Prodigia quoq; crebra & irrita intercessere. Anguem enixa mulier. & alia in concubitu mariti fulmine exanimata: Iam sol repēte obscuratus. & tactæ de cælo quattuordecim vrbs regiōes. quæ adeo sine cura deū eueniebāt: vt multos post annos Nero imperium & scelera continuauerit. Cæteræ quo grauaret inuidiā matris: eaq; demota: auctam lenitatem suā testificaret: sceminas illustres Iuniā & Calpurniam præfectura functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolum: sedibus patrijs reddidit: ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolix Paulinæ cineres reportari: sepulchrumq; extrui permisit. quosq; ipse nuper relegauerat. Titurium & Caluiscū: pœna exoluit. Nam Syllana fato functa erat: longinquo ab exilio tarentum regressa Labante iā Agrippina: cuius inimicitijs conciderat: vel tum mitigata: Cunctanti in oppidis campaniæ: quo nā modo urbē ingrederetur: an obsequiū senatus: an studia plebis reperiret anxio: contra deterrimus quisq; quorū non alia regio fecundior extitit: iuisum Agrippinæ nomen: & morte eius accensum populi fauorem differunt. Iret intrepidus. & venerationem sui corā experiret. Simul progredi exposcūt. & prōptiora quā promiserāt inueniūt: obuias tribus: festo cultu senatū: coniugū ac liberorū agmina: per sexū & ætatem disposita: extractos qua incederet: spectaculorū gradus quo triumphū visitur. Hinc superbus ac publici sicutij victor: capitoliū adiit. grates exoluit. seq; i oes libidines effudit. quas male coercitas: qualiscūq; mris reuerētia tardauerat.

Flagitia in matrem  
transtulit

Seneca aduerso rumore  
Suppl. apud puluina.

Thrasca petus

Anguem enixa  
mulier

prodigia in vrbs  
regiōes

Lolix omnes

Syllana

Reperit Romā

grates exoluit  
& in libidines effudit

## LIBER. XIII.

Vetus illi cura erat curriculo quadrigarum insistere. nec minus foedum studium cythara ludicrum in modū canere: cum coenaret. quod regibus & antiquis ducibus factitatum memorabat: Idq; vatum laudibus celebre & decorum honori datum. Enim vero cantus Apollini sacros: talique ornatu astare: non modo græcis in viribus: sed romana apud templa: nomen præcipuum: & præscium. Nec iam sisti poterat: cum Senecæ ac Burro visum: ne utroq; peruinceret: alterq; concedere. Clausumq; valle Vatica spaciū in quo equos regeret: haud promiscuo spectaculo: mox ultro vocari populus romanus laudibus extollere: ut est vulgus cupiēs voluptatum: & si eodem princeps trahat letum. Caterq; vulgatus pudor: non facietatem ut rebantur: sed incitamentum attulit. Ratusq; dedecus amolliri si plures foedasset: nobilium familiarū posteros: egestate venales: in scanam deduxit. quos fāto perfunctos: ne nominatim tradam: maioribus eoz; tribuendum puto. Nam & eius flagitium est: qui pecuniam ob delicta potius dedit: quā ne delinquerent. Notos quoq; equites romanos operas arenæ promittere subegit: donis ingentibus. nisi quod merces ab eo qui iubere potest vim necessitatis affert. Ne tñ adhuc publico theatro dehonestaretur: instituit ludos iuuenaliū vocabulo. In quos passim nomina data. Non nobilitas cuiquam: non etas aut acti honores impedimēto: quo minus græci latiniue hystriōnis artem exercerēt: usq; ad gestus: modosq; haud viriles. Quin & sceminæ illustres deformia meditari. Extructaq; apud nemus quod nauali stagno circumposuit Augustus: conuenticula & cauponæ: & posita vero irritamenta luxus. dabanturq; stipes quas boni necessitate: intēperantes glōria cōsumerent. Inde gliscere flagitia & infamia. nec vlla moribus olim corruptis plus libidinum circūdedit quā illa coluuiēs. Vix artibus honestis pudor retinetur: nedū inter certamina vitioꝝ pudicitia aut modestia: aut quicquam p̄bi moris reseruetur. Postremus ipse scanas ascendit: multa cura tentans cytharam & præmeditans: assistentibus familiaribus abscesserat cohors militū: centuriōes: tribuniq;. Et mærens Burrus: ac laudās. Tuncq; primum conscripti sunt equites romani: cognomēto augustanoz; etate ac robore conspicui. & pars ingenio procaces: alij in spe potentia. Hi dies ac noctes plausibus personare. Formā principis vocemq; deum vocabulis appellantes: quasi per virtutem clari: honorariq; agere. Ne tñ ludicra tñ imperatoris artes notescerent: carminū quoq; studium affectauit: contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dū insignis etatis nati: confidere simul: & allatos vel ibidē repertos versus connectere. atq; ipsius verba quoquo mō prolata supplere. quod species ipsa carminū docet: non impetu & instinctu: nec ore vno fluens. et sapiētia doctoribus tempus impartiebat post epulas. utq; cōtraria asseuerātium discordig eruerent: nec deerant qui voce vultuq; tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent. Sub idem tempus leui intentione atrox cedes orta: inter colonos nucerinos: pompeianosque gladiatorio spectaculo: quod Liuidineius regulus quem motum senatus retuli edebat. quippe oppidana lasciuia inuicem incessente probra: dein saxa: postremo ferrum sumpserunt: validiore pompeianorum p̄be: apud quos spectaculum edebatur. Ergo deportati sunt in urbem multi e nucerinis trunco per vulnera corpore: ac plerique liberorum ac parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium princeps senatus: senatus consilij permisit. Et rursus read patres delata: prohibiti publice in decem annos eiusmodi cœtu pompeiani. collegiaque quæ contra leges instituerant: dissoluta. Liuidineius & qui alij seditionem conciuerant: exilio multati sūt. Motus senatus & Pedius Blesus: accusantibus cyrenensibus: violatum ab eo thesaurū Aescu-

*Fedu studium cyth**In valle uatica  
Equos rege**In Sena nobilit**Maioribus eoz; tribue  
puto  
operas hærere**Iuuenalia**Conuenticula**gula gliscere flagi  
Vix pudor retine**Augustanorum**Carminū stud**Sapientia doctoribus  
erat post**imito  
Cedes in spectacu  
pompeiano**pedius fux*

lapij: delectumq; militare pretio & ambitione corruptum. Idem cyreneses reum agbant Attulium strabonem: pratoria potestate vsu: & missum disceptatorem a Claudio agror: quo: regis Appionis quondam habitos: & popu. ro. cum regno relictos: proximus quisq; possessor inuascent: diutinaq; licentia & iniuria: quasi iure & æquo nitebatur. Igitur abiudicatis agris: orta aduersus iudicē inuidia. & senatus ignota sibi esse mandata claudij: & consulendum principem respondit. Princeps nec probata Strabonis sententia: se nihilominus subuenire socijs: & vsurpata concedere scripsit. Sequuntur viroꝝ illustrium mortes. domiciæ afri. & M. Seruilij. qui sumis honoribus: & multa eloquentia viguerant. Ille oratio causas. Seruilij diu foro. mox tradendis rebus romanis celebris: & elegantia vitæ. quam clariorem effecit: vt par ingenio. ita moꝝ diuersus: Nerone quartum Cornelio cosso consulibus. quinquennale ludicrum romæ institutum est: ad morem græci certaminis: varia fama: vt cuncta ferme noua. Quippe erant qui Cn. quoq; Pompeium incusatum a senioribus ferrent. q; mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitarijs gradibus: & scæna in tēpus structa: ludos edi solitos. Vel si vetustiora repetas: stantem populum spectauisse. si consideret: theatro dies totos ignauia continuaret. Ne spectaculoꝝ quidem antiquitas seruaretur: quotiens prætor sedcret: nulla cuiquam ciuiū necessitate certandi. Cæterum abolitos paulatim patrios mores: fūdītus euerti: per accitam lasciuia. vt qd vsquam corrumpi: & corrumpere queat: in vrbe visatur. degeneretq; studijs externis iuuentus: gymnasia & oia: & turpes amores exercendo: principe & senatu auctori- bus. qui non modo licentiam vitij permiserint: sed vim adhibeant. Proceres romani specie orationum & carminum: scæna polluantur. quid superesse: nisi vt corpora quoq; nudent: & cæstus assumant: easq; pugnas pro militia & armis meditentur: An iusticiam augurij: & decurias equitum: egregiū iudicādi munus expleturos: si fractos sonos & dulcedinē vocum perite audissent: Noctes quoq; dedecori adiectas: ne qd tempus pudori relinquatur sed cætu promiscuo quod perditissimus quisq; per diem concupiuerit: per tenebras audeat. Pluribus ipsa licentia placebat: ac tñ honesta nomina prætendebant. Maiores quoq; non abhorruisse spectaculoꝝ oblectamentis: p fortuna quæ tum erat. eoq; a tuscis accitos histriones a Thurijs: equoꝝ certamina. & possessa Achaia: asiaq; ludos accuratius editos. nec quenq; romæ honesto loco ortū: ad theatrales artes degenerauisset: ducentis iam annis a. L. Mumij triumpho qui primus id genus spectaculi in vrbe præbuerit. Sed & cōsultum parsimonia: quod perpetua sedes theatro locata sit: potiusq; immenso sumptu: singulos per annos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos: aut populo efflagitanti græca certamina: magistratibus causam fore: cum eo sumptu resp. fungatur. Orator ac vatum victorias incitamentum ingenijs allaturas nec cuiq; iudici graue: aures studijs honestis: & voluptatibus concessis impartire: leticię magisq; lasciuie dari. Paucas potius quinquennij noctes: quibus tanta luce ignium nihil illicitum occultari queat. Sane nullo insigni dhonestamento id spectaculum transit. Ac ne modica quidem studia plebis exarsere: quia redditi quanq; scænae pantomymi: certaminibus sacris prohibebantur. Eloquentie primas partes nemo tulit: sed victorem eē Cæsarem pronunciatum. Græci amictus quos per eos dies pleriq; incesserant: tum exoleuerant. Inter quę & sydus cometes effulsit. de quo opinio est: tanquam mutationem regis portendat: Igitur quasi iam depulso Nerone: quis nam deligeretur: inquirebāt & omniū ore Rubellius plautus celebrat. cui nobilitas per matrem ex Iulia familia.

*Attulius*

*Subina lectra q  
Iuui*

*Viroꝝ illustrium mor*

*Domitij Affre  
Eleganti vita*

*Quinquennale Ludicrum*

*Masina theat sedes  
A pom.*

*Proceres Ro. scæna polluantur*

*Oblectamentis spectaculoꝝ*

*Thurijis histriones  
Thurijis equoꝝ certamina*

*Insigni dhonestamento*

*Eloquentie primas partes nemo tulit*

*Cometes*

*Rubellius plautus*



## LIBER. XIII.

Ipse placita maiorum colebat habitu seuro: casta & secreta domo: quantoque metu occultior tanto plus famae adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia discumbentis Nerōis apud Symbriua stagna: cui sublaqueum nomen est: icta dapes: mensaq; disiecta erat: idq; finibus tiburtum acciderat: vnde paterna plauto origo: hunc illum numine deum destinari credebant: Fovebantq; multi. quibus noua & ancipitia præcolere auida & plerunq; fallax ambitio est. Ergo permotus ijs Nero. componit ad plautum litteras: consuleret sibi: & turbis: seq; praue diffamantibus subtraheret esse illi per Asiam auitos agros: in quibus tuta & inturbida iuuenta frueretur. Ita illuc cum coniuge Antistia & paucis familiarium cōcessit. Iisdem diebus nimia luxus cupido. infamiam & periculum Neroni tulit: quia fontem aquae martiæ ad urbem deducte nando inceserat. videbaturq; potus sacros & cerimoniam loci corpore toto polluisse. secutaq; anceps valitudo iram deum affirmauit. At Corbulo post deleta Artaxata: vtendum recenti terrore ratus: ad occupandum Tygrano certa: quibus excisis: metum hostium intenderet: vel si pepercisset: clementiæ famam adipisceretur: illuc pergit non infenso exercitu: ne spem veniæ auferret: neq; tamen remissa cura. gnarus facilem mutatu gentem vt segnem ad pericula: ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisq; alij preces offerre. quidam deserere vicos: & in auiam digredi: ac fuere qui se speluncis: ac carissima secum abderent. Igitur dux Romanus diuersis artibus. misericordia aduersus supplices: celeritate aduersus profugos: imitibus ijs qui latebras infederant: ora & exitus specuum sarmentis virgultisq; completos: igni exurit. Atq; illum fines suos pretergradientem incurfauere mardis: latrocinij exerciti: contraq; irrumpentem montibus defensi quos Corbulo immisis hyberis vastauit hostilemq; audaciam externo sanguine vltus est. Ipse exercitusq; vt nullis ex proelio damnis: ita per inopiam & labores fatiscebant: carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ: feruida aestas: longinqua itinera: sola ducis patientia mitigabantur eodem plura q̄ grægario milite tollerante. Ventum dehinc in locos cultos demessaq; segetes: & ex duobus castellis in quæ confugerant Armenij: alterum impetu: qui primam vim depulerant: obsidione coguntur. Vnde in regionem taurantium transgressus improuisum periculum vitauit. Nam haud procul tentorio eius: non ignobilis barbarus: cum telo repertus: ordinem insidiarum: seq; auctorem & socios per tormenta edidit. Conuictiq; & puniti sunt: qui specie amiciciæ dolum parabant. Nec multo post legati tigranocerta missi: patere incenia afferunt: intentos popularis ad iussa. Simul hospitale donum coronam auream tradebant: accepitq; cum honore: nec quicquam vbi detractum: quo promptius obsequium integri retinerent. Ad præsidium regium quod ferox iuuentus clauserat: non sine certamine expugnatum est: Nam & proelium pro muris ausierant & pulsi intra munimenta aggeris: demum & irrumpentium armis cessere quæ facilius proueniebant: quia Parthi hyrcano bello distinebantur. Miserantq; hyrcani ad principem romanum societatem oratum. Attineri a se Vologesen pro pignore amiciciæ ostentantes. eos regredientes Corbulone euphratē transgressi hostium custodijs. circumuenirentur: dato præsidio ad littora maris rubri deduxit. Vnde vitatis Parthorum finibus patrias. in sedes remeauerunt. quin & Tyridatem per Medos extrema Armeniæ intrantem: præmissis cum auxilijs Verulano legato. atq; ipse legionibus citis abire procul: ac spem belli amittere subegit. quosq; nobis ob regem auersos animis cognouerat: caedibus & incendijs perpopulatus: possessionem Armeniæ vsurpabat: cum aduenit Tygranes a Nerone ad capeffendum im-

Symbriua stagna  
Sublaqueum  
Ictæ dapes & str

polluit potus  
Martia

diuisis acerbis  
hostibus

Latrocinij

propria fatiscere

Tollerante Cor

barbarus cum telo  
reperitur

patrie membra  
restituere

Tygranes

perium delectus Cappadocū ex nobilitate regis Archelai nepos: sed quod diu obses  
apud urbem fuerat: vsq; ad seruilē patientiam demissus: nec consensu acceptus: du-  
rante apud quosdam fauore Arsacidarū. At pleriq; superbiam Parthorū perosi: datū  
a romanis regem mallebant: Additum etiā praesidium: mille legionarij: tres sociorū  
cohortes: duarūq; equitū alae: & quo facilius nouum regnū tueretur: pars Armenia  
vt cuiq; finitima: pars nipoliq; & Aristobolo atq; Antiocho parere iussē sunt. Corbu-  
lo in Syriam accessit: morte Vinidiū legati vacuam ac sibi permissam. Eodē anno ex  
illustribus Asiē urbibus: Laodicea tremore terre prolapsa: nullo a nobis remedio p-  
prijs opibus reualuit. At in Italia vetus oppidum puteoli: ius colonie: & cognomen-  
tum a Nerone adipiscuntur. Veterani Tarētum & Antium ascripti: non tamen infre-  
quentie locoꝝ subuenere: dilapsis pluribus in prouincias: in quibus stipendia expleue-  
rant: neq; coniugijs suscipiendis: neq; alēdis liberis sueti: orbas sine posteris domos re-  
linquebant. Non. n. vt olim vniuersę legiones deducebantur cum tribunis & ceterio-  
nibus: & sui cuiusq; ordinis militibus: vt cōsensu & caritate remp. efficerent: sed igno-  
ti inter se diuersis manipulis sine rectorē: sine affectibus mutuis: quasi ex alio genere  
mortalium: repente in vnū collecti: numerus magisquā colonia. Comitia p̄torū ar-  
bitrio senatus haberi solita: quod acriore ambitu exarserant: princeps composuit. tris  
qui supra numerū petebant: legioni p̄ficiendo. Auxitq; patrū honorem: statuendo:  
vt qui a priuatis iudicibus ad senatum prouocauissent: eiusdem pecunie periculum fa-  
cerent: cuius ij qui imperatorem appellauerē. Nam antea vacuum id solutūq; p̄na  
fuerat. Finc anni Vibius secundus eques romanus: accusantibus mauris repetundarū  
damnatur: atq; Italia exigitur: ne grauiore p̄na afficeretur Vibij Crispi fratris fauo-  
re enixus. Cesonio p̄to: petronio Turpiliano consulibus: grauis clades in Britannia  
accepta In qua neq; Auitus legat⁹: vt memorauī nisi parta retinuerat: & successor Ve-  
rarius: modicis excursibus siluas populatus quin vltra bellum proferret: morte pro-  
hibitus est: magna dum vixit seueritatis fama: supremis testamenti verbis ambitiois  
manifestus: quippe multa in Neronem adulatione addidit: subiecturum ei prouinci-  
as fuisse si biennio proximo vixisset. Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britan-  
nos scientia militie & rumore populi: qui neminem sine emulo finit. Corbulonis con-  
certator: receptaq; Armenia decus: aquare domitus perduellibus cupiens. Igit Mo-  
nam Insulam incolis validam: & receptaculū perfugarum: aggredi parat. nauesq; fa-  
bricatur plano alueo aduersus breue littus & incertum. Sic pedites: equites vado se-  
cuti: aut altiores inter vndas adnantes: equis transmiscere Strabat p littore diuersa aci-  
es: densa armis: virisq; intercusantibus sceminis in modū furiaꝝ: veste ferali: crinibus  
deiectis: faces p̄scerebant. Druidēq; circum preces diras sublatis ad cælum manibus  
fundantes: nouitate aspectus: perculere militem: vt quasi herentibus membris imo-  
bile corpus vulneribus p̄berent. Dein cohortationibus ducis & se ipsi stimulantē:  
ne muliebri & fanaticū agmen pauescerent: inferunt signa: sternuntq; obuios: & igni  
suo inuoluunt. Praesidium posthac impositū victis: excisiq; luci: seuis superstitionibus  
sacri. Nam cruore captiuo adolere aras: & hominū fibris cōsulere deos fas habebant.  
Hac a genti Suetonio: repentina defectio prouinciae nunciae. Rex Igenorū Prasuta-  
gus: longa opulentia clarus. Caesarem haeredē duasq; filias scripserat. tali obsequio ra-  
tus: regnum & domum suam p̄cul iniuria fore. quod contrauertit. adeo vt regnū per  
centuriones: domus per seruos velut capta vastarent. Iam primū vxor Boodicia ver-  
beribus affecta: & filie stupro violatę sunt. Precipui quicq; Igenorū: quasi cunctā regio

Ad senatu patribus  
demissus

Laodicea tremore  
terra inualuit  
puteoli  
Veterani

Ho uniuersa legat  
deducit

Huius magisq; colitur

q ad senatu prouocant  
set q

Clades in britania

Suetonius paulus  
Corbulonis gubernator

Mona receptaculum  
perfugarum

ferunt in feralibus  
in britania demissus

Fanaticum agmen

Grasi luvii demissa  
hominum fibris consulere

## LIBER. XIII.

nem muneri accepissent. auitis bonis exuuntur: & p̄p̄inqui regis inter mancipia habebantur. qua contumelia & mortu grauior: q̄m in formam prouinciæ cesserant: rapiūt arma cōmotis ad rebellionem Trinouantibus: & qui alij nundum seruitio assuefacti: resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerāt: acerrimo in veteranos odio. Quippe in Coloniā Camulodunū recens deducti: pellebant domibus: exturbabāt agris captiuos seruos appellando: fouentibus impotentiam veteranorū militibus. si- militudine vitæ: & spe eiusdē licētīæ. Ad hęc tēplū diuo Claudio cōstitutū. q̄si ara eter- ne dñatiōis asp̄ciebat. deletiq; sacerdotes specie religionis: oēs fortunas effundebāt. Nec arduū videbat̄ excindere coloniā nullis munimētis septā. q̄ d̄ ducib⁹ nostris pag- p̄uisum erat: dum amœnitati prius quā vsui consulit̄. Inter quę nulla palā causa dela- psum Camuloduni simulachrū victoriæ ac retro conuersum. quasi cederet hostibus. Et fœminæ in furore turbatæ: adesse exitiū canebant: externosq; fremitus in curia eorū auditos. Consonuisse vlulatus theatrū: visamq; speciem in astuario: notam esse sub uersę colonię. Iā oceanus cruēto aspectu. sic labēte estu humanorū corporū effigies re- licte vt Britāni ad sp̄e: ita veterāi ad mortū trahebāt. Sed quia p̄cul Suetonius aberat petiuere a Catodeciano p̄curatore auxiliū. Ille haud āplius quā ducētos sine iustis ar- mis misit: & inerat modica militum manus: tutela tēpli freti: & impediētibus qui oc- cultę rebellionis conscij consilia turbabant: Neq; fossam aut vallum p̄duxerunt: ne- q; motis senibus & fœminis: iuuentus sola restitit. quasi media pace incauti: multitu- dine barbarorū circumueniunt̄. Et cętera quidem ip̄etu direpta aut incensa sunt. Tem- plum in quo se miles conglobauerat: biduo obsessum expugnatumq; Et victor Britā- nus Peto ceriali legato legionis nonæ in subsidium aduētāti obuius: fudit legionem: & q̄ d̄ peditum interfecit. Cerialis cū equitibus euasit in castra & munimentis defen- sus est. Qua clade & odijs puincię. quam auaricia in bellum egerat: trepidus p̄cura- tor Catus: in galliā transit. At Suetonius mira constantia mediū inter hostes: Lon- diniū perrexit: cognomento quidem colonię non insignis: sed copia negociatorū & cō- meatu maxime celebre: Ibi ambiguus an illam sedē bello deligeret: circūspecta infre- quentia militis. satisq; magnis documentis temeritatē Petilij coercitam: vnus oppidi- dāno: seruare vnuerla statuit. Neq; fletu & lachrymis auxiliū eius orātium flexus ē: quin daret p̄fectionis signū: & comitantes in partē agminis acciperet. Si quos imbel- lis sexus: aut fessa ętas: vel loci dulcedo attinuerat: ab hoste oppressi sunt. Eadem cla- des municipio verulamio fuit: quia barbari omiffis castellis p̄sidijsq; militariū: q̄ d̄ vberimū spoliant: & deferētes in tutū læti prędas & aliorū insignes petebant. Ad sep- tuaginta milia ciuium & sociorum ijs quæ memorauī locis. occidisse constitit. Neq; enim capere aut venūdare: aliudue quod belli comertium: sed cædes. patibula: ignes: cruces: tanquam reddituri supplicium: ac prærepta interim vltione festinabant. Iam Suetonio quartadecima legio cum vexiliarijs: vicesimarijs: & e p̄ximis auxiliares. de- cem ferme milia armatorū erant: cum ommittere contationem: & congregari acie par- rat: deligitq; locum arctis faucib⁹: & a tergo silua clausum: satis cognito: nihil hostiū nisi in fronte: & apertā planiciem esse sine meru insidiarū. Igitur legioarius frequēs or- dinibus: leui circum armatura conglobatus: p̄ cornibus eques astitit. At Britannorū copię passim per cateruas & turmas exultabāt: quāta nō alias multitudo: & aīo adco- fero: vt coniuges quoq; testes victorię secū traherēt: plaustrisq; ip̄onerent: q̄ sup extre- mū ambitū capi posuerāt. Boudicea curru filias p̄ se vehēs vt quanq; nationē accessse- rat: solitū quidē Britānis fœminarū ductu bellare testabat̄: Sed tunc nō vt tātis maio-

*Amf by xxii**Camulodunū**ahq̄**Suetonius  
Londinū capta  
gotatorū cetera**In tutū**patibula et**vexillarij**vicesimarij**Auxiliarij**3atp̄som**Cōiuges impla**feminarū ductū  
laxi*

ribus orta regnum & opes: Verū vt vna e vulgo: libertatem amissam: confectum verberibus corpus: contrectatam filiarū pudicitiam vlcisci, eo puectas romanorū cupidines: vt non corpora: nec senectam quidē: aut virginitatem impollutam relinquunt. A desse tñ deos iustæ vindictæ. cecidisse legionem: quæ prælium ausa sit. cæteros castris occultari: aut fugam circūspicere: ne strepitum quidem & clamorem tot militū: necdum impetus & manus perlaturus. Si copias armatorū: si causas belli secum expēderent: vincendum illa acie: vel cadēdum esse. Id mulieri destinatum: viuerent viri: & serurent. Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. qui quanq̄ confideret virtuti: tñ exhortationes & preces miscebat. Vt spernerent sonoras barbarorū & inanes minas. plus illic fœminarū quam iuuentutis aspici Imbelles: iermes: cessuros statim: vbi ferrum virtutemq; vincuntium totiens fusi agnouissent. etiā in multis legionibus paucos esse qui prælia p̄fligarent. gloriæq; eorū accessurum: q; modica manu vniuersi exercitus famam adpiscerentur Conferti tantum: & pilis emissis: post vmbonibus & gladijs stragem: cadēdq; continuarent: prædæ immemores: parra victoria cūcta ip̄is cessura. Is ardor verba ducis sequebat: ita se ad intorquenda pila expedierat: vetus miles & multa præliorū experientia: vt certus euentu Suetonius: daret pugna signum. Ac primum legio gradu immota: & angustias loci pro munimento retinens: postquam p̄pius suggestus hostis: certo iactu tela exhauserat: velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus: & eques p̄tentis hastis: perfringit qd̄ obuium & validū erat Cæteri terga prabuere difficili effugio: quia circumiecta vehicula sepsierant abitus. Et miles ne mulierū quidem neci temperabat. Confixaq; telis ēt iumenta: corporū cumulum auxerant. Clara & antiquis victorijs par: ea die laus parta. quippe sunt qui paulominus quā octoaginta milia Britannorū occidisse tradant: militū quadringētis ferme interfectis: nec multo amplius vulneratis. Boudicea vitā veneno finiuit. & p̄ceni us posthumus præfectus castrorū secundæ legionis: cognitis quartadecimanorū vicellianorumq; p̄speris rebus: quia pari gloria legionē suam fraudauerat: abnueratq; cōtra ritū militiæ iussa ducis: se ipsum gladio transegit. Cōtractus deinde oīs exercitus sub pellibus habitus est: ad reliqua belli perpetranda. Auxitq; copias cæsar: missis e Germania duobus legionariorū milibus. octo auxiliariorū cohortibus: ac mille equitibus: Quorū aduētū: nonani legionario milite suppletū sunt. Cohortes alæq; nouis hybernaculis locatæ. quodq; nationē ambiguum aut aduersum fuerat: igni atq; ferro vastat. Sed nihil æque quā fames affligebat serendis frugibus incuriosos: & omni atate ad bellum versā: dum nostros commeatus sibi destinant: genteq; præferoces tardius ad pacē inclinant. quia Iulius classicianus successor Cato missus: & Suetonio discors: bonum publicū priuatis simultatibus impediēbat. dispereratq; nouū legatum opperendum esse: sine hostili ira: & superbia victoris: clementer deditis consulturū. Simul in vrbe mandabat. nullum prælio finem expectarent: nisi succederet Suetonio cuius aduersa prauitati ipsius: p̄pera ad fortunam reipu. referebat: Igitur ad spectandum Britannia statum: missus est ex libertis Policletus magna Neronis spe: posse auctoritate eius: nōmodo inter legatū p̄curatorēq; cōcordiā gigni: sed & rebelles barbarorū aīos pace cōponi. Nec defuit Polycletus: quominus ingēti agmine Italiæ galliæq; grauis. postq; oceanum trāsmiserat: militibus quoq; nostris terribilis icederet. Sed hostibus irrisui fuit. apud quos flagrante ēt tū libertate: nūndū cognita libertinorū potētia erat. Mirabanturq; q; dux & exercitus tātū belli confector: seruitijs obedirent. Cuncta tñ ad imperatorem imollius relata. detentusq; rebus gerundis Suetonius. qd̄ post

fuga circūspice

Exortationes Sucto.

prædæ immemores

Mulieres neci par

Clara laus parta

Boudicea veneno occidit

Exercitus sub pellibus  
Legionarij  
Auxiliarij

Serendis frugibus incuriosos

nononi

Policletus libertus

Nōdū cognita libertinorū potētia erat.

## LIBER. XIII.

paucas naues in littore: remigiumq; in ijs amiserat: tanq̄ durante bello tradere exerci-  
 tum petronio Turpiliano: qui iā consulatu abierat iubet. Is non irritato hoste: neq; la-  
 cessitus: honestū pacis nomē segni ocio imposuit. Eodem anno Romæ insignia scele-  
 ra. alterꝝ senatoris: seruili alterꝝ audacia admissa sunt. Domitius Balbus erat pratoriꝝ  
 simul longa senecta: simul orbitate & pecunia insidijs obnoxius. Eius p̄pinquus Va-  
 lerius Fabianus capeffendis honoribus destinatus: subdidit testamentum: ascitis Vi-  
 cio Rufino: & Terentio lentino equitibus romanis. Illi Antonium primum & Asini-  
 um Marcellum sociauerant. Antonius audacia promptus. Marcellus Asinio Pollio-  
 ne pauo clarus: neq; morꝝ spernendus habebat: nisi q; paupertatem præcipuum ma-  
 loꝝ credebatur. Igit̄ Fabianus tabularijs quos memorauit: & alijs minus illustribus ob-  
 signat: quod apud patres conuictum. Et Fabianus Antoniusq; cū Rufino & Terentio  
 lege cornelia damnant̄ Marcellum memoria maiorꝝ: & preces Cæsaris: pœnæ magis  
 quam infamiæ eximere. Perculit id dies Pompeium quoq; helianum iuuenem questio-  
 rium: tanq̄ flagitioꝝ Fabiani gnarꝝ. Eiq; Italia & Hispania in qua ortus erat: interdi-  
 ctum est. Pari ignominia Valerius Ponticus afficit̄. qui reos ne apud præfectum vr-  
 bis arguerent̄: ad prætorem detulisset. Interim specie legū: mox præuaricādo vltionē  
 elufurus. addit̄ senatusconsultum: qui talem operā emptitasset: vendidissetue. vt per-  
 inde pœna teneret̄: ac si publico iudicio calūnię condemnatus. haud multo post præ-  
 lectum vr̄bis pedanium secundū: seruus ipsius interfecit: seu negata libertate: cui pre-  
 tiū pepigerat: siue amoris exoleti infensus: & dominum amulum non tolerans. Ceterꝝ  
 cum vetere ex more familiā omnem que sub eodē tecto mansitauerat ad suppliciū agi  
 oporteret: concursu plebis: que tot innoxios p̄tegebat: vsq; ad seditionem ventū est:  
 Senatus in quo ipso erant studia: nimiam seueritatē aspernantium: pluribus nihil mu-  
 tandū censentibus. Ex quibus. C. Cassius sententię loco in hunc modū disseruit. Sepe  
 numero Patres conscripti in hoc ordine interfui: cū cōtra instituta & leges maiorꝝ: no-  
 ua senatus decreta postularent̄. neq; sum aduersatus: non quia dubitarem super om-  
 nibus negocijs melius atq; rectius olim p̄uisū: & que conuerterent̄: in deterius muta-  
 ri: sed ne nimio amore antiqui moris: studium meum extolere viderer. Simul quic-  
 quid hoc in nobis auctoritatis est: crebris contradictionibus destruendū nō existima-  
 bam: vt maneret integꝝ: si qñ respub. consilijs eguisset. qđ hodie venit: cōsulari viro  
 domi suę interfecto: per insidias seruiles: quas nemo p̄hibuit: aut p̄didit: quāuis non  
 dū concusso Senatusconsulto. qđ supplicium toti familię minitabat̄: decernite her-  
 cule impunitatem. At quē dignitas sua defendet cū præfectura vr̄bis non profuerit:  
 quē numerus seruoz tuebitur: cū Pedanium s̄m quadringenti non protexerint? Cui  
 familia opem feret: que ne in metu quidem pericula nostra auertit? An vt quidam fin-  
 gere non erubescunt: iniurias suas vltus est interfectoꝝ: quia de paterna pecunia tran-  
 segerat. aut auitum mancipium detrahebatur? Pronunciemus vltro dominum iure  
 cessum videri. Libet argumenta conquire in eo quod sapietioribus deliberatū est? Sed  
 & si nunc primū statuēdum haberemus: creditis ne seruum interficiēdi dominū aiūm  
 insumpsisse: vt non vox minas excideret? nihil per temeritatē ploqueret? Sane confi-  
 liū occuluit: telum iter ignaros parauit. nū excubias transiret? cubiculi fores reclu-  
 det: lumē inferret? cēdē patraret? oibus nescijs. Multa sceleris iudicia preueniunt. ser-  
 ui si pdant: possumus singuli inter plures: tuti inter anxios: postremo si pereundum  
 sit: non inulti inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia ser-  
 uorum: etiam cum in agris aut domibus ijsdem nascerentur: caritatemq; dominorū

*Insignia scela?**subditu Testm?**paup̄te papu  
+ loꝝ credeb  
Signator falso**Judicium calum  
pedanium su  
fuit  
Mansitauerat**C Cassius  
Sap ab negot  
Inch' obly p**Pedanium  
no p̄tece**Hu lumē mf  
oibus ne**Suspecta s̄m  
S̄m*

statim acciperent. Postquam vero nationes in familijs habemus: quibus diuersi ritus: externa sacra: aut nulla sunt: colluuiem istam non nisi metu coercueris. At quidam in fontes peribūt. Num & ex fuso exercitu. cum decimus quisq; fuste ferit: etiam strenui non fortiuntur: habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum qd̄ contra singulos: utilitate publica rependit. Sententiæ Cassij vt nemo vnus contraire ausus est: ita dissonę voces respondebant: nūm: aut ætatem: aut sexum: ac plurimorū in dubiam innocentiam miserantium. Præualuit tñ pars quæ supplicium decernebat. Sed obtinerari non poterat: conglobata multitudine: & saxa ac faces minante. Tum Cæsar populum edicto increpuit. Atq; oē iter quo dānati ad pœnam ducebant: militarib; præsidijs sep̄sit. Censuerat Cingotus Varro vt liberti quoq; qui sub eodem tecto fuissent: italia deportarent. Id a principe prohibitum est: ne mos antiquus. quem misericordia non minuerat: per sæuiciã incenderet. Damnatus isdem consulibus Tarquinius prius repetundarū Bithini s̄ interrogantibus magno patris gaudio: quia accusatum ab eo. Statilium Tauri proconsulem ipsius meminerant. Censurę per gallias a. Q. Volusio & Sex. Africano Trebellioq; maximo acti sunt: æmulis inter se per nobilitatē Volusio atq; Africano: Trebellium dum vterq; dedignat. supra tulere. Eo anno mortē obiit Memmius Regulus: auctoritate: constantia: fama: in quantum præumbratē imperatoris fastigio dat. clarus: adeo vt Nero æger valitudine: & adulatibus circum qui finem imperio adesse dicebant: si quid fato pateret. responderit habere subsidium rem pub. Rogantibus dehinc in quo potissimum addiderit i Memmio Regulo. Vixit tñ post hæc Regulus: quiete defensus: & quia noua generis claritudine: neq; inuidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatū a Nerone: præbitumq; oleum equiti: ac senatui græca facilitate. P. Mario. L. Asinio consulibus Antistius prætor quē in tribu natu plebis licenter egisse memorauit: probrosã aduersus principē carmina factitauit: Vulgauitq; celebri conuiuio: dum apud Ostorium Scapulam epulat. Exin a Cossuciano capitone: qui nuper Senatorium ordinē precibus Tigillini socii sui receperat: maiestatis delatus est. Tum primū reuocata ea lex credebat: quę haud perinde exitiū Antistio: quam imperatori gloriã quæsiuit: ne condemnatus a senatu: intercessione tribunicia morti eximeret. Et cū Ostoriū nihil audiuisset p̄ testimonio dixisset: aduersis testibus creditū. Censuitq; Iunius Marullus consul designatus: adimendã reo præturam: necandumq; more maiorū. Cæteris inde assentientibus. Petus Thrasea multo cū honore Cæsaris: & acerrime increpito Antistio: non quicquid nocens reus pati mereretur: Id egregio sub principe & nulla necessitate obstricto senatu statuēdum disseruit Carnificem & laqueum pridem abolita: & esse pœnas legibus cōstitutas: quibus sine iudicū sæuicia: & temporū infamia: supplicia decerneret. quin in insulã publicatis bonis: quo longius fontem vitam traxisset: eo priuatim miserior & publice clementię maximum exemplū futurū. Libertas Thraseę seruitium aliorū rupit. Et postquã discessionem consul permisit pedibus in sententiam eius iere: paucis exemptis: in quibus adulatione prōptissimus fuit. A. Vitellius: optimū quēq; iurgio laceffens: & respondentem reticens: vt pauca ingenia solent. At consules perficere senatus decretū nō ausi: de consensu scripsere Cæsari: Ille inter pudorē & iram cunctatus: postremo rescripsit: nulla iniuria puocatum Antistium grauissimas in principem contumelias dixisse. earū vltionem a patribus postulatam. & p̄ magnitudine delicti pœnam statui paruisse. Ceterū se qui seueritatem decernentiū impediturus fuerit: moderationem non prohibere. statuerent vt vellent. datã & absoluēdi licētiam. His atq; talibus recitatis:

Decimare

Nemo conire

Indubia inoēbia

Suppliciorū s̄uorū

Danaty repetundarū

Prætor

Censurę p̄ gallias

Mortē obiit Regulus

Gymnasium dedicatū

Licent

Multo cū honore  
Cæs.

albas Thraseę seruitium  
aut aliorū imp̄

respondenti reticens

## LIBER. XIII.

& offensione manifesta: non ideo aut consules mutauere relationem: aut Thrasea decessit sententia. Cateriue quæ pbauerant deseruere. Pars ne principē obieciſſe inuidiæ viderent: plures numero tuti: Thrasea ſueta firmitudine animi: & ne gloria intercideret. haud diſpari crimine Fabricius veiento conflictatus eſt: qui multa & pbroſa in patres & ſacerdotes composuiſſet: ijs libris quibus nomen codicilloꝝ dederat. Adijciebat. Talius Geminus accuſator: venditata ab eo munera principis: & adipiſcendorū honoꝝ ius. quæ cauſa Neroni fuit ſuſcipiendi iudicij. Conuictumq; Veientonem Italia depulit. & libros exuri iuſſit conquiſitos: lectitatosq; donec cū periculo parabant. Mox licentia habendi: obliuionem attulit. Sed graueſcentibus. in dies publicis malis: ſubſidia minuebant. Conceſſitq; vita Burrus: incertum valitudine aut veneno. Validudo ex eo coniectabatur: q; in ſe tumefcentibus paulatim faucibus & ipedito meatu: ſpiritum finiebat. Plures iuſſu Neronis: quaſi remedium adhiberet: illitū palatū eius noxio medicamine aſſeuerabant. & Burrū itellecto ſcelere: cum ad viſendū eum princeps veniſſet: aspectū eius auerſatum. Sciscitantiq; hactenus reſpondiſſe. Ego me bene habeo. Ciuitati grande deſideriū eius manſit: per memoriā virtutis & ſucceſſoꝝ aliterius ſegnē innocentia alterius flagrantiffima flagitia & adulteria. quippe caſar duos prætorijs cohortibus iposuerat Feniū rufum ex vulgi fauore. quia re frumentaria ſine quaſtu tractabat Ofonium Tigillinū: veterem impudicia atq; infamiam in eo ſecutus & quæ illi p genitis moribus fuere. Validior Tigillinus in animo principis ex intimis libidinibus aſſumptus. Proſpera populi & militum fama Rufus: qd apud Neronē aduerſum experiebat. Mors Burri infregit Senecæ potentia: quia nec bonis artibꝯ idē viriū erat: altero velut duce amoto. Et Nero ad deteriores inclinabat. Hi varijs criminationibus Senecā adoriunt tanq; ingētes & priuatim ſupra modū euectas opes: adhuc augeret. q; q; ſtudia ciuium in ſe verteret. hortoꝝ quoq; amœnitate & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederet. Obijciebant et eloquentiæ laudem vni ſibi adſciſcere: & carmina crebrius factitare: poſtq; Neroni amor eoꝝ eueniſſet. Nam oblectamenti principis: palam iniquū: detractare vim eius equos regentis. Illudere voces quotiens caneret. quem ad finem? nihil in rep. clare fore: quod non ab illo reperi credatur. Certe finitam Neronis puericiam & robur iuuentæ a deſſe. Exueret magiſtrum: ſatis amplis doctoribus inſtructus maioribus ſuis. At Seneca criminantiū nō ignarus: p dentibus ijs quibus aliqua honeſti cura: & familiaritatē eius magis aſpernante Caſare: tēpus ſermoni erat: & accepto: ita incipit. Quartusdecimus annus eſt Caſar ex quo ſpei tuæ admotus ſum: octauus vt imperiū obtines. Medio temporis tantum honoꝝ atq; opum in me cumulaſti vt nihil ſcelicitati meæ deſit: niſi moderatio eius. Vtar magnis exēplis: nec meę fortūæ ſed tuę. Ataius tuus Augustus. M. Agrippæ mytilenēſe ſecretū. C. Mecœnati vrbe in ipſa: velut peregrinū ociū permiſit. quoꝝ alter belloꝝ ſocius: alter romæ pluribus laboribus iactatus: ampla quidem: ſed p ingentibus meritis præmia acceperāt. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui q; ſtudia: vt ſic dixerim. in vmbra educata: e quibus claritudo venit: q; iuuentæ tuæ rudimentis affuiſſe videor: grande huius rei pretium. at tu gratiā immenſam: innumerā pecuniam dediſti: adeo vt plerūq; intra me ipſe voluā: Ego ne equeſtri & puinciali loco ortus: proceribus cūntatis annumeror: Inter nobiles & lōga decora pferentes: nouitas mea enituit: Vbi eſt animus ille modicis contentus? Tales hortos inſtruit & per hęc ſub vrba incedit: & tantis agrorum ſpacijs: tam lato ſcenore exuberat: Vna deſenſio occurrit: q; muneribus tuis obniti non debui. Sed vterq; meſuram impleuimus:

*Venerat / ita de**Conceſſit vita b**Ego me bñ ha**Tigellus māt b  
but affit**Villare magnif**pctit  
verba Senecæ  
Neronē**Rudimentis puit  
affuit**Vtq; meſura m  
niq*

& tu quantum princeps tribuere amico posset: & ego quatum amicus a principe acci-  
pere. Cetera inuidiam augent: que quidem vt oia mortalia: infra tuam magnitudinē  
iacēt: sed mihi incumbūt. Mihi subueniendum est. quomodo in militia aut via: fessus  
adminiculū orarem: ita in hoc itinere vite: senex: & leuissimis quoq; curis impar: cum  
opes meas vltra sustinere nō possim: p̄sidiū peto. Iube eas per p̄curatores tuos ad-  
ministrari: in tuam fortunam recipi: nec me in paupertatem ipse detrudā: sed traditis  
quorū fulgore perstringor: quod temporis hortorū aut villarum curē seponitur: in ani-  
mum reuocabo. Superest tibi robur. & tot per annos nixū fastigij regimē. possumus  
seniores amici quiete respondere hoc quoq; in tuā gloriā cedere: eos ad summa vexisse:  
qui & modica tollerarunt: Ad quā Nero sic ferme respondit. Et q̄ meditata orationi  
tuā statim occurrā: id primū tui muneris habeo: qui me nō tantum p̄uisa: sed subi-  
ta expedire docuisti. Auus meus Augustus Agrippæ & Mecœnati vsurpare ocium.  
post labores concessit: sed in ea ipsa etate: cuius auctoritas tueretur: quicquid illud &  
qualecunq; tribuisset: attamen neutriq; datis a se p̄mijs exiit. Bellis & periculis me-  
ruerant. In his. n. iuuenta Augusti versata ē. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent in  
armis agenti. Sed qd̄ p̄sens conditio poscebat: ratione: cōsilio: p̄ceptis: puericiam  
dein iuuentam meam fouisti. Et tua quidē erga me munera dum vita suppetet: ater-  
na erunt. Quæ a me habes: horti & fœnus: & villæ casibus obnoxia sunt. Ac licet mul-  
ta videant. pleriq; haud quaquā artibus tuis pares: plura tenuerūt. Pudet referre liber-  
tinos: qui ditiores spectant. Vnde ēt rubori mihi est: q̄ p̄cipuus caritate: nōdū om-  
nes fortuna antecellis. Verum & tibi valida ætas: rebusq; & fructui reꝝ sufficiens: &  
nos p̄iā Imperij spacia ingredimur. nisi forte aut te Vitellio ter consuli: aut me Clau-  
dio p̄ponis. Sed quantū Volusio longa parsimoniā quæsiuit: tantū in te mea libe-  
ralitas explere non potest. Quin si qua in parte lubricū adolescētij nostre declinat re-  
uocas inornatūq; robur subsidio impēsius regis. Nō tua moderatio si reddideris pecu-  
niā. nec quies si reliqueris principē: sed mea auaricia: meꝝ crudelitatis met⁹ in ore om-  
niū versabit. Quod si maxime cōtinentia tua laudet: non tñ sapiētī viro decoꝝ fuerit  
vnde amico infamiā parit: inde gloriā sibi recipere. his adijcit cōplexum & oscula: fa-  
cetus natura: & cōsuetudine exercit⁹ velare odiū fallacibus blādicijs. Seneca: qui finis  
omnium cū domināte sermonum: grates agit. Sed instituta prioris potētij cōmutat.  
Prohibet coetus salutarium. Vitat comitātes. Rarus per urbē quasi validine infen-  
sa: aut sapiētij studijs domi attineretur. Perculso Seneca: p̄optum fuit Rufum Feni-  
um iminere Agrippinæ amicitiam in eo criminātibus. Validiorq; in dies Tigillinus  
& malas artes: quibus solus pollebat: gratiores ratus: si principē societate sceleꝝ ob-  
stringeret: metus eius rimat. Compertoq; plautum & Syllā maxime timeri. Plautū  
in Asiā Syllam in galliā narbonēsem nuper amotos: Nobilitatē eorū & propinquos  
huic orientis: illi germaniæ exercitus commemorat. Non se vt Burrum diuersas spes:  
sed solam incolumitatem Neronis spectare: cui caueri vt cūq; ab urbanis insidijs p̄-  
sentia. longinquos motus quonam mō cōprimi posse: Erectas gallias ad nomē dicta-  
toriū: nec minus suspectos Asię populos: claritudine aui drusi. Syllā inopē: vnde p̄-  
cipuā audaciam: & simulatore segnicij: dum temeritati locū reperiret. Plautum ma-  
gnis opibus: ne fingere quidem cupidinē ocij: sed veterū romanorū imitamenta p̄fer-  
re. assumpta etiam stoicorū arrogantia: sectaq; que turbidos: & negociorū appetentes  
faciat. Nec vltra mora. Sylla sexto die peruectis Massiliā percussoribus: ante metū:  
& rumorē: interficit: cum epulādi causā discumberet: Relatū caput eius illufit Nero

In tua fortuna qd  
meas recipi

Rōsu Heroꝝ

Propij p̄sentia fo  
uis

Pudet Libertos d̄tū  
et

clare adū bladi  
his

Validiorq; in dies  
Syllā

Plautū imitāto  
p̄ferre etiam

Sylla d̄sentet  
m̄t̄ia



## LIBER. XIII.

tanq̄ prematura canicie deforme. plauto parari necem: non perinde occultū fuit: quia a pluribus salus eius curabatur: & spacium itineris ac maris: tempusq; interiectū mouerat famam Vulgoq; fingebat. petitum ab eo Corbulonē: tum magnis exercitibus p̄sidentē ne clari atq; infantes interficerentur: p̄cipuum ad pericula. quin & Afiā fauore iuuenis arma ccepisse: nec milites ad scelus missos aut numero validos: aut aīo p̄ptos. postq̄ iussa efficere nequiuierint. ad spes nouas transisse vna hęc. in ore fame credentiū ocio agebantur. Ceterę libertus Plauti celeritate ventorę p̄uenit Centurio nem: & mandata. L. Antistij foccri attulit: effugeret segnē mortem: ocium: suffugiū: & magni noīs miserationem. reperturę bonos. cōsociaturum audaces: nullū interim subsidium aspernādum si sexaginta milites: tot. n. veniebant: propulisset: dum referē nūcius Neroni: dū manus alia permeat: multa secutura: quæ ad vsq; bellum eualescerent. Deniq; aut salutē tali consilio quæri: aut nihil grauius audenti quā ignauo patiē dum esse. Sed plautum ea nō mouere: siue nullam opē prouidebat inermis atq; exul. seu tedio ambiguaē spei: an amore cōiugis: & liberoꝝ quibus placabiliorem fore principem rebatur: nulla sollicitudine turbatū. Sūt qui alios a focero nūcios venisse ferāt tanq̄ nihil atrox imineret: doctoresq; sapiētiaē coeranum græci: Musonium tusci generis cōstantiam opperendæ mortis: p̄ incerta & trepida vita suasisse. Repertus ē certe per medium diei nudus exercitādo corpori. Talē eum Cēturio trucidauit: coram pelagone spadone: quē Nero centuriōi & manipulo quasi satellitibus: ministrū regiū p̄posuerat. Caput interfecti relatū. cuius aspectu: ipsa principis verba referā. Cur iquit Nero deposito metu nuptias Poppeæ ob eiusmodi terrores dilatas maturare parat: Octauianiq; cōiugem amoliri: quis modeste ageret noīe patris. & studijs populi graue. Sed ad senatum litteras misit de cædibus Syllæ Plautiq; haud cōfessus. vę vtriusq; ingeniū turbidum esse: & sibi incolumitatē reip. magna cura haberi. Decretæ eo noīe supplicatioes: vtq; Sylla & Plaut⁹ senatu mouerētur: grauioribus tñ ludibrijs q; malis. Igit̄ accepto patrum cōsulto: postq̄ cūcta scelez: pro egregijs accipi videt: exturbat Octauia: sterilem dictitans. Exin Poppeæ cōiungitur. ea diu pellex: & aduleri Neronis: mox mariti potēs: quendam ex ministris Octauie impulit: seruilē ei amore obijcere. destinaturq; reus cognomēto Eucerus: natiōe Alexandrina. canere tibijs doctus Actæ ob id de ancillis quæstioes. & vi tormentorę victis quibusdā: vt falsa annuerēt. plures perstitere sanctitatē dominæ tueri. Ex quibus vna instātī Tigillino. castiora esse muliebria octauia respōdit: q̄ os eius. Mouet tñ primo ciuilibus dissidij specie. domūq; Burri: & prædia Plauti infausta dona accipit. Mox in cāpaniā pulsa ē. ad dita militari custodia. Inde crebri q̄stus: nec occultū per vulgū: cui minor sapientia & ex mediocritate fortunę pauciora pericula sūt. His haud quaquā Nero penitētia flagitij: cōiugem reuocauit octauiam. Exin leti capitolium scādunt. deosq; tādē venerantur. Effigies Poppeę prouunt Octauie imagines gestāt humeris: spargunt floribus. foroq; ac templis statuunt. Itur etiam in principis laudes. repetitum venerātur. Iamq; & palatium multitudine & clamoribus. complebant: cum emissi militum globi verberibus & intento ferro turbatos disiecere. Mutataq; quę per seditionē verterāt. Poppeę honos repositus est: quę semper odio tumens: metu atrox: ne aut vulgi acrior vis ingrueret: aut Nero inclinatione populi mutaretur: prouoluta genibus eius: Non eo loci res suas agi: vt de matrimonio certet. q̄q̄ id sibi vita potius: sed vitā ipsam in extremum adductam. a clientulis & seruijs Octauia: quę plebis sibi nomen indiderint: ea in pace ausi: quę vix bello euenirent. Arma illa aduersus principem sum

*Mors plauti**Cōsolationē autē**plauti a Ceteris  
Tribunis**Turbidū ingens**Exturbat Oct  
am**Castiora octauie  
muliebria oc**Octauia in  
Imagines de*

pta ducem tantum defuisse: qui motis rebus facile reperiretur. Omitteret modo cam-  
paniam & in urbem ipsam pergeret ad cuius nutum absentis tumultus cicerent. quod  
alioquin suum delictum: quod cuiusque offensionem? An quia veram progeniem pœnati-  
bus cæsarum datura sit: malle populum romanum: tibicinis ægyptij sobolem impe-  
ratorio fastigio induci. Denique si id rebus conducatur: libens quod coactus acciret dominam:  
vel consulere securitati iusta ultione: & modicis remedijs primos motus consecutos  
confedisse. At si desperet uxorem Neronis fore Octaviam illi maritum duros. Va-  
rius sermo: & ad metum atque iram accommodatus: terruit simul audientem & accedit.  
Sed parum valebat suspicio in seruiis: & quæstionibus ancillarum illuserat. Ergo con-  
fessionem alicuius queri placet: cui rex quoque nouarum criminum affingeretur. Et visus ido-  
neus: maternæ necis patrator Anicetus: classi apud Misenum ut memoravi præfectus:  
leui post admissum scelus gratia: dein grauiore odio: quia grauior facinorum ministri  
quali exprobrantes aspiciuntur. Igitur accitum eum Cæsar operæ prioris admonet. So-  
lum incolumitati principis aduersus insidiantem matrem subuenisse. Locum haud mi-  
noris gratiæ instare: si coniugem insensam depelleret. Nec manu aut telo opus. Fate-  
retur octaviæ adulterium. Occulta quidem ad præsens: sed magna ei præmia & seculi  
sus amœnos promittit. Vel si negauisset: necem intentat. Ille insita vecordia: & facili-  
tate priorum flagitiorum: plura etiam quam iussum erat: fingit. Fateturque apud amicos: quos  
velut consilio adhibuerat princeps. Tum in Sardiniam pellitur: ubi non inops exilium  
toleravit: & fato obiit: At Nero præfectum spe sociandæ classis corruptum: & incusate  
paulo ante sterilitatis oblitus: abactos partus conscientia libidinum: eaque sibi cõper-  
ta dicto memorat. Insulaque pandecteria Octaviam claudit. Non alia exul visentium  
oculos maiore misericordia affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ a Tiberio:  
recentior Iuliæ memoria obuersabatur a Claudio pulsæ. Sed illis robur ætatis affue-  
rat. læta aliqua viderant & præsentem seuiam melioris olim fortunæ recordatione alle-  
uabant: huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit: deductæ in domum: in qua nihil  
nisi luctuosum haberet: erepto per venenum patre: & statim fratre. Tunc ancilla domi-  
na validior. Et Poppea non nisi in perniciem uxoris nupta. Postremo crimine omni exi-  
tio grauius. At puella vicesimo ætatis anno inter centuriones & milites: præfatio ma-  
lorum iam a vita exempta nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interiectis  
diebus: mori iubetur cum iam viduam se & tantam sororem testaretur. Cœsusque Germanicos &  
postremo Agrippinæ nomen ciceret: qua incolumi infelix quidem matrimonium: sed sine  
exitio pertulisset. Restrigitur vinculis: venæque eius per omnes artus exoluuntur. Et quia  
pressus pauore sanguis tardius labebatur: præferuidi balnei vapore enecat. Additurque  
atrocior seuiam: quod caput amputatum latumque in urbem poppea vidit: Dona ob hæc tem-  
plis decreta. quod ad eum finem memorauimus: ut quicumque casus temporum illorum no-  
bis vel alijs auctoribus nossent: præsumptum habeant: quotiens fugas & cedes iussit  
princeps: totiens grates deis actas: queque regum secundarum olim: tum publicæ cladis infi-  
gnia fuisse. Neque tamen silebimus: si quod senatus consultum: adulatione nouum aut  
patientia postremum fuit. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse credi-  
tum est. Doriphorum quasi aduersatum nuptijs Poppeæ: Pallantem quod imensam pecu-  
niam longa senectæ detineret. Romanus secretis criminationibus incusauerat Senecam  
ut. C. Pisonis socium: sed validius a Seneca eodem crimine percussus est. Unde Pisoni  
timor & orta insidiarum in Neronem magna moles: sed in prospera. *et insperata*

Finis Quartidecimi Libri.

Amictus patrorum  
Agripp. necis.

Secusq; amictus  
insita necordia  
Fatep octa. adult.  
u3

Oct. in pãdecteria  
obu. sabaz

Mori iubet octa.  
manes  
altri: unpx bni  
rap.

patres deus actus  
ob actus

libertorum potissimos  
mof nencio sub  
latos

## LIBER. XV.

CORNELII TACITI ACTIONVM DIURNALIVM HISTORIAE  
AVGVSTAE LIBER. XV. INCIPIT.

Nterea rex parthorū Vologeses. cognitis Corbulonis rebus regē-  
 q; alienigenam Tygranē Armeniae impositum: simul fratre Tyri-  
 date pulso: spretum arfacidarū fastigium ire vltum volens: magni-  
 tudine rursus romana & continui fœderis reuerentia: diuersas ad  
 curas trahebatur: cunctator ingenio: & defectione hyrcanorū gen-  
 tis validae multisq; ex eo bellis illigatus. atq; illum ambiguum no-  
 uis in sup nunciis contumelię extimulat. Quippe egressus Armenia Tygranes adia-  
 benos cōterminam nationē: latius ac diutius q̄ per latrocinia vastauerat. Idq; primo-  
 res gentium ægre tollerabant. eo cōtēptionis descensum: vt ne duce quidē romano in-  
 cursarentur: sed temeritate obsidis: tot per annos inter mācipia habitū. Accēdebat do-  
 lorem eorū Monobacus quē pœnes Adiabenum regimē: quod præsidium: aut vnde  
 peteret rogātās. Iam de Armenia cōcessum. proxima trahi. & nisi defendāt parthi: le-  
 uis seruiciū apud romanos deditis: q̄ captis esse. Tyridates quoq; regni pfugus:  
 per silētium haud modice quærēdo: grauior erat. Non. n. ignauia magna imperia cō-  
 tineri. Viroq; armorūq; faciendū certamē. Id in summa fortuna æquius quod validi-  
 us. & sua retinere priuatā domus: de alienis certare: regiam laudem esse. Igitur cōmo-  
 tus his Vologeses cōciliū vocat: & proximū sibi Tyridatem constituit atq; ita ordi-  
 tur. Hunc ego eodē mecum patre genitum: cum mihi per ætatem sūmo nomine con-  
 cessisset: in possessionem Armeniae deduxi: qui tertius potētiae gradus habetur. Nam  
 Medos pacorus anteceperat. Videbarq; contra vetera fratrum odia: & certamen fa-  
 miliae nostrae pœnates rite composuisse. prohibēt romani. & pacem ipsis nunq; p̄spe-  
 re laceffitam: nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo inficias æquitate q̄  
 sanguine causa q̄ armis retinere parta maioribus malueram. Si contatione deliqui:  
 virtute corrigam. Vestra quidem vis & gloria in integro est. addita modestiae fama q̄  
 neq; summis mortaliū spernēda est: & a dijs aestimā. Simul diademate caput Tyri-  
 datis euinxit proptam equitum manū q̄ regem ex more sectabat Moneſi nobili viro  
 tradidit: adiectis Adiabenoꝝ auxilijs. mādauitq; Tygranē Armēia exturbari: dū ip̄e  
 positus aduersus hyrcāos discordijs: vires intimas: molēq; belli ciet: puincijs romāis  
 minitās. Quae vbi Corbuloni certis nūcijs audita sūt: legiōes duas cū Verulano seue-  
 ro: & Vectio Bolano: subsidiū Tygrāi mittit: occulto p̄cepto: cōpositius cūcta: q̄ fe-  
 stinatus agerēt. q̄ppe bellū habere q̄ gerere malebat. Scripsēratq; Cæsari pprio duce  
 op̄ esse: q̄ Armenia defēderet. Syria ingruēte Vologese acriore ī discrimine eē. Atq;  
 interi reliquas legiōes p̄ ripa euphratis locat. Tumultuariā puincialiū manū armat.  
 hostiles īgressus p̄sidijs intercipit. Et qa egena aquarū regio ē: castella fōtibis īposita.  
 quosdā riuos cōgestu arenę obdidit. Ea dū a Corbulone tuēde syrię parāt: acto rapti  
 agmie Moneſes vt famā sui p̄iret nō iō nesciū aut icautū Tygranē offēdit q̄ occupaue-  
 rat Tygrāocerta vrbē copia defēsoꝝ & magnitudie mœniū validā. Ad hęc Nycepho-  
 rius amnis haud sp̄nenda latitudine p̄tē muroꝝ ambit. & ducta ingens fossā q̄ fluuio  
 diffidebat. Inerantq; milites: & p̄uisi ante cōmeatus quorū subuectū: pauci auidius  
 p̄gressi: & repentinis hostibus circūuenti: ira magis q̄ metu ceteros accēderant. Sed  
 partho ad exequēdas obsidiones nulla cōminis audacia Raris sagittis neq; clausos  
 exterret: & semet frustra. Adiabeni cum promouere scalas & machinamēta incipe-  
 rent: facile detrufi: mox erumpētibus nostris: facile cædunt. Corbulo tamen quāuis

*Sptm Arfacidarū  
tygrāi*

*Cunctator*

*Adiabeni*

*Tyridates regni  
fugus*

*In summa fortuna  
equus qd̄ validus*

*Modestia fama*

*Bolano de q̄o p̄p̄rio  
in silens*

*Egena aquarū*

*Nulla comū au-  
tra p̄tho*

*Corbulo moderat*  
*In fortis rati*  
*Hysibis op.*  
*Partu obsidu*  
*Vit Lomstax*  
*Exeat Tygrano*  
*est deducto*  
*Corbulo Emuli imp*  
*hens*  
*petus*  
*Partu Partu*  
*Omen equi*  
*minabat*  
*Pila militu msc*  
*Hozi frumetariu*  
*quisu*  
*Lz solus magis*  
*hoc rati naus*  
secundis rebus suis: moderandum fortunæ ratus: misit ad Vologesem qui exposu-  
larent vim prouinciæ illatâ: socium amicumq; regem cohortes romanas circûfedere.  
omitteret potius obsidionē. aut se quoq; in agro hostili castra posituꝝ. Casperius cen-  
turio in eam legationē delectus: apud oppidū Nyfibim septē & triginta milibus pas-  
suum a Tygranocerta distantē adit regem: & mādata ferociter edidit. Vologesi vet⁹  
& penitus infixū erat: arma romana vitādi. nec præsentia p̄spere fluebāt. irritum obsi-  
dium: tutus manu & copijs Tygranes. Fugati qui expugnationē sumpserant. missæ  
in Armeniā legiones: & aliæ p̄ Syria paratæ vltro irrumpere. Sibi imbecillū equitē:  
pabuli inopiam. Nā exorta vis locustarū abederat quicquid herbidū aut frondosum.  
Igitur metu abstruso: mitiora obtēdens: missuꝝ ad imperatorē romanū legatos su-  
per petēda Armenia & firmāda pace respondet. Monesem omittere Tigranocerta iu-  
bet. ipse retro cōcedit. Hæc plures vt formidine regis: & Corbulōis minis patrata ma-  
gnifice extollebant. Alij occulte pepigisse iterpretabantur: ut omisso vtrinq; bello: &  
abeunte Vologese: Tygranes quoq; Armenia abscederet. Cur. n. exercitū romanū a  
Tygranocertis deductū: cur deserta per ocium: quæ bello defenderāt? An melius hy-  
bernauisse in extrema cappadocia: raptim erectis tugurijs: q̄ in sede regni mō retētī?  
Dilata profus arma: vt Vologeses cum alio quā cum Corbulone certaret: Corbulo  
merita tot per ānos gloriæ: nō vltra periculum faceret. Nā vt rettuli propriū ducē tu-  
endæ Armeniæ poposcerat. & aduētare Cefennius Petus audiebat: Iamq; aderat. co-  
pijs ita diuisis: vt quarta & duodecima legiōes addita quinta q̄ recens e Moesis excita-  
erat: simul pōtica & gallatarū: Cappadociq; auxilia Peto obedirent: tertia & sexta &  
decima legiōes: priorq; Syriæ miles apd̄ Corbulobē manerent. Cætera ex regē vsu so-  
ciarent: partireturue. Sed neq; Corbulo æmuli patiēs: & Petus cui satis ad gloriā erat  
si proximus haberet: despiciebat gesta. nihil cædis aut prædę vsurpatas noie tenus vr-  
biū expugnationē dictitans. Se tributa ac leges: & p̄ vmbra regis: romanum ius vi-  
ctis imposituꝝ. Sub idem tēpus legati Vologesis: quos ad principem missos memo-  
raui: reuertere irriti: Bellūq; propalam sumptū a Parthis. Nec Pet⁹ detrectauit. Sed  
duabus legiōibus: quarū quartā Fimifulanus Vectonarius eo in tpe: duodecimā Ca-  
ladius Sabinus regebat: Armeniā intrat: tristi omine. Nā in transgressu Euphratis:  
quæ ponte transmittēbāt: nulla palā causa: turbat⁹ equus qui cōsularia insignia gesta-  
bat: retro euasit. Hostiaq; quæ mūniebātur: hybernaculis assistēs: semifacta opa: fu-  
ga perrupit: seq; vallo extulit & pila militū arserē magis insigni pdigio: quia Parth⁹  
hostis missilibus telis decertat. Cæterę Pet⁹ spretis ominibus: nec dū satis firmatis hy-  
bernaculis: nullo rei frumētariæ prouisu: rapit exercitū trans montē tauꝝ: recipiēdis  
vt ferebat Tygranocertis: vastandisq; regiōibus: quas Corbulo integras omisisset. Et  
capta quedā castella. gloriæq; & p̄dę non nihil partū: si aut gloriā cum mō: aut præ-  
dam cū cura habuisset. Longinquis itineribus percursādo quæ obtineri nequibāt. cor-  
rupto qui captus erat cōmeatu: vt instante iam hyeme: reduxit exercitum. composu-  
itq; ad Cæsarem litteras: quasi confecto bello: verbis magnificis rerum vacuas. Inter-  
rim Corbulo nunq̄ neglectam Euphratis ripam crebrioribus præsidijs infedit: & ne-  
ponti iniiciendo: impedimentū hostiles turmę afferrent: Iam. n. subiectis campis ma-  
gna specie volitabant: Naues magnitudine præstātes: & cōnexas trabibus: ac turrib⁹  
auctas: agit per amnē. catapultisq; & balistis proturbat barbaros: in quos saxa & ha-  
ste longius permeabant: q̄ vt contrario sagittarū iactu adęquarētur. Dein pons conti-  
nuat⁹: collestq; aduersi per socias cohortes: post legionū castris occupatur: tāta celeri

## LIBER. XV.

tate & ostentatione virium: vt Parthi omisso paratu inuadenda Syria: spem omnem in Armeniam verterent. Ibi Petus imminentium nescius: quintam legionē procul in pōto habebat. Reliquas promiscuis militum cōmeatibus infirmauerat: donec aduentare Vologesem magno & infenso agmine auditū. accitur legio duodecima. & vnde famam aucti exercitus sperauerat: p̄dita infrequētia: qua tñ retineri castra: & cludi Parthus: tractu belli poterat: si Peto aut in suis: aut in alienis consilijs constantia fuisset. Verū vbi a uiris militaribus aduersus vrgentes casus firmatus erat: rursus ne alienae sententiae indigens videret in diuersa ac deteriora trāsibat. Et tunc relictis hybernīs: non fossam neq; vallū sibi: sed corpora & arma in hostē data clamitans: duxit legiōes qua si proelio certaturus. Deinde amisso centurione & paucis militibus: quos visendis hostiū copijs prēmiserat: trepidus remeauit. Et quia minus acriter Vologeses institerat vana rursus fiducia: tria milia delectoꝝ proximo tauri iugo imposuit: quo transitum regis arcerent. Alares quoq; p̄anonios robur equitatus: in parte campi locat. Cōiunx ac filius castello cui Asamosata nomē est: abditi: datā in præsidiū cohorte ac disperso milite. qui in vnū habitus: vagum hostē promptius sustentauisset. & aegre cōpulsū ferunt: vt instantē Corbuloni fateretur. Nec a Corbulone properatū: quo gliscētibus periculis etiā subsidij laus augeretur. Expediri tñ itineri singula milia ex tribus legionibus: & alarios octingentos: parem numerū e cohortibus iussit. At Vologeses quāuis obfessa a Peto itinera hinc peditatu: inde equite accepisset: nihil mutato cōsilio: sed vi ac minis alares exterruit: legionarios obtriuuit: Vno tñ Centuriōe Tarquitio crescente turrim in qua præsidiū agitabat: defendere auso: Facta saepius eruptiōe: & celsis qui Barbaroꝝ propiꝝ suggrediebātur: donec ignium iactu circūueniretur. peditū si quis integer: per longinqua & auia vulnerati castra repetuere: Virtutem regis: sauciā: & copias gentium: cuncta metu extollētes: facili credulitate eoꝝ qui eadem pauebant. Nec dux quidem obniti aduersis: sed cuncta militiae munia deseruerat: missis item ad Corbulonē precibus veniret prope. signa & aquilas: & nomē reliquum infelicis exercitus tuere: Se fidem interim dōec vita suppeditet: retēturos. Ille interritus & parte copiarū apud Syriam relictā: vt munimēta Euphrati imposita retinerētur: qua proximū & cōmeatibus non egenū: regionem Comagenam: exin cappadociam: inde Armenios petiuit. Comitabātur exercitū prāter alia assueta bello: magna vis camelloꝝ onusta frumenti: vt simul hostem famemq; depelleret. Primum e percussis Pactium primipili centurionē obuuium habuit. dein plerosq; militū: quos diuersas fugae causas obtēdentes: redire ad signa: & clementiā Peti experiri monebat. Se nisi victoribus immitē esse. Simul suas legiōes adire: hortari: priorū admonere: nouā gloriam ostēdere. Non vicos aut oppida Armenioꝝ sed castra romana: duasq; in ijs legiones pretiū laboris peti. Si singulis manipularibus prēcipua seruati ciuis corona: imperatoria manu tribuere: quod illud & quantū decus: vbi par eoꝝ numerus adipisceret. qui attulissent salutē: & qui accepissent. His atq; talibus in cōe alacres: & erant quos pericula fratrum: aut propinquoꝝ proprijs stimulis incenderēt: cōtinuum die noctuq; iter perabant. eoq; intētius Vologeses premere obfessos: mō vallum legionum: mō castellū quo imbellis aetas defendebat: oppugnare: propius incedēs q̄ mos Parthis: si ea temeritate hostem in proelium eliceret. At illi vix cōtubernijs extracti: ne aliud q̄ munimenta propugnabāt: pars iussu ducis: & alij propria ignauia: aut metu: Corbulonē opperietes: Ac si vis ingrueret: prouisis exēplis Caudinae ac Numatinae cladis. Neq; eandem vim Samnitibus Italico populo: aut p̄enis romani imperij aemulis: validā

*Peto constantia def**He alieni sine n  
get miderat**ghscētibus p̄auit**Alarū**Alarū  
Legionarij  
Tarquitij crescent**Comagena**vis camelloꝝ**Corbulo suos h**Cōtinuum die noctuq;**h vob**Caudina  
Numatina*

quoq; & laudatam antiquitatem: quotiens fortuna contra daret: saluti consuluisse. Qua desperatione exercitus: dux subactus: primas tñ litteras ad Vologesen: nō sup plices: sed in modū querentis cōposuit: q; pro Armenijs semper romanæ ditionis aut subiectis regi: quem imperator delegisset: hostilia faceret. Pacē ex æquo vtilem. nec p sentia tñ spectaret: ipsum aduersus duas legiones totis regni viribus aduenisse. At ro manis orbem terrarū reliquum: quo bellū iuuarent. Ad ea Vologeses: nihil p causa: sed opperiēdos sibi fratres Pacoꝝ ac Tyridatem rescripsit. Illum locū tempusq; con silio destinatū quid de Armenia cernerent. Adieciſſe deos dignnm Arfacidaꝝ simul: & de legionibus romanis statuerent. Missi post a Peto nūcij: & regis colloquiū peti tum. qui Vasatem præfectum equitatus ire iussit. Tū Petus Lucullos: Pompeios: & si qui duces obtinēde donandæue Armeniæ egerant: Vasates imaginem retinendi do nandive penes nos: Vim penes Parthos memorat: Et multū inuicē disceptato: Mo nobanzus adiabenus in diē posterum testis ijs quæ pepigissent: adhibetur. Placuitq; liberari obsidio legiones: & decedere omnē militem finibus Armenioꝝ: castellaq; & cōmeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis copia Vologesi fieret: mittendi ad Ne ronem legatos. Interim fluuio Arsameti: is castra perfluebat: pōtem imposuit. specie sibi illud iter experientis. Sed Parthi quasi documētum victoriæ iusserant: Nāq; ijs vsui fuit. nostri per diuersum iere. Addidit rumor: sub iugū missas legiones. & alia ex rebus infaustis: quoꝝ simulachrum ab Armenijs vsurpatum est. Nāq; & munimen ta ingressi sunt: antequā agmē Romanū excederet: & circūstetere vias: captiua olim mancipia: aut iumēta agnoscentes: abstrahentesq;. Raptæ etiā vestes: retenta arma: pauido milite & cōcedente: ne qua prælij causa existeret. Vologeses armis: & corpo ribus casorū aggregatis: quo cladem nostrā testaretur: visu fugientiū legionum absti nuit. Fama moderationis quærebatur: postquā superbiam expleuerat. Flumen arsa metē elephanto insidens: & proximus quisq; regi vi equorū perrupere: quia rumor in cesserat: pontē cessurū oneri: dolo fabricatium. Sed qui ingredi ausi sunt: validum & firmum intellexere. Ceterū obsessis adeo suppeditauisset rem frumētariam cōstitit: vt horreis ignem iniicerent. Contraq; prodiderit Corbulo parthos inopes copiarū: & pa bulo attrito: relicturos oppugnationem: neq; se plus tridui itineri abfuisse. Adiecit iu reiurando Peti: cautum apud signa: adstantibus ijs quos testificando rex misisset: ne minem romanum Armeniam ingressurum: donec referrentur littere Neronis: an pa ci annueret. Quæ vt augendæ infamiæ composita: sic reliqua non in obscuro haben tur: vna die quadraginta milium spaciū emensum esse Petum: desertis passim saur cijs: neq; minus deformem illam fugientium trepidationem: q̄ si terga in acie vertisset Corbulo cum suis copijs apud ripam Euphratis obuius: nō eam speciem insignium & armorum prætulit: vt diuersitatem exprobraret: Mœsti manipuli: ac vicem com militonum miserantes: ne lachrymis quidem temperare. Vix præfletu vsurpata con solatio. Deceſſerat certamen virtutis: & ambitio glorię: feliciū hominum affectus: sola misericordia valebat: & apud minores magis. ducum inter se breuis sermo secu tus est: hoc conquerētium irritū laborem: potuisse bellum fuga parthorū finiri. Ille in tegra vtriq; cuncta respōdit. conuerterent aquilas: & vincti inuaderēt Armeniam: ab scessū Vologesis infirmatam. Nō ea imperatoris habere mādāta Corbulo: periculo legionū cōmotum: e puincia egressum. Quādo in incerto habeant Parthorū conatꝝ: Syriam repetiturum. Sic quoq; optimam fortunā orandam: vt pedes confectus spa cijs itinerum: alacrem & facilitate camporum præuenientem. equitem assequeretur.

Desperatio exercitus

peti ex equitate

Regis colloquiū peti

Mittū munitis descriptis

Liberari obsidio le giones

Sub iugū missas legiones duas

Arma et corpora ag gregata

Vologeses elephanto insidens

suppeditauisset rem frumētariam

Defamias fugat peti

Uicē comilitonū m miserantes

Anno duarū

LIBER. XV.

Exin Petus per Cappadociam hybernauit. At Vologesis ad Corbulonem missi nūc  
 cij: detraheret castella trans Euphratem: amnemq; vt olim medium faceret. Ille Ar-  
 meniam quoq; diuersis præsijs vacuā fieri exposulabat. Et postremo concessit rex.  
 Dirutaq; quæ Euphratem vltra cōmunerat Corbulo. & Armenij suo arbitrio relictī  
 sunt. At romæ trophea de parthis: arcusque medio capitolini montis sistebantur: de  
 creta ab senatu: integro adhuc bello: neq; tum omīssa: dum aspectui consulitur: spre-  
 ta cōscientia. Quin & dissimulandis rex externarum curis. Nero frumentum plebis  
 vetustate corruptum: in thyberim iecit: quo securitatem annonæ sustentaret: cuius p̄  
 cio nihil additum est: quīs ducentas ferme naues portu in ipso: violentia tempestatis  
 & centum alias thyberi subuectas: fortuitus ignis asumpisset Tris dein consula-  
 res. L. Pisonem: Ducēnium geminium: Pompeiū Paulinum Vectigalibus publicis  
 præposuit: cū insectatione priorū principum: qui grauitate sumptuū: iustos redditus  
 anteissent Se annuū sexcētis sestertium reip. largiri. Percrebuerat ea tēpestate prauis-  
 simus mos: cū propinquis comitijs: aut sorte puinciarum: pleriq; orbi fictis adoptio-  
 nibus adsciscerent filios: præturaq; & puincias inter patres sortiti: statim emitterent  
 manu quos adoptauerant. Qui magna cū inuidia senatum adeūt ibi naturæ munus  
 labores educandi aduersus fraudem & artes & breuitatem adoptiōis enumerant. Sa-  
 tis precij esse orbis qd̄ multa securitate nullis oneribus: gratiam honores: cūcta prō-  
 pta & obuia haberent. Sibi promissa legum diu expectata: in ludibrium uerti: quan-  
 do quis sine sollicitudine parens: sine luctu orbis: longa patrū vota repente adaqua-  
 ret. Factum ex eo Senatus consultū: ne simulata adoptio in vlla parte muneris publi-  
 ci iuuaret: ac ne vsurpandis quidem hæreditatibus p̄desset. Exin Claudius timarcus  
 cretensis reus agitur: cæteris criminibus vt solent præualidi prouincialium: & opibus  
 nimijs ad iniurias minorum elati. Vna vox eius vsque ad contumeliam senatus pene-  
 trauerat. q̄ dicitur assēt: in sua potestate situm: an proconsulibus qui cretam obtinuis-  
 sent: grates agerentur. quam occasionem Petus Thrasea ad bonū publicum vertens:  
 postq̄ de reo censuerat: prouincia Creta depellendum: hæc addidit. Vsu probatum ē  
 P. C. leges egregias exempla honesta: apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic ora-  
 torum licentia cinctiam rogationem. candidatorum ambitus Iulias leges: magistra-  
 tuum auaricia calphurnia scita pepererunt. Nam culpa q̄ p̄na tempore prior: emen-  
 dari q̄ peccare posterius est. Ergo aduersus nouam puinciarum superbiam dignū fide  
 constantiaq; romana. capiamus consilium: quo tutelæ sociorū nihil deroget: nobis  
 opinio decedat. quā is quisq; habeat alibi q̄ in ciuium iudicio esse. Olim quidem non  
 modo prætor aut consul: sed priuati etiam mittebant: qui puincias viserent: & quid  
 de cuiusq; obsequio videretur referrent: Trepidabantq; gentes de extimatione singu-  
 lorū. At nunc colimus externos: & adulamur: & quomodo ad nutum alicui⁹ grates:  
 ita promptius accusatio decernitur: decernaturq; & maneat poruincialibus potenti-  
 am suam tali modo ostentandi. Sed laus falsa & præcibus expressa: perinde cohibean-  
 tur: q̄ malicia q̄ crudelitas. Plura sæpe peccantur: dum demeremur: q̄ dū offendimus  
 quædam immo virtutes odio sunt: seueritas obstinata: inuictus aduersus gratiam ani-  
 mus. Inde initia magistratuorum nostrorum meliora ferme: & finis iclinat: dum in mo-  
 dū candidatorum suffragia conquirimus. quæ si arceantur: æqualius atq; constanti-  
 us prouinciæ regentur. Nam vt metu repetundarum infracta auaricia est. ita vetita  
 gratiæ actione ambitio cohibet. Magno assensu celebrata sententia. Non tñ senatus  
 consultum perfici potuit abnuentibus cōsulibus ea de re relatum: Mox auctore prin-

*petrus ex h  
 Ammii Euphr  
 medius sit*

*Trophea de pt*

*frumentum in T  
 iudicium*

*præmissis m  
 orbi fictis adop  
 bus mt' p̄  
 tit*

*orbis cuncta obuia*

*Ne simulata ado  
 iuuaret*

*Vox Cretensis p̄*

*Leges egregias ex*

*Cinctia p̄  
 Calphurnia*

*Benedari q̄ p̄  
 p̄tē*

*Utat' p̄ mod  
 alio*

*Metu repetundarū  
 fructu iudic*

cipe sanxere: ne quis ad concilium so. ior. referret: agendas apud senatum pro prae-  
ribus proue consulibus grates: neu quis ea legatione fungeretur. Iisdem consulibus  
gymnasium ictu fulminis conflagrauit: effigiesq; in eo Neronis ad informe aes lique-  
facta. Et motu terrae celebre campaniae oppidum Pompei magna ex parte proruit.  
Defunctaq; virgo vestalis Lelia: in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta  
est: Memio Regulo & Virginio Rufo consulibus: natam sibi ex Poppea filiam Ne-  
ro ultra mortale gaudium accepit: appellauitq; Augustam: dato: & Poppeae eodem  
cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit: ubi ipse generatus erat. Iam se-  
natus interim vterum Poppeae comedaucrat dijs. vota q; publice susceperat: quae mul-  
tiplicata exolutaq; & additae supplicationes: templumq; fecunditati. & certamē ad  
exemplar atticæ religionis decretum. Vtq; fortunæ effigies aureæ in folio capitolini  
Iouis collocarentur: Ludicrum circense vt Iuliae genti apud Bouillas: ita Claudiae do-  
miciae q; apud Antium ederetur. quae fluxa fuere: quartum intra mensem defuncta in-  
fante. Rursusq; exortæ adulationes: censentium honorem diuæ & puluinar ædēq; &  
sacerdotem. Atq; ipse vt læticiae: ita mœroris immodicus egit. Adnotandum est om-  
ni senatu Antium sub recentem partū effuso Thraseam prohibitum: immoto animo  
prænunciam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Casar-  
is ferunt: qua reconciliatum se Thraseæ apud Senecam iactauerit: ac Senecam Cæ-  
sari gratulatum. Vnde gloria egregijs viris & pericula gliscebant. Inter quæ veris prin-  
cipio: legati Parthorū mandata regis Vologesis: litterasq; in eadem formam attule-  
re. Se priora & totiens iactata super obtinenda armenia. nunc omittere. quoniam dij  
quis potentium populorū arbitri. Possessionem Parthis non sine ignominia romana  
tradidissent. Nuper clausum Tygranem: post petum legionesq; cum opprimere pos-  
set: incolumes dimisisse. Satis approbatum vim. datum & lenitatis experimentum.  
Nec recusaturū Tyridatem accipiendo diademati in vibem venire. nisi sacerdotij reli-  
gione attineretur. Iturum ad signa & effigies principis: ubi legionibus coram: regnū  
auspicaretur. Talibus Vologelis litteris. quia Petus diuersa tanq̄ rebus integris scri-  
bebat: interrogatus Centurio qui cum legatis aduenerat: quo in statu Armenia esset:  
omnes inde romanos excessisse respondit. Tum intellecto barbarorū irrisu: qui pete-  
rent quod eripuerant: consuluit inter primores ciuitatis Nero: bellum anceps: an pax  
in hoste placeret. Nec dubitatum de bello. & Corbulo tot per annos militum atq; ho-  
stium gnarus. gerendæ rei præficitur: ne cuius alterius inscitia rursus peccaretur: quia  
Peti piguerat. Igitur irriti remittuntur cum donis tamen: vnde spes fieret: non frustra  
eadem oraturū Tyridatē: si preces ipse attulisset. Syriæq; executio Cintio: copiæ mili-  
tares Corbuloni permissæ: & quintadecima legio ducente Mario Celso: e Pannonia ad-  
iecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus præfectisq; & procuratoribus: & qui prætorū  
finitimas prouincias regebant iussis Corbulonis obsequi: in tantum ferme modū au-  
ctæ potestate: quam populus romanus Cn. Pompeio bellum pyriticum gesturo de-  
derat. Regressum Petū cum grauiora metueret: facetijs insectari satis habuit Casar  
his ferme verbis: Ignoscere se statim: ne tam promptus in pauorem: longiore sollici-  
tudine egresceret. At Corbulo quarta & duodecima: legionibus: quæ fortissime quo-  
q; amisso: & ceteris exterritis parum habiles proelio videbatur: in Syriam translatis:  
sextā inde ad tertiam legiones: integrum militem & crebris ac prosperis laboribus ex-  
ercitum: in Armeniam ducit. Addiditq; legionem quintam: quæ per pontum agens:  
expers cladis fuerat. Simul quintadecima nos recens adductos: & vexilla delectorū

Finis q; gignunt  
populi pueri  
Vestalis capta

Nero gnatus Antij  
Filia ex poppea  
templū fecundit  
Ludicrū apud bouil.  
Juliae genti

pericula gliscebant

legi Volugesis Ad  
Neronem

76m Tyridatē ad signa  
et effigies Neronis

Corbulo gerendæ  
rei præfuit

vtas Corbuloni q;  
pomp.

debus facetijs insectari  
satis habuit A Nero.



## LIBER. XV.

ex Illyrico & ægypto: quodq; alas cohortiumq; & auxilia regnum in vnum conducta: apud Melitenem qua transmittere euphratem parabat. Tum lustratum rite exercitum ad contionem vocat: orditurq; magnifica de auspicijs imperatoris: rebusq; a se gestis: aduersam inscitiam Peti declinans: multa auctoritate: quæ viro militari profacundia erat. Mox iter. L. Lucullo quondam penetratum. apertis quæ vetustas obseperat: pergit. Et venientis Tyridatis Vologesiq; de pace legatus haud aspernatus adiungit ijs centuriones cum mandatis non immitibus. Non. n. adhuc eo ventum: vt certamine extremo opus esset. Multa romanis secunda quædam Parthis euenisse: documento aduersus superbiam. proinde & Tyridati conducere intactū vastationibus regnum dono accipere: & Vologesen melius societate romana q̄ damnis mutuis genti parthorū consulturum. Scire q̄tum intus discordiarū: q̄q; indomitas & præferoces nationes regeret. Contra imperatori suo imotam ubiq; pacem: & vnum id bellum esse. Simul consilio terrorē adijcere. & Megistanas armenios qui primi a nobis defecerāt: pellit a sedibus. castella eorū excindit: plana: edita: validos inualidosq; pari metu complet. Non infensum nec cum hostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur: eoq; consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses neq; atrox in summam: & quibusdam præfecturis inducias petit. Tyridates locum diemq; colloquio poscit. Tēpus ppinquum. Locus in quo nuper obsessæ. cum Peto legiones erant: cum a barbaris delectus esset: ob memoriam latioris sibi rei: non est a corbulone vitatus: vt dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neq; ifamia Peti augebat: q̄ eo maxime patuit: quia filio eius tribuno ducere manipulos: atq; operire reliquias malæ pugne iperavit. Die pacta Tyberius Alexander illustris eques romanus: & Viuianus Annius gener Corbulonis: nundum senatoria ætate: sed pro legato quintæ legionis impositus: in castra Tyridatis venire honore eius: ac ne metueret ifidias tali pignore: Viceni dehinc equites assūpti. Et viso Corbulōe: rex prior equo desiluit: nec cūctatus Corbulo. Sed pedes vterq; dextras miscuere. exin romanus laudat iuuenem: omiſſis præcipitibus tuta: & salutaria capeſſentem. Ille de nobilitate generis multum præfatus: cætera temperanter adiungit. Iturum quippe romam: laturumq; nouum Cæsari decus: non aduersis Parthorū rebus supplicem arſacidem. Tum placuit Tyridatē ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium: nec nisi manu Neronis resumere. & colloquiū osculo finitum: Dein paucis diebus interiectis: magna vtrinq; specie: inde eques compositus per turmas: & insignibus patrijs: hinc agmina legionum steterē fulgentibus aquilis: signisq; & simulachris deum in modum templi. Medio tribunal sedē curulē: & sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quā progressus Tyridates: cælis ex more victimis: sublatum capiti diadema imagini subiecit magnis apud cunctos animorū motibus: quos augebat infra adhuc oculis exercituū romanorum cedes: aut obsidio. At nunc versos casus. Iterq; Tyridatem ostentui gentibus quanto minus q̄ captiuum. Addidit gloriæ Corbulo comitatem: epulasque & rogitante rege causas: quotiens nouum aliquid aduerterat. Vt initia vigiliarum per centurionem enunciari: conuiuium buccina dimitti: & structā ante auguralē aram subdita face accēdi: cuncta ī maius attollēs admiratione prisca moris affectit. Postremo die spacium orauit: quo tātum itineris adiurus: fratres ante: matremq; viferet obsidem interea filiam tradit: litterasq; supplices ad Neronem & digressus Pacorum apud Medos Vologesen ecbaranis repperit: nō incuriosum fratris. quippe & proprijs nuncijs a Corbulone petierat: ne quam imaginem seruij Tyridates perferret: neu ferrum traderet: aut complexu provincias obti-

Auctas Corbuloni  
mandat

Megistanas de q̄  
fuit.

Die pacta

Colloquiū Tyridatis  
et Corbulonis

Apud effigiem Cæsaris  
insigne

Diadema magis  
erat

Conuiuium buccina  
mitti

Non incuriosus

uentium arceretur: foribusue eorum assisteret. tantusq; romę q̄tus consulibus honor  
esset. Scilicet externę superbıę sueto: non erat noticia nostri: apud quos ius imperij va  
let: inania transmittuntur. Eodem anno Caesar nationes alpium maritimę in ius la  
tij transtulit. Equitum romanorę locos sedibus plebis anteposuit apud circum. Nam  
q; ad eam diem indiscreti ibant: quia lex roscia nihil nisi de quattuordecim ordinibus  
sanxit. Spectacula gladiatorę idem annus habuit: pari magnificetia ac priori. Sed fce  
minarę illustrium senatorumq; plures per arenã fcedati sunt. C. Lexanio. M. Licinio  
consulibus acriore in dies cupidine adigebatur Nero. pmiscuas scenas frequentandi.  
Nam adhuc per domũ aut hortos cecinerat iuuenalibus ludis quos vt parę celebres  
& tantę voci angustos spernebat. Non tñ romę incipere scenas ausus: neapolim qua  
si gręcã urbem delegit. Inde initium fore: vt transgressus in achaiã insignesq; & anti  
quitus sacras coronas adeptus. maiore fama: studia ciuium eliceret. Ergo contractũ  
oppidanorę vulgus: & quos e proximis colonijs & municipijs eius rei fama ciuerat:  
quiq; Casarem per honorem: aut varios vsus sectant: etiam militum manipuli thea  
trum Neapolitanorę complent. Illic pleriq; vt arbitrant: triste: vt ipse: prouidum po  
tius & secundis numinibus euenit. Nam egresso qui affuerat populo: vacuum & sine  
vilius noxa theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates dijs: atq; ip  
sam recetis casus fortunam celebrans: petiturusq; maris hadrię traiectus: apud Bene  
uentum interim confedit. Vbi gladiatorum munus a Vatinio celebre edebatur. Vati  
nius inter fcedissima eius aulę ostenta fuit: sutrinę tabernę alünus corpore detorto:  
facetijs scurrilibus: primo in contumelias assumptus deinde optimi cuiusq; crimina  
tioe eousq; valuit: vt gratia: pecunia: vi nocendi etiam alijs præmineret. Eius munus  
frequentanti Neroni: ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Iisdem quip  
pe illis diebus Torquatus Syllanus mori adigitur. quia super iunię familię claritudi  
nem diuum Augustum atauum ferebat. Iussi id accusatores obicere: prodigum lar  
gitionibus neq; aliam spem q̄ in nouis rebus esse qui ne ignobiles habere quos ab epi  
stolis & libellis & ratõibus appellaret nomina summae cure & meditata. Tum in  
timus quisq; libertorę vincti abreptiq;. Et cũ damnatio instaret: brachiorę venas Tor  
quatus interfecit: Secutaq; Neronis oratio: ex more quis. fontem & defensionem meri  
to diffusum: victurę tñ fuisse si clamentiam iudicis expectasset. Nec multo post omi  
sa in præfens achaiã: causã incerto fuere: urbem reuisit: puincias oriētis maxime egyptum:  
secretis imaginationibus agitans. dehinc dicto testificatus: non longam sui ab  
sentiam: & cuncta in rep. exinde immota ac pspera fore. Super ea pfectione adij capi  
tolium: illic veneraturus. deos cum vestę quoq; templũ inisset: repente cunctos per ar  
tus tremens: seu numine exterente: seu facinorum recordatione: nunquam timore va  
cuus: deseruit inceptum: cunctas sibi curas amore patrię leuiore dictitans. Vidisse  
mcestos ciuium vultus audire secretas querimonias. quod tantum iter aditurus esset:  
cuius ne modicos quidem egressus tolerarent: sueti aduersum fortuita aspectu princi  
pis refoueri. Ergo vt in priuatis necessitudinibus proxima pignora preualerent: ita po  
pulum romanum vim plurimam habere. Parendum rerinēti. Hęc atq; talia plebi va  
lentia fuere: voluptatum cupidine: & quę præcipua cura est: rei frumentarię angustias  
si abesset metuenti. Senatus & primores in incerto erant: procul an coram atrocior  
haberetur. dehinc: quę natura magnis timoribus: deterius credebant quod euenerat.  
Ipse quo fidem acquireret: nihil vsquam perinde letum sibi publicis locis struere con  
uiuia totaq; vrbe quasi domo vti. Et celeberrimę luxu fama q; epulę fuere: quasi Tigil

Alpi in sup Latin  
in Cicero scholia 2  
Lex Roscia  
Commē in gladiata  
Iuuenalis Ludi

Si nulli noxa /  
collapsu Hecp

Vatig Sutrinę alūg

Syllanę mori adigit

Epistulis libellis: ratio  
Meditamenta

Urbem reuisit Hec

Iudicis p arę tremens

nece du utmeti po

procul an coram atrocior

ota vrbe quasi domo

lino parata: vt exemplum feram: ne sapius eadem pdigentia narranda sit. Igit in sta-  
 gno Agrippæ fabricatus est ratem. cui superpositum conuiuium aliarum ractu mo-  
 ueret. Naues auro & ebore distinctæ: remigesq; exoleti: per ætates & scientiam libidi-  
 num componebat. Volucres & feras diuersis e terris: & animalia maris: oceano ab-  
 usq; petiuerat. Crepidinibus stagni lupanaria astabant: illustrib9 fœminis completa.  
 Et contra scorta ysebantur nudis corporibus. Iam gestus motusq; obsceni: Et post  
 quam tenebræ incedebant: quantum iuxta nemoris: & circumiecta tecta consonare  
 cantu & luminibus clarescere. Ipse per licita atq; illicita fœdatus: nihil flagitij relique-  
 rat: quo corruptior ageret: nisi paucos post dies vni ex illo contaminatorum greges  
 cui nomen Pythagoræ fuit: in modū sollemnium coniugiorū denupisset. Inditum i-  
 peratori flammeū. Misit auspices duos: & genialis thorus: & faces nuptiales: cuncta  
 deniq; spectata: quæ et in fœmina nox operit. Sequit clades forte: an dolo principis in-  
 certum. Nā vtrunq; auctores pdidere: omnibus quæ huic vrbi per violentiā ignium  
 acciderunt: grauius atq; atrocius. Initium in ea parte circi ortum: quæ Palatino Celio  
 q; montibus contigua est. Vbi per tabernas quibus id mercimoniū inerat: quo flāma  
 alitur: simul cœptus ignis: & statim ualidus: ac vento citus lōgitudinē circi corripuit.  
 Neq; n. domus munimētis septæ: vel tēpla muris cincta: aut quid aliud morē inter-  
 iacebat. Impetu peruagatū incendium: plana primū: deinde in edita assurgens: & rur-  
 sus inferiora populando anteiit remedia velocitate mali. & obnoxia vrbe arctis itine-  
 ribus: hucq; & illuc. flexis: atq; enormib9 vicis: qualis vetus Roma fuit. Ad hæc lamē-  
 ta pauentiū fœminarū fessa etate: aut rudis puericiē etas: quicq; sibi quicq; alijs osulebāt:  
 dū trahunt inualidos: aut opperiant. pars morans pars festinans: cuncta ipediabant.  
 & sepe dū in regnum respectant: lateribus aut fronte circumueniebant. Vel si in pxi-  
 ma euaserant: illis quoq; igni correptis. et quæ longinqua crediderant: in eodem casu  
 reperiabant. Postremo quid vitarent: quid peteret ambigui: complere vias: sterni per  
 agros. quidam amissis oibus fortunis: diurni quoq; victus: alij caritate suoz: quos eri-  
 pere nequuerant: quanuis patente effugio interiere. Nec quisquā defendere audebat:  
 Crebris multoz minis restringere phibentium: & quia alij palam faces iaciebant:  
 atq; esse sibi auctorem vociferabatur: siue vt raptus licentius exerceret: seu iussu. Eo  
 in tempore Nero Antij agens: non ante in urbem regressus est: q̄ domui eius: qua pa-  
 latium & Mecenatis hortos continuauerat: ignis propinquaret. Neq; tamen sisti po-  
 tuit: quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur. Sed solacium populo  
 exturbato ac profugo: campum Martis ac monumenta Agrippæ: hortos quin etiam  
 suos patefecit. & subitaria ædificia extruxit: quæ multitudinē inopē acciperet. Subue-  
 ctaq; vtēfilia ab hostia: & ppinquis municipijs. pretiūq; frumenti minutū: vsq; ad ter-  
 nos nūmos. Quæ quāquam popularia: in irritū cadebāt: q̄a puaserat rumor ipso tpe  
 flagrantis vrbis: inisse eū domesticā scenam: & cecinisse troianum excidium presentia  
 mala vetustis cladibus assimulantem. Sexto demum die apud imas esquilias finis in-  
 cendio factus: proruptis per immensum edificijs: vt continē violenciē campus: &  
 velut vacuum celum occurreret. Ne dum posito metu satis credebatur: cū leuis rur-  
 sum grassatus ignis: patulis magis vrbis locis: eoq; strages hominū minor: delubra  
 deum: & porticus amœnitati dicatē latius procidere. plusq; infamiē id incendium ha-  
 buit: quia prædijs Tigillini Aemilianis proruperat. Videbaturq; Nero condendē vr-  
 bis nouæ: & cognomēto suo appellandē gloriā querere. Quippe in regiones quattu-  
 ordecim roma diuiditur. quarū quattuor integrē manebant: tres solo tenus deiecte.

Conuiuium Tigilli  
 superpositum

Crepidibus Lupanaria

Pythagoræ demum

Flammeum

Incendium urbis

Enormibus vicibus

Restringere prohibentium

Vtēfilia

puaserat rumor

Troianum excidium

grassatus ignis

Aemilianis

Xiiii regionibus

Septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant: lacera & semiusta. Domum & insularum & templorum: quæ amissa sunt: numquam inire haud promptum fuerit: Sed vetustissima religione: quod Seruius Tullius Iunoni & magna ara fanumque quæ præsentis herculi arca euander sacrauerat: ædesque statoris Iouis vota Romulo: Numæque regia: & delubrum vestæ cum penatibus populi romani exusta. Iam opes tot victorijs quæ litæ & græcarum artium decora: ex in monumenta ingeniorum antiqua & incorrupta: quæ uis in tanta resurgenti urbis pulchritudine multa seniores meminerint: quæ reparari nequibant. Fuere qui anno tarent. xiiij. Kal. Sextilium principium incendij huius ortum: & quo Senones captam urbem inflammauerant. Alij eousque cura progressi sunt: ut totidem annos mensisque & dies inter utraque incendia numerent. Ceterum Nero usus est patriæ ruinis. extruxitque domum: in qua haud perinde gemæ & aurum miraculo essent: solita pridem: & luxu vulgata: quam arua & stagna: & in modum solitudinum: hinc filux: inde aperta spacia: & prospectus: magistris & machinatoribus Seuero & Celeris: quibus ingenium & audacia erat: et quæ natura denegauisset: per artem temptare: & viribus principis illudere. Namque ab lacu auerno nauigabilem fossam usque ad hostia thyberina depressuros promiserant: squalenti littorare: aut per montes aduersos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit. quam promptinæ paludes. cetera abrupta aut arentia. ac si perumpi possent: intolerandus labor: nec satis cause. Nero tamen ut erat incredibiliu cupitor: effodere proxima auerno iuga connixus est. Manentque vestigia irritæ spei. Ceterum urbis quæ domus supererant: non ut post gallicia incendia: nulla distinctione: nec passim erectæ: sed dimensis vicorum ordinibus: & latis viarum spacijs: cohibita ædificiorum altitudine: ac patefactis areis: additisque porticibus: quæ forum insularum protegerent. Eas porticus Nero sua pecunia extruxit: purgatasque areas dominis tradidit: pollicitus est. addidit premia pro cuiusque ordine: & rei familiaris copijs. finiuitque tempus intra quod effectis domibus aut insulis adipiscerentur. Ruderi accipiendo hostiensis paludes destinabat. utique naues quæ frumentum thyberis subiectæ essent: onustæ rudere decurrerent. Aedificiaque ipsa certa sui parte: sine trabibus saxo gabino: albanoue solidarentur. quæ is lapis ignibus imperuius est. Iam aqua priuatorum licentia intercepta: quo largior: & pluribus locis in publicum flueret. Custodes & subsidia reprimendis ignibus: in probatulo quisque haberet: nec communiõne parietum: sed proprijs quæque muris ambirentur. Ea ex utilitate accepta: decorem quoque nouæ urbi attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse: quoniam angustie itinerum: & altitudo tectorum non perinde solis vapore perumperebantur. At nunc patulam latitudinem: & nulla umbra defensam grauiore estu ardescere. Et hæc quidem humanis consilijs prouidebantur. Mox petita a dijs piacula: aditque Sybillæ libri: ex quibus supplicatum Vulcano & Cereri Proserpineque. ac precipitata Iuno per matronas primum in capitolio: deinde apud proximum mare. Unde hausta aqua: templum & simulachrum deæ prosperum est. & lectisternia ac peruigilia celebrare scemine quibus mariti erant. Sed non ope humana: non largitionibus principis aut deum placamentis: decedebat infamia: quin iussum incendium crederetur. Ergo adolendo rumori Nero subdidit reos: & exquisitissimis poenis affectit: quos per flagitia inuisos: vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus: qui Tyberio imperitante: per procuratorem Pontium Pillatum supplicio affectus erat. Repressa que in presens exitiabilis superstitio rursus erumpebat: non modo per Iudeam originem eius mali: sed per urbem et quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluant: celebraturque

Domus Herodis

Incredibiliu cupitor

cohibita ædificiorum altitudo

Ruderi accipiendo

Lapis Albanus ignibus imperuius

petita a dijs piacula

lectisternia  
peruigilia

Christiani

exitibilis superstitio

LIBER. XV.

Igitur primo correpti qui fatebantur: deinde indicio eorum multitudo ingens: haud p-  
 inde in crimine incēdij: q̄ odio humani generis conuicti sunt. Et pereuntibus addita lu-  
 dibria vt ferarū tergīs concti: laniatu canum interirent. aut crucibus affixi: aut flam-  
 mandi. Atq; vbi defecisset dies: i vsum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spe-  
 ctaculo Nero obtulerat: & circense ludicrum edebat. Habitu aurigæ permixtus ple-  
 bi: vel circulo infistens. Vnde quanquam aduersus fontes & nouissima exempla meri-  
 tos: miseratio oriebatur: tanquam nō utilitate publica: sed in sœuiciam vnus absume-  
 rentur. Interea conferendis pecunijs peruastata Italia prouinciæ euersæ: socij q; popu-  
 li: & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Inq; eam prædam etiam dii cessere: spoliatis i vr-  
 be templis: egestoq; auro: q̄ triumphis: quod votis: omnis populi romani ætas pro-  
 spere aut in metu sacrauerat. Enimvero, per Asiam atq; achaiã non dona tantū: sed si-  
 mulachra numinum abripiabantur: missis in eas prouincias Acrato: & Secundo Ca-  
 rinate Ille libertus cuiusq; flagitio promptus. hic græca doctrina oretenus exerci-  
 tus: animū bonis artibus non induerat. Ferebant Senecā quo inuidiam sacrilegij a se-  
 met auerteret: longinqui ruris secessum orauisse. Et postq̄ non concedebatur: ficta va-  
 litudine quasi æger neruis: cubiculū non egressus. Tradidere quidam venenū ei per li-  
 bertum ipsius cui nomen Cleonicus: paratū iussu Neronis: Vitatumq; a Seneca pdi-  
 tione liberti: seu propria formidine dum p simplici victu: & agrestibus pomis. ac si si-  
 tis admoneret: pfluente aqua vitam tolerat. Per idem tēpus gladiatores apud oppidū  
 prenestē: temptata eruptioe: presidio militis qui custos adesset: coerciti sunt. Iā Spar-  
 tacum & vetera mala rumoribus ferente populo: vt est nouarū rerum cupiēs pauidus  
 q;: Nec multo post clades rei naualis accipit: nō bello: quippe haud alias tam immo-  
 ta pax. Sed certum ad diem: in Campaniam redire classē Nero iusserat: nō exceptis  
 maris casibus. Ergo gubernatores quāuis sœuiente pelago a formijs mouere. & graui  
 africo: dum p montorium Miseni superare contendunt: cumanis littoribus impactis:  
 triremium plerasq; & minora nauigia passim amiserunt. Fine anni vulgantur pdigia  
 imminentium malorū nuncia. Vis fulgurum non alias crebrior. & sydus cometes: san-  
 guine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorūque animalium par-  
 tus abiecti in publicum: aut in sacrificijs quibus grauidas hostias immolare mos est:  
 reperti & in agro placentino viam ppter: natus Vitulus: cum caput in crure esset. Se-  
 cutaq; aruspicum interpretatio parari rerū humanarū aliud caput: sed nō fore validū:  
 neq; occultum. quia in vtero repressum: aut iter iuxta editum sit. Ineunt deinde consu-  
 latū Silius Nerua: & Atticus Vestinus: cœpta simul & aucta coniuratōe: in quā cer-  
 tatim noīa dederant senatores: eques: miles sœminē etiā cum odio Neronis: tū fauo-  
 re in. C. Pisonē Is Calphurnio genere ortus: at multas insignesq; familias paterna no-  
 bilitate cōplexus: claro apud vulgū rumore erat: per virtutē aut species virtutibus si-  
 miles. Nāq; faciūdiã tuēdis ciuibus exercebat: largitionē aduersus amicos: & ignotis  
 quoq; comi sermone & congressu. Aderāt etiam fortuita: corpus procerū: decora faci-  
 es. Sed procul grauitas morū: aut voluptatū parsimonia. Lenitati ac magnificētia &  
 aliqñ luxui indulgebat. Idq; pluribus pbabatur qui in tanta vitioꝝ dulcedine summū  
 imperium nō restrictum: nec perseuerare volunt. Initium coniurationi nō a cupiditate  
 ipsius fuit: nec tamen facile memorauerim: quis primus auctor: cuius instinctu con-  
 citum sit: quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flauium tribunū  
 prætoris cohortis: & Sulpicium asprū centurionem exitisse constantia exitus docuit.  
 Et Lucanus Anneus Plautiusq; Lateranus consul designatus: viuida odia intulere.

In usu nocturni  
vbi

Secundus orator  
est

Venenū senecæ

pop. nonny  
cupidi.

Hausitum cla

Sidus comete  
bicipites p. t. s.

Vitulu caput m

Coniuratio p. s. o.

Luxuria p. s. o.

Viuida actur

Lucanus

proboso carmine  
diffamatus

Ingenium

pluribus

Cepisse impetu  
flammas

Impium in cupido  
magis conati ad  
sa

Lenta in pte  
Chilarchus

Namque opus

Maturare recte  
In ulla pte

Spolijs civium extructa  
in domus

Lucanum propriae causae accendebant: quae famam carminum eius premebat. Nero: prohibueratque ostentare: vanus assimulatione. Lateranum consulem designatum: nulla iniuria: sed amor reip. sociavit. At Flavius Scevinus & Afranius Quintianus: uterque senatorij ordinis: contra famam sui: principium tanti facinoris capessuere. Nam Scevino dissoluta luxu mens: & proinde vita somno languida. Quintianus molli corpore infamis: & a Nerone proboso carmine diffamatus: contumelias ultum ibat. Ergo dum scelera principis: & finem adesse imperij: deligendumque qui fessis rebus succurreret inter se aut inter amicos iaciunt: aggregauere Tullium Senetionem: Ceruarium proculum: Vulgacium Traricum: Iulium aurinum: Numatium gratum: Antonium natalē: Martium festum: equites romanos: Ex quibus Senetio e praecipua familiaritate Neronis speciem amicitiae et tum retinens: eo proprijs periculis conflictabat. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. Ceteris spes ex nouis rebus petebat. Ascitae sunt super Subrium & Sulpitium: de quibus rettuli militares manus. C. Syllanus & Stadius proximus. tribunus cohortium praetoriae: Maximus Scaurus & Venetus paulus centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo praefecto videbat: quem vita famaque laudatum: per saeuicium in pudicitiamque Tigillinus in animo principis antebat: fatigabatque criminationibus. ac saepe in metum adduxerat. quasi adulterae Aggripinae & desiderio eius ultioni intentum. Igitur ubi coniuratis praefectum quoque praetorij in partes descendisse: crebro ipsius sermone facta fides: promptius iam de tempore ac loco caedis agitabant: Et coepisse impetum Subrius flavius ferebat: in scena canentem Neronem aggrediendi: aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. Hic occasio solitudinis. Ibi ipsa frequentia tanti decoris testis: pulcherrimum animum extimulauerant: nisi impunitatis cupiditate retinisset: magnis semper conatibus aduersam. Interim cunctantibus platanibusque spem ac metum: Epicharis quaedam: incertum quoniam modo sciscitata: neque illi ante vlla reum honestae cura fuerat: accedere: & arguere coniuratos ac postremo lenitudinis eorum pertesa: & in Capania agens: primores classiariorum Misensium labefacere: & conscientia illigare conixa est tali initio. Erat nauarchus in ea classe Volusius perculus: occidendae matris Neronis inter ministros non ex magnitudine sceleris prouectus ut rebatur. Is mulieri olim cognitus: seu recens orta amicitia: dum merita erga Neronem sua & quae in irritum cecidissent: aperit: adiicitque questus & destinationem vindictae: si facultas oriretur: spem dedit posse impelli: & plures conciliare. Nec leue auxilium: in classe crebras occasiones: quia Nero multo apud puteolos & Misenum maris versus tabatur. Ergo Epicharis plura: & omnia scelera principis orditur. Neque senatui quod inane esset: sed prorsum quoniam modo poenas euerse reip. daret. accingeretur modo: nauaret operam: & multum acerrimos duceret in partes: ac digna precia expectaret. Nomina tamen coniuratorum reticuit. Vnde proculi indicium irritum fuit: quibus ea quae audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis: & cum indice composita: nullis testibus inuisum: facile confutauit. Sed ipsa in custodia retenta est: suspectate Nerone: haud falsa esse: etiam quae vera non probabantur. Coniuratis tamen metu perditionis permotis: placitum maturare cedere apud Baias in villa Pisonis: cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat: balneasque & epulas inibat omissis excubijs: & fortunae suae mole. Sed abnuisit Pisoni: inuidiam pretendens si sacra mensae diique hospitales: cedere qualiscumque principis cruentarentur. Melius apud urbem: in illa inuisa & spolijs civium extructa domo. Vel in publico patraturos: quod pro reip. suscepissent. Haec in commune. Ceterum timore occulto: ne. L. Syllanus eximia nobilitate disciplinaque. C. Cassij apud quem educatus erat: ad om-

## LIBER. XV.

nem claritudinem sublatus: imperium inuaderet: p̄mpte daturis operam quia con-  
iuratione integri essent: quicq; miserarent Neronem tanq̄ per scelus interfectum. Ple-  
riq; Vestini quoque consulis acre ingenium vitauisse Pisonem crediderunt: ne a liber-  
tate moueretur: vel delecto Imperatore alio: sui muneris rēpu. faceret. Et. n. expers cō-  
iurationis erat: quīs super eo crimine Nero vetus aduersus infontem odiū expleuerit.  
Tandem statuere circēsum ludorū die: qui cereri celebrat̄: exequi destinata quia Cæ-  
sar rarus egressu: domo aut hortis clausus: ad ludicra circi ventitabat: promptioresq;  
aditus erant laticia spectacula. Ordinē insidijs cōposuerant: vt lateranus quasi subsidi-  
um rei familiari oraret: deprecabundus & genibus principis accedens prosterneret in  
cautū: premeretq; animi validus: & corpore vigenis. Tum iacentē & ipeditum: Tribu-  
ni & Centuriones. & ceterorū vt quicq; audaciā plus habuisset: accurrerent: trucidaret  
q; primas sibi partes expostulante Sceuino. qui pugionē templo salutis in hetruria:  
siue vt alij tradidere: fortunā Ferentāo in oppido detraxerat: gestabatq; velut magni  
operis sacrū. Interim Piso apud ædem cereris opperiret̄. Vnde eum praefectus Feni-  
us & ceteri accitum: ferrent in castra comitante Antonia: Claudij Caesaris filia: ad eli-  
ciendum vulgi fauorem. q̄d. C. Plinius memorat: nobis quoquo mō traditum: nō oc-  
cultare in animo fuit: quāuis absurdum videret̄ & inane: aut ipsā Antonia nōmē & pe-  
riculū cōmodauisse: aut Pisonem notū amore vxoris: alij matrimonio se obstrinxisset  
nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagratior est. Sed mirum q̄ inter diuersi  
generis ordinis ætatis: sexus: diuites. pauperes: taciturnitate oīa cohibita sint: dōcē p-  
ditio cœpit e domo Sceuini: qui pridie insidiarū: multo sermone cum Antonio Nata-  
le: dein regressus domū: testamentum obsignauit: p̄mptum vagina pugionē. de quo  
supra rettuli: vetustate obtusum increpans asperari saxo. & mucronem ardescere ius-  
sit. Eamq; curam liberto Milicho mandauit. Simul affluentius solito cōuiuū inuitum  
Seruorū carissimi libertate: & alij pecunia donati. Atq; ipse mœstus: & magnæ cogita-  
tionis: manifestus erat: quīs laticia vagis sermonibus simularet. Postremo vulnerib;  
ligamenta: quibusq; sistitur sanguis: parare eundem Milichū monet: siue gnarū con-  
iurationis: & illuculq; fidum. seu nesciū: & tunc primū areptis suspicionibus: vt pleriq;  
tradidere de cōsequentibus. Nam eum secum seruilis animus pramia perfidiæ reputa-  
uit: simulq; imensa pecunia & potentia obuersabantur: cessit fas. & salus patroni: & ac-  
ceptæ libertatis memoria. Et enim vxoris quoq; consiliū assumpserat: muliebri ac  
deterius. quippe vltro metum intentabat: multosq; astitisse liberos ac seruos: qui ea-  
dem viderint. nihil profuturū vnus silentium. At pramia penes vnum fore: qui indi-  
tio preuenisset. Igitur cœpta luce: Milichus in hortos seruilianos pergit. & cū foribus  
arceretur: magna & atrociam afferre dictitans: deductusq; ab ianitoribus ad libertum  
Neronis Epaphroditū: mox ab eo ad Neronē: vrgens periculū: graues coniurationes:  
& cetera q̄ audierat: cōiectaueratq; docet. Telum quoq; in necem eius paratum ostē-  
dit. acciriq; reum iussit. Is raptus per milites: & defensionem orsus ferrū cuius argue-  
retur: olim religiōe patria cultum: & in cubiculo habitum: ac fraude liberti subreptū  
respondit. Tabulas testamenti sepius a se. & incustodita dierum obseruatione: signa-  
tas pecunias & libertates seruis & ante dono datas: Sed ideo tunc largius: quia tenui-  
iam re familiari: & instantibus creditoribus: testamēto diffideret. Enim vero liberales  
semper epulas struxisse. & vitā amœnā: & duris iudicibus parē probatā. Fomenta vul-  
neribus nulla iussu suo: sed quia cetera palā vana obiecisset: adiungere crimē visum: se  
pariter indicē & testē facere. Adijcit dictis cōstantiam. Incusat vltro intestabilē. & cō-

*Cicero's Cæsar**Deprecabundus**primas sibi partes expostulante  
lat sceuino**Antonia Claudij**spe in**comitatus  
Cupido dominandi  
affectibus flag**In mucronem arce**Milichus comitatus**parat**Epaphroditus lib**Libales epulas**se**incusat vltro iustus*

4  
fecleratum: tanta vocis ac vultus securitate: vt labaret indicium: nisi Milichum vxor  
admonuisset: Antoniū natalē multa cū Sceuino: ac secreto collocutum. & esse vtrof  
q; .C. Pisonis itimos Ergo accit Natalis. & diuersi interrogant: quishā is sermo: qua  
de re fuisset. Tum exorta suspicio: qui nō congruentia responderant. Inditaq; vincla.  
Et tormentoz aspectū ac minas non tulere. Prior tñ natalis totius cōspirationis ma  
gis gnarus: simul arguendi peritior. de Pisonē primum fatetur. Deinde adijcit Anne  
um Senecā: siue internuncius inter eū Pisonemq; fuit: siue vt Neronis gratiā pararet:  
qui infensus Senecæ: omnes ad eū opprimēdū artes conquirebat. Tum cognito Na  
talis indicio Sceuinus quoq; pari imbecillitate: ante cuncta iā patefacta credēs: nec vl  
lum silentij emolumentū. edidit ceteros. Ex quibus Lucanus quintilianusq; & Sene  
tio diu abnuere. Post pmissa impunitate: corrupti. quo tarditatē excusarēt. Lucanus  
Aciliā matrem suā. Quintilianus Gliciu gallum: Senetio Anniū pollionem amicoz  
præcipuos nominauere. Atq; iterim Nero recordatus Volusij pculi indicio Epicha  
rim attineri. ratusq; muliebri corpus impar dolori: tormentis dilacerari iubet. At illā  
non verbera: non ignes. nō ira eo acrius torquentiū ne a fœmina spernerent: peruicere  
quin obiecta denegaret. Sic primus quæstionis dies cōtēptus: postero cū ad eodē  
cruciatus retraherēt gestamine fellænam dissolutis mēbris: insistere nequibat: vinclo  
fasciæ quā pectori detraherat in modū laquei ad arcum fellæ restricto: indidit ceruicē:  
& corporis pōdere cōmissa: tenuē iam spiritum expressit. clariore exēplo libertina mu  
lier in tanta necessitate alienos ac ppe ignotos ptegendo: cum ingenui & viri & equi  
tes romani senatoresq; in tantis tormentis carissima suorū quisq; pignorum pderent.  
Non enim mittebāt Lucanus quoq; & Senetio & Quintilianus passim conscios ede  
ret: magis magisq; pauido Nerone. q̄q; multiplicatis excubijs semet sepsisset. Quin &  
vrbeim per manipulos occupatis mœnibus: infesso etiam mari & amne: velut in custo  
diam dedit. Volitabātq; per fora. per demos: rura quoq; & proxima municipiorum  
pedites equitesq; permixti germanis: quibus fidebat princeps quasi externis. Conti  
nua hinc & iuncta agmina trahi: ac foribus hortorum adiacere. Atq; vbi dicendam ad  
causam introissent: latatum erga coniuratos. Sed fortuitus sermo & subiti occurfus:  
si conuiuium: si spectaculum simul inissent p crimine accipi: Cum super Neronis ac  
Tigillini sæuas percunctationes. Fenius quoq; Rufus violenter vrgeret: nondum ab  
indicibus nominatus: sed quo fidem inscitiae pararet: atrox aduersus socios. Idem Su  
brio Flauo assistenti annuentiq; an inter ipsam cognitionem distringeret gladium: ca  
demq; patraret: retinuit: infregitq; impetum iam manum ad capulum referentis. Fue  
re qui pdita coniuratione: dum auditur Milichus: dum dubitat Sceuinus: hortaren  
tur Pisonem pergere in castra: aut rostra conscendere: studiaq; militum & populi ten  
tare: si conatibus eius conscij aggregarent. secuturos etiam integros. magnamq; mo  
tæ rei famam: quæ plurimū in nouis consilijs valeret. Nihil aduersum hoc Neroni p  
uisum. Etiam fortes viros subitis terreri: nedum ille scanicus: Tigillino. f. cum pellici  
bus suis comitante: arma contra cieret. Multa experiendo fieri: quæ segnibus ardua vi  
deantur Frustra silentium & fidē in tot conscioz animis & coporibus sperari. Crucia  
tu aut præmio cuncta peruia esse. Venturos qui ipsum quoq; vincirent: postremo in  
digna nece afficerent. Quanto laudabilius periturus: dum amplectitur remp. dū auxi  
lia libertati iuocat: dū miles potius deesset: & plebes desereret. dū ipse maioribus dū  
posteris: si vita præriperet: mortē approbaret. Immotus ijs: & paululū i publico ver  
satus: post dormi secretus: animū aduersū suprema firmabat: donec manus militū ad

*Anisi interrogat*

*Horatius Seneca*

*Quintilianus  
Lucanus*

*Constantia fœre*

*Excubijs semet sepsisset  
zat*

*Germanis fidebat*

*Subitis terreri  
Scanicus*

*Senatus et primo  
cuncta peruia*



## LIBER. XV.

ueniret. quis Nero tirones aut stipendijs recentes delegerat. Nā vetus miles timebat: q̄q̄ fauore ibutus. Obijt abruptis brachioꝝ venis. Testamentū fœdis aduersus Nero nem adulationibus: amori vxoris dedit. quam degenerem: & sola corporis forma cōmēdatam: amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Atria Galla: priori marito. Domitius filius. hic patientia: illa impudicia Pisonis infamiā propagauere. p̄ximam necem plautij laterani cōsulis designati: Nero adiungit: adeo p̄pere: vt nō com̄plecti liberos: nō illud breue mortis arbitriū permitteret. Raptus in locū seruilibus p̄cenis sepositum: manu Tatiij tribuni trucidatur: plenus cōstantis silentij: nec tribuno obijciens eandem cōsciētiam. Sequitur cedes Annei Senecę letissima principi: nō quia cōiuratiōis manifestum cōp̄arerat: sed vt ferro grassaretur: q̄n̄ venenum non procellerat. Solus quippe Natalis: & hactenus prompsit: missum se ad egrotum Senecam vt iuferet: conquerereturq;: cur Pisonem aditu arceret: Melius fore si amiciciam familiari congressu exercuissent. Et respōdisse Senecam: sermones mutuos & crebra colloquia neutri cōducere: Ceterę salutem suam incolumitate Pisonis initi. Hęc ferre Grauius Siluanus tribunus prætoriae cohortis: & an dicta Natalis: suaq; responsa nosceret: percunctari Senecā iubetur. Is forte: an prudens ad eū diem ex Cāpania remeauerat: quartūq; apud lapidem sub urbano rure substiterat. Illo propinqua vespe spera: tribunus venit & villā globus militum sepsit. Tum ipsi cum Pompeia Paulina vxore: & amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit. Seneca missum ad se Natalem: conquestūq; noīe Pisonis q; a visendo eo prohiberet: se ratione valitudinis & amore quietis: excusauisse respōdit. Cur salutem priuati hoīs incolumitati suæ anteferreret: causam nō habuisse. nec sibi promptum in adulationes ingenium. Idq; nulli magis gnarū q̄ Neroni: qui sapius libertatē Senecæ: q̄ seruitiū expertus esset. Vbi hęc a tribuno relata sūt: Poppea & Tigillino coram: quod erat fauētī principi intimum consilioꝝ interrogat: an Seneca volūtariam mortē pararet: Tū tribunus nulla pauoris signa: nihil tristæ in verbis eius: aut vultu deprehensum confirmauit. Ergo regredi & indicere mortē iubetur. Tradit Fabius rusticus: nō eo quo venerat itinere reditum. Sed flexisse ad Feniū præfectum: & expositis casaris iussis: an obtēperaret interrogauiſſe: monitūq; ab eo: vt exequeretur: fatali omniū ignauia. Nam & Siluanus iter cōiuratos erat. augebatq; scelera in quoz vltionem consenserat. Voci tñ & aspectui percipit. Intrōmilitq; ad Senecā vnum ex centuriōibus: qui necessitatem vltimā denunciarēt. Ille interritus poscit testamēti tabulas: ac denegante Centurione: conuersus ad amicos: q̄n̄ meritis eoz referre gratiam phiberetur: quod vnum iam: & tñ pulcherrimum habebat: imaginē vitæ suæ relinquere testatur. Cuius si memores essent: bonarum artiū famam tam cōstātis amiciciæ laturus. Simul lachrymas eoz modo sermone: modo intentior in modū coercentis: ad firmitudinē reuocat. rogitans vbi præcepta sapiētia: Vbi tot per annos meditata ratio aduersum iminentia? Cui. n. gnarū fuisse seruitiū Neronis: Neq; aliud superesse post matrem fratremq; interfectos: q̄ ut educatoris præceptorisq; necem adijceret. Vbi hęc atq; talia velut in commune disse ruit: complectitur vxorem paululum aduersus præsentem formidinē mollitus: ro gat oratq; temperaret dolori: ne æternum susciperet: sed in contemplatione vitæ per virtutem acta: desiderium mariti solacijs honestis toleraret. Illa contra: sibi quoque destinatam mortem adscuerat: manumq; percussoris exposcit. Tum Seneca gloriæ eius non aduersus: simul amore: ne sibi vnice delectam: ad iniurias relinqueret: Vitæ inquit deleniēta monstraueram tibi: tu mortis decus mauiſ. non inuidebo exem-

Obijt abruptis  
brachioꝝ venis

Sillus Galla  
Mors Latæam  
breue mortis act

Cedes Senecæ

Seneca mut

Hęc p̄mtū in ad  
breue p̄p̄t

Imaginē vitæ suæ  
relinquere

Cōtemplatō in  
p̄ virtutē

plo: Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par: claritudinis plus in tuo fine. Post quæ: eodem ictu brachia ferro exoluunt. Seneca quoniam senile corpus & paruo victu tenuatum lenta effugia sanguini præbebat: crux quoque & poplitum venas abruptit. Sæuisque cruciatibus defessus: ne dolore suo animum uxoris infringeret: atque ipse visendo eius tormenta: ad impatientiam delaberetur. suadet in aliud cubiculum abscedere. Et nouissimo quoque momento suppeditate eloquentia aduocatis scriptoribus: pleaque tradidit: quæ in vulgus edita eius verbis inuerrere supersedeo. At Nero nullo in Paulinam proprio odio: ac ne glisceret inuidia crudelitatis: inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus: serui libertique obligant brachia. premunt sanguinem: incertum an ignaræ. Nam ut est vulgus ad deteriora promptum: non defuere qui crederent: donec implacabilem Neronem timuerit: famam sociatæ cum marito mortis: petiuisset. deinde oblata mitiore spe: blandimentis vitæ euictam cui addidit paucos postea annos laudabili in maritum memoria: & ore ac membris in eum pallorem albetibus: ut ostentum esset: multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim durante tractu: & lenitudine mortis: Statium anneum diu sibi amiciciæ fide & arte medicinæ probatum: orat prouisum pridem venenum: quo damnati publico atheniensium iudicio extinguerentur: premeret allatumque hausit frustra: frigidis iam artibus & clauso corpore aduersum vim veneni: postremo stagnum calidæ aquæ introijt: respergens proximos seruosque: addita voce: libare se liquorẽ illum Ioui liberatori. Exi balneo illatus: & vapore eius exaiatus: sine villo funeris sollempni crematur. Ita codicillis per scripterat: cum esset tum prædiues & præpotens: supremis suis consuleret. fama fuit Subrium flauium cum centuriõibus occulto consilio neque tamen ignorante Seneca destinauisse: ut post occisum opem Pisonis Neronem: Pisonem quoque interficeretur: tradereturque imperium Senecæ: quasi infanti: claritudine virtutum ad summum fastigium delecto. Quin & verba Flauij vulgabatur: non referre dedecori: si citharædus dimoueretur: & tragædus succederet: quia ut Nero cithara: ita Pisonem tragico ornatu canebat. Cæteræ militaris quoque conspiratio non ultra fefellit: accensis quoque indicibus ad prodendum Fenium rufum quem eundem conscium & inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti: minitanti que renidens Sceuinus: neminem ait plura scire quam ipsum. Hortaturque vltro redderet tam bono principi vicem. Non vox aduersum ea Fenio: non silentium: sed verba sua præpediens: & pauoris manifestus: cæterisque ac maxime Ceruario proculo equite ad conuincendum eum concessit: iussu imperatoris a Cassio milite qui ob insigne corporis robur adstabat: corripitur: vinciturque. Mox eorum indicio Subrius Flauius tribunus peruertitur. primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens: neque se armatum cum inermibus effœminatis tantum facinus consociaturum. Dein postquam vrgebatur: confessionis gloriam amplexus: Interrogatus a Nerone quibus causis ad obliuionem sacramenti processisset: oderam te inquit. nec quisquam tibi fidelior militum fuit: dum amari meruisti: Odisse cepi postquam parricida matris & uxoris: auriga. & histrio: & incendiarius extitisti. Ipsa rettuli verba: quia non ut Senecæ: vulgata erant. Nec minus nosci decebat: militaris viri sensus & incompertos & validos. Nihil in illa coniuratione grauius auribus Neronis accidisse constitit: qui ut faciendis sceleribus præptus: ita audiendi quæ faceret: insolens erat. Pœna Flauij Veianio nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit: quauis Flauius ut humilem & angustam increpans. circumstantibus militibus ne hæc quidem inquit ex disciplina. Admonitus fortiter protendere ceruicem: Vtinam ait tu tam fortiter ferias. Et ille multum tremens: cum vix duobus ictibus caput

poplitum venas  
abruptit

obligat brachia  
vulgo ad deteriora  
promptum

Lenitudine mortis

Libare se liquorẽ  
Ioui liberatori

tragædus Citharædus  
succederet

Amantem

auriga histrio  
incendiarius

inducti in scrobem

## LIBER. XV.

amputauisset: se uicium apud Neronem iactauit: sesquiplaga interfectū a se dicendo. Proximum constātia exemplum sulphitius asp̄ centurio præbuit. percunctanti Neroni cur in eadē suam conspirauisset: breuiter respondēs: non aliter tot flagitijs eius subueniri potuisse. Tū iussam pœnā subiit. Nec cæteri ceturiones in perpetiēdis supplicijs denegauere. At nō Fenio rufo par animus: sed lamētationes suas etiam in testamētū cōtulit. Opperiebatur Nero ut Vestinus quoq; consul: in crimē traheret: uolētum & infensum ratus: Sed coniurati consilia cū Vestino nō miscuerant: quidā uelutis in eū similtatibus: plures quia præcipitē & infociabilē credebāt. Cæterz̄ Neronis odium aduersus Vestinū ex intima sodalitate cœperat: dū hic ignauiam principis penitus cognitā despicit: ille ferociam amici metuit: sæpe asperis facetijs illusus: quæ ubi multū ex uero traxere: acrem sui memoriā relinquūt. Accesserat repens cā: q̄ Vestinus Statiliam, Messallinā matrimonio sibi iunxerat: haud nescius inter adulteros eius ad Cæsare esse. Igitur nō crimine: non accusatore existēte: quia speciem iudicis induere nō poterat: ad vim dominatiōis cōuersus: Gerelanum tribunū cum cohorte militum imittit. iubetq; præuenire conatus cōsulis: occupare uelut arcē eius: opprimere delectam iuuentutē quia Vestinus iminentes foro ædes: decoraq; seruitia: & parata te habebat. Cūcta eo die munia consulis impleuerat: cōuiuū celebrarat: nihil metuens aut dissimulādo metu. cum ingressi milites uocari eū a tribuno dixere. Ille nihil demoratus exurgit: & oīa simul properātur. claudit cubiculo. præsto est medicus. absconditur uenæ. Vogens adhuc balneo infert. calida aqua mersatur: nulla edita uoce: quæ semet miseraret. Circūdati interim custodia qui simul discubuerāt. nec nisi prouecta nocte omitti sunt: postq̄ pauorē eorū & mensæ exitium operiētium: & imaginatus & irridens Nero: satis supplicij luisse ait: p̄ epulis consularibus. Exin Mānio & Lucanicedem imperat. Is p̄fluente sanguine: ubi frigeſcere pedes manusq; & paulatim ab extremis cedere spiritum: seruido adhuc & compote mentis pectore intelligit: recordatus carmē a se cōpositum quo vulneratum militē per eiusmodi mortis imaginē obisse tradiderat: Versus ipsos rettulit: eaq; illi suprema uox fuit. Senetio post hac & Quintilianus: & Sceuinus: non ex priore uitæ mollicia: mox reliqui coniuratorum periere: nullo factō dictouē memorando. Sed compleri interim urbs funeribus: capitolum uictimis. alius filio: fratre alius: aut propinquo: aut amico interfectis: agere grates deis: ornare laurū domum: genua ipsius adolui. & dextram osculis fatigare. Atq; ille gaudium id credens: Antonij natalis & Ceruarij proculi festinata indicia impunitate remuneratur. Milichus p̄m̄is ditatus: conseruatoris sibi nomē græco eius rei uocabulo assumpsit. E tribunis Gaius Siluanus quis absolutus: sua manu cecidit. Statius proximus ueniam quam ab imperatore acceperat: uanitate exitus corruptit. Exuti dehinc tribunatu Pompeius: Cornelius: Martialis: Flauius nepos Staius domitius: quasi principem non quidem odissent: sed tamen extimarentur. Nouio prisco per amiciciam Senece: & Glitio Gallo atq; Annio Pollioni infamatis magisq; conuictis: data exilia. Priscum Antonia Flacilla coniunx comitata est. Gallum: Egnatia maxima: magnis primum & integris opibus: post ademptis: quæ utraq; gloriā eius auxere. Pellitur & Rufrius Crispinus occasione coniuratiōis: sed Neroni inuisus: q̄ Poppeam quōdam matrimonio tenuerat. Verginiū Rufum claritudo nominis expulit. Nā virginii studia iuuenum eloquentia: Musonius præceptis sapiētie fouebat. Cluudieno quieto: Iulio Agrippæ: Blitio Catullino: Pretonio prisco: Iulio altino: uelut in agmen & numerz̄: egei maris insule permittuntur. At Cadicia uxor Sceuini: & Censenus maximus italia prohibentur: reos fuisse se: tantum pœna experti. Atilia mater

*Sesquiplaga**Non alii flagitijs  
eius stinamē?**degnine?**Infociabilis**Munia q̄sūt m  
uit Vestin**Absconditur uenæ**M. Annii  
Cecidit Lucan**Dextrā osculis fa**Milichus conserua**Infamatis**Uxorē comitata  
uita**Verginiū Ruf  
nos expulit**Insule egei*

Annei lucani sine absolute in supplicio dissimulata. Quibus perpetratis Nero: & contione militum habita: bina nūmum milia viritū manipularibus diuisit. addiditque sine pretio frumētum: quo ante ex mō annonæ utebātur. Tum quasi gesta bello expositurus vocat senatū. & triūphale decus Petronio turpiano cōsulari Cocetio Neruæ pratori designato Tigillino præfecto prætorij tribuit. Tigillinum & Neruam ita extollens: vt super triūphales in foro imagines: apud palatiū quoque effigies eorum sisteret. Cōsularia insignia Nymphidio. de quo quia nūc primū oblatuſ ē: pauca repetā. Nā & ipse pars romanarū cladium erit. Igitur matre libertina ortus: quæ corpus deorum inter seruos libertosque principū vulgauerat: ex. C. Casare se genitum ferebat: quā forte quadā habitu procerus & toruo vultu erat: siue. C. Cēsār scortorum quoque cupiens. etiā matri eius illuſit. Sed Nero vocato senatu: oratione inter patres habita: edictum apud populū: & collata in libros indicia: confessionesque damnatorum adiunxit. Et. n. crebro vulgi rumore lacerabat: tanquā viros & infantes ob inuidiā aut metum extinxisset. Ceteræ ceptam: adultamque & reuictam cōiurationem neque tunc dubitauere: quibus veræ noscendi cura erat: & fatētur qui post interitū Neronis in urbem regressi sūt. At in senatu cūctis ut cuique plurimum mœroris: in adulationem demissis: Iuniū Gallionem Senecæ fratris morte pavidū: & pro sua incolumitate supplicem increpuit Salienus clemens: hostē & parricidam vocans: donec consensu patrū deterritus est: ne publicis malis abuti ad occasionē priuati odij videretur. neu cōpositam: & oblitteratam māsuetudinem principis nouam ad sauciā retraheret. Tum decreta dona & grates deis decernūtur. propriusque honos soli: cui est vetus ædes apud circū: in quo facinus parabatur: qui occulta cōiurationis numine retexisset. Vtque circēsum cerealium ludicrū pluribus equorum cursibus celebraret. Mensisque aprilis Neronis cognomentum acciperet. Templū salutis extrueretur: eo loci ex quo Sceuinus ferrū prompserat. Ipse eū pugionē apud capitolium sacrauit: inscripsitque Ioui vindicis: in præsens haud aiaduersum post arma Iulij vindicis ad auspiciū & præſagium futuræ vltionis trahebat. Reperio in cōmentarijs senatus Cerialē aniciū cōsulem designatū: pro sentētia dixisset: vt templū diuo Neroni quā maturrime publica pecunia poneretur. quod quidē ille decernebat: tanquā mortale fastigium egresso: & venerationē item hominum merito. quod ad omnia olim sui exitus verteret. Nam deū honor principi non ante habetur: quā agere inter hoies desierit. Finis libri quintidecimi.

CORNELII TACITI HISTORIAE AVGVSTAE ACTIONVM DIURNALIVM LIBER. XVI. INCIPIT FOELICITER.

Lluxit dehinc Neroni fortunæ per vanitatē ipsius: & promissa Celsi Bassi: qui origine pœnus: mēte turbida: nocturnæ quietis imaginē ad spē haud dubiam retraxit. Vectusque Romā principis aditū emercatus: expromit repertū in agro suo specum altitudine imensa: quo magna vis auri contineretur: non in formam pecuniæ: sed rudi & antiquo pondere. Lateres quippe præ graues iacere: astantibus parte alia columis: quæ per tantum aui occulta: augendis præsentibus bonis latuerint. Cæterum vt coniectura demonstrat: Didonem phœnissam tyro profugam: condita Carthagine: illas opes abdidisse: ne nouus populus nimia pecunia laſciuiret: aut reges Numidarum & alias infens: cupidine auri ad bellum accenderentur. Igitur Nero non auctoris: non ipsius negocij fide satis spectata: nec missis visori

Cocetio Neruæ

Effigies Tigilli

De Nymphidio

Confessioneſq; damnatorum  
et in libris

Annicus

Circense ludicrum

Apud salutem extrueretur

pugio Ioui vindicis

Comentarijs senatus

Deū honor principi non ante  
habetur

Præsentibus bonis latuerint

Didonem

Visoribus

LIBER. XVI.

bus per quos nosceret: an vera afferrentur: auget vltro rumorē mittitq; qui velut par  
 tam prædā adueherēt. Dantur triremes & delectum nauigiū iuuandæ festinatiōi. nec  
 aliud per illos dies populus plus credulitate prodētis diuersa fama tulerat. Forte qu  
 quēnale ludicrū secundo lustro celebrabat' ab oratoribus. oratoribusq; præcipua ma  
 teria in laudem principis assumpta est. Non. n. solitas tñ fruges: nec cōsumum metal  
 lis aux; gigni: sed noua vbertate puenire terræ & obuias opes deferre deos quæq; alia  
 sūma facundia: nec minore adulatiōe seruilia fingebant: securi de facilitate credentis.  
 Gliscebant interim luxuria spe inani: cōsumebanturq; veteres opes: quasi oblati quas  
 multos per annos pdigeret. Quin & inde iam largiebat': & diuitiar; expectatio inter  
 causas paupertatis publicæ erat. Nā Bassus effosso agro suo: latiq; circū aruis: dum  
 hūc vel illum locū promi specus ad seuerat: sequūturq; nō modo milites: sed popul<sup>9</sup>  
 agrestium efficiendo operi assumptus: tādē posita vecordia: non falsa ante somnia  
 sua: seq; tūc primum elusum admirans: pudorē & metum morte voluntaria effugit.  
 Quidam vinctum ac mox dimissum tradidere ademptis bonis in locū regiæ gazæ.  
 Interea senatus propinquo iam lustrali certamine: vt dedecus auerteret: offert impe  
 ratori victoriam cantus. adijcit faciūdiæ coronam: qua ludicra deformitas velaretur.  
 Sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans: se æquum aduersus  
 æmulos: & religiōe iudicum meritam laudē assecutus: Primo carmen in scena reci  
 tat. mox flagitante vulgo: vt oīa studia sua publicaret hæc. n. verba dixere ingreditur  
 theatrū: cunctis citharæ legibus obtemperans: ne fessus resideret: ne sudorem: nisi ea  
 quā indutui gerebat: veste detergeret: Vt nulla oris aut narium ex crementa visceret.  
 Postremo flexus genu: & cœtum illū manu veneratus sentētiā iudicū opperiebatur  
 ficto pauore. Et plebs quidē verbis histrionum quoq; gestus iuuare solita personabat  
 certis modis: plausuq; cōposito. Crederes lætari. ac fortasse lætabantur per iniuriam  
 publici flagitij. Sed qui remotis e municipijs seueramq; adhuc: & antiqui moris reti  
 nentes italiam: quippe per longas prouincias lasciuiæ inexperti officio legationū aut  
 priuata vtilitate aduenerant. neq; aspectum illum tolerare neq; labore inhonesto suf  
 ficere cum manibus nescijs fatiscerēt turbarent ignaros: ac sepe a militibus verberarē  
 tur: qui per cuneos stabant: ne quod tēporis momentum impari clamore: aut silētio  
 segni præteriret. Cōstitit plerosq; equitum dum per angustias aditus: & ingruentem  
 multitudinē enitūtur: obtritos: & alios dum diem noctemq; sedilibus continuāt.  
 morbo exitiabili correptos. quippe grauior merat met<sup>9</sup>: si spectaculo defuissent: mul  
 tis palā & pluribus occultis: vt nomina ac vulgatus alacritatem tristitiamq; coeunti  
 um scrutarentur. Vnde tenuioribus statim irrogata supplicia: aduersus illustres dis  
 simulatū ad præfens: & mox redditum odiū. Ferebantq; Vespasianū tanquam som  
 no conuieret: a phebō liberto increpitum: ægreq; melior; precibus obtectum: Mox  
 imminētē perniciem maiore fato effugisse. Post finem ludicri Poppea mortem obiit:  
 fortuita mariti iracūdia: a quo grauida ictu calcis afflictā est. Neq; enim venenū cre  
 diderim: quīs quidam scriptores tradāt. odio magisq; ex fide. Quippe liberor; cupiēs  
 & amorī vxoris obnoxius erat. Corpus nō igni abolitum: vt romanus mos: sed regū  
 externor; consuetudine: differtum odoribus condit'. tumuloq; Iulior; infertur. Du  
 ctē tñ publice exequiē. laudauitq; ipse apud rostra formam eius: & q; diuine infantis  
 parēs fuisset aliaq; fortunę munera p virtutibus. Mortē Poppeę vt palam tristē: ita  
 recordantibus lætam ob impudiciam eius seuiamq; noua insuper inuidia Nero  
 compleuit prohibendo. C. Cassium officio exequiarum: quod primū iudicium malis

*2m qm mak Luc*

*Gliscebant Luxuria  
præcipua*

*Fructus coronæ  
Heroni*

*Carmen in scena*

*Sudorē detergeret*

*orif. hōm*

*plausu gposito*

*die noctēq; sedilibus  
continuāt*

*Vespasianū tanquam  
somnia*

*Mors poppeę*

neq; in longum dilatatum est. Sed Syllanus additur nullo crimine nisi q; Cassius opi-  
bus vetustis: & grauitate moꝝ: Syllanus claritudine generis: & modesta iuuetā præ-  
celebant. Igitur missa ad senatū oratiōe: remouēdos a rep. vtrosq; disseruit. Obiecta  
uitq; Cassio q; inter imagines maiorꝝ etiam. C. Cassij effigiē coluisset: ita inscriptam.  
Duci partium. Quippe semina belli ciuilis: & defectionem a domo Cæsaz; quæsitā.  
Ac vt memoria tm̄ infensū nominis ad discordias vteretur: assumpsisse. L. Syllanum  
iuuenē genere nobilem: aīo promptum quē nouis rebus ostētaret. Ipsum dehinc Syl-  
lanum increpuit iisdē quibus patrum eius torquatū: tanq̄ dispōeret iam imperij cu-  
ras: præficeretq; ratioibus & libellis & epistolis libertos. Inania simul & falsa. Nā Syl-  
lanus intētor metu: & exitio patru: ad precauēdum exterritus erat. Inducit posthac  
vocabulo indicum: qui in Lepidā Cassij vxorem Syllani amitā: incestū cum fratris fi-  
lio & diros sacroꝝ ritus confingerent. Trahebantur vt conscij Vulcatius tullinus: ac  
Marcellus Cornelius senatores: & Calphurnius fabatus eques romanus: qui appel-  
lato principe instātem dominationē frustrati: mox Neronem circa sūma scelera distē-  
tum: quasi minores euasere. Tunc consulto senatus Cassio & Syllano exilio decernū-  
tur: de Lepida Cæsar statueret. Deportatusq; in insulā Sardiniam: Cassius & senatus  
ius expectabat. Syllanus tanq̄ Naxū deucheret hostia amotus: post municipio apu-  
liæ cui nomē Barium est: claudit: illic indignissimū casum sapienter tolerās: a cēturio  
ne ad cædē missō corripitur. Suadētq; venas abrumperē: animum quidē morti desti-  
natum ait: sed nō permittere percussori gloriā ministerij. At Centurio quis inermē p̄-  
ualidum tm̄ & irā q̄ timori priorē cernēs: premi a militibus iubet. Nec omisit Syl-  
lanus obniti: & intendere ictus q̄tum manibus nudis valebat: donec a Centuriōe vul-  
neribus aduersis tāq̄ in pugna caderet Haud minus prompte. L. Vetus: socrusq; eiꝝ  
Sextia & Pollutia filia necē subiere: Inuisi principi tanq̄ viuendo exprobrarent: inter-  
fectum esse Rubelliū Plautum genē: Lucij veteris. Sed initium detegēdæ sæuiciæ p̄-  
buit interuersis patroni rebus ad accusandū transgrediens Fortunatus libertus: ascir-  
to Claudio demiano: quem ob flagitia vinctum a vetere Asia procōsule exoluit Ne-  
ro: in præmiū accusationis. Quod vbi cognitū reo: seq; & libertū pari sorte componi:  
formianos in agros digreditur. Illic eū milites occulta custodia circūdant. Aderat fi-  
lia super ingruēs periculū longo dolore atrox: ex quo percussores plauti mariti sui vi-  
derat. Cruentāq; ceruicē eius amplexa seruabat sanguinē: & vestes resperfas. vidua im-  
plexa luctu cōtinuo: nec vllis alimentis: nisi q̄ mortem arcerent. Tū hortante patre:  
Neapolim p̄git. Et quia aditu Neronis phibebatur: egressus obsidēs: audiret inson-  
tem: neue cōsulatus sui quōdam collegā: dederet libertō: mō muliebri eiulatu: aliq̄n  
sexū egressa: voce infensā clamitabat: donec princeps imobilem se p̄cibus & inuidiē iux-  
ta ostendit. Ergo nunciat patri abijcere spem: & vti necessitate. Simul affertur parari  
cognitionem senatus: & trucem sententiā. Nec defuerent qui monerent magna ex  
parte heredem Cæsare nuncupare: atq; ita nepotibus de reliquo consulere. quod asper-  
natus: ne vitam proxime libertate actam nouissimo seruicio fœdaret: Largitur in ser-  
uos quātum aderat pecuniæ & si qua asportari possent: sibi quemq; deducere tris mō-  
do lectulos ad suprema retineri iubet. Tunc eodem in cubiculo: eodem ferro absin-  
dunt venas. properiq; & singulis vestibus ad verecundiam velati: balneis inferuntur.  
pater filiam: auia neptem: illa vtrosq; intuens: & certatim precantes lambenti animæ  
celerem exitum: vt relinquerent suos superstites & morituros. Seruauitq; ordinē for-  
tuna Ac senior prius tum cui prima ætas extinguntur. Accusati post sepulturam. de

Syllanus

obiectū Cassio  
Cassij imago  
colat

epist. 20. lib. 1. lib.  
lib. Epist.

epida

Mors Syllani

L. Vetus

Cruentā ceruicē  
plauti

Amia p̄ filia ab  
sordē nonat

## LIBER. XVI.

cretumq; vt more maiorū punirentur. Et Nero intercessit: mortem sine arbitro pmit-  
tens. ea cædibus peractis ludibria adijciabantur. P. Gallus eques romanus. q; Fenio  
Rufo intimus: & veteri non alienus fuerat: aqua atq; igni prohibitus ē. liberto & ac-  
cusatori præmium operæ: locus in theatro inter viatores tribunicios datur. Et mēsis  
qui aprilē eundēq; Neronē sequebatur: Maius Claudij: Iunius Germanici vocabu-  
lis mutatur: testificante Cornelio orfito qui id censuerat: ideo Iunium mēsem trāsmis-  
sum: quia duo iam torquati ob scelera interfecti: infaustū nomen Iunij tum fecissent.  
Tor facinoribus scædum annum etiā dij tempestatibus & morbis insigniuere: Vasta  
ta Cāpania turbidine ventorū: qui villas. arbusta: fruges passim disiecit. perculitq; vio-  
lētiam ad mœnia vrbs: in qua omne mortaliū genus vis pestilentia depopulabatur:  
nulla cæli intēperie quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus: exanimis: itinera  
funeribus complebatur. Nō sexus: non atas periculo vacua. Seruitia perinde ac inge-  
nua plebes raptim extingui: inter coniugum & libtorū lamēta qui dum assident. dū  
deflent: sæpe eodem rogo cremabatur. Equitum senatorūq; interitus quāuis promi-  
scui: minus flebiles erāt: tanq̄ cōi mortalitate scæuiciam principis præuenirent. Eodem  
anno delectus per galliam narbonēsem africanq; & asiam habiti sunt. supplēdis Illy-  
rici legionibus: ex quibus etate aut valitudine fessi: sacramēto soluebantur. Cladē lug-  
dunēsem quadragies tertio solatus est princeps: ut amissa vrbi reponerēt: quā pe-  
cuniam lugdunēses ante obtulerant turbidis casibus. C. Suetonio. L. Telsino cōsuli  
bus Antisti<sup>9</sup> Sosianus factitatis in Neronē carminibus probrosis: exilio vt dixi mul-  
tatus: postquā id honoris indicibus tāq; promptū ad cædes principem accepit. inge-  
tus animo: & occasionū haud segnis. Parmenē eiusdem loci exulem: & chaldeorū ar-  
te famosum: eoq; multorū amicicijs innixū similitudine fortunæ sibi conciliat. Vētita-  
re ad eum nūcios & cōsolationes non frustra ratus: Simulq; annuā pecuniā a P. An-  
teio ministrari cognoscit: neq; nesciū habebat Anteiū caritate Agrippinæ inuisū Ne-  
roni: opesq; eius p̄cipuas ad eliciendā cupidinē: eamq; cām multis exitio eē. Igit̄ inter-  
ceptis antei litteris: furatus etiā libellos quibus dies genitilis eius & euentura secretis  
Parmenis occultabatur: simul repertis quæ de ortu vitæq; Ostorij Scapulæ cōposita  
erāt. Scribit ad principē: magna se & quæ incolumitati eius cōducerēt allaturū: si bre-  
uem exilij veniā impetrauisset. quippe Anteiū & Ostoriū imminere rebus. & sua cæsa-  
risq; fata scrutari. Exin missæ lyburnicæ. aduchiturq; ppere Sosianus. Ac vulgato ei<sup>9</sup>  
iudicio: inter dānatos magisq; inter reos Anteiū Ostoriūq; habebatur: adeo vt testa-  
mētum Antei nemo obfignaret: nisi Tigillinus auctor extitisset: monitus prius An-  
teius ne supremas tabulas moraret. Atq; ille hausto veneno: tarditatē eius perosus: i-  
tercisis venis: mortē approperauit. ostorius lōginquis in agris apud finē ligurū id tem-  
poris erat eo missus Cēturio: qui cædem eius maturaret. Causa festinandi ex eo orie-  
batur. q; Ostorius multa militari fama: & ciuicam coronam apud Britanniam meri-  
tus: ingenti corpore armorumq; scientia: metum Neroni fecerat: ne inuaderetur pa-  
uidum semper: & reperta nuper coniuratione: magis exterritum. Igitur Centurio vbi  
effugia villæ clausit: iussa inde Ostorio aperit. Is fortitudinem sepe aduersum ho-  
stes spectatam: in se vertit. Et quia venæ q̄q; interruptæ parum sanguinis effundebant:  
hactenus manu serui vsus: vt immotum pugionem extolleret: adpressit dextram ei<sup>9</sup>  
iuguloque occurrit. Etiam si bella externa & obitas pro rep. mortes tanta casuum si-  
militudine memorarem: meq; ipsum facietas cepisset: aliorūq; tedium expectarem:  
quis honestos ciuium exitus: tristes tamen & cōtinuos aspernantium. At nūc patien-

Long in theatro  
vntat  
Aslus Neronis

Annu dii expe  
insigniu  
Iusto ventorū

Vis pestilentie de  
pulatuf

Clades Lugdunē

Sosian<sup>9</sup> ob pb p̄a  
scut

dies genitilis

Labuemet

Ostori<sup>9</sup> m̄tus in

Mors ostorij

tiā ferulis: tantumq; sanguinis domi perditum: fatigant animum & mœsticia restrin-  
gunt. Neq; aliam defensionem ab ijs quibus ista noscentur exegerim: q̄ ne oderim tā  
segniter pereuntes. Ira illa numinum in res romanas fuit. quam non vt in cladibus ex-  
ercituum: aut captiuitate vrbiū semel editam transire licet. Detur hoc illustriū viro-  
rum posteritati vt quo modo exequijs: ac promiscua sepulchra separantur: ita in tra-  
ditione supremorū accipiant habeātq; propriam memoriam. Paucos quippe intra di-  
es eodem agmine Anneius Mella: Cerialis Anitius: Ruffus Crispinus: ac Petronius  
cecidere Mella & Crispinus equites Romani dignitate senatoria. Nam hic quōdam  
præfectus prætorij: & consularibus insignibus donatus: ac nuper crimine coniuratio-  
nis in Sardiniam exactus: accepto iussæ mortis nuncio semet interfecit. Mella quib⁹  
Gallio & Seneca parentibus natus: petitione honorum abstinerat: per ambitionem  
præposteram. vt eques romanus: consularibus potentia æquaretur. Simul acquiren-  
dæ pecuniæ breuius iter credebat: per procuraciones administrandis principis negoci-  
is. Idem Anneum Lucanum genuerat grande adiumentum claritudinis. quo interfe-  
cto: dum rem familiarem eius acriter requirit: accusatorem conciuuit Fabium roma-  
num: ex intimis lucani amicis: mixta inter patrem filiumq; coniurationis scientia fin-  
gitur. asstimulatis lucani litteris: quas inspectas: Nero ferri ad eū iussit: opibus eius in-  
hians. At Mella (quæ tum promptissima mortis via) exoluit venas: scriptis codicil-  
lis: quibus grandem pecuniam in Tigillinum: generumq; eius consutianum capito-  
nem erogabat: quo cætera manerent. Additur codicillis: tanq̄ de iniquitate exitij que-  
rēs: ita scripsisse: se quidem mori nulli supplicij causis: Ruffium autem crispinum &  
Anitium cerialem vita frui: infensos principi: quæ composita credebantur de Crispi-  
no quia interfectus erat: de Ceriali vt interficeret. Neq; enim multo post vim sibi at-  
tulit: minore q̄ cæteri miseratione: quia proditam. C. Cæsari coniurationem ab eo me-  
minerant. De C. Petronio pauca supra repetenda sunt. Nam illi dies per somnū: nox  
officijs & oblectamentis vitæ transigebatur. Vtq; alios industria: ita hunc ignauia ad  
famam protulerat. habebaturq; non ganeo & profligator: vt pleriq; sua haurientium  
sed erudito luxu. Ac dicta factaq; eius quanto solutoria: & quandam sui negligentia  
præferentia: tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamē Bi-  
thyniæ & mox consul ingentem se ac parem negocijs ostēdit. dein reuolutus ad vitia  
seu vitiorum imitationem: inter paucos familiarium Neroni assumptus est: elegan-  
tiæ arbiter: dum nihil amœnum: & molle affluentia putat: nisi quod ei Petronius ap-  
probauisset. Vnde inuidia Tigillini: quasi aduersus æmulum & scientia voluptatum  
potiorem. Ergo crudelitatem principis cui cæteræ libidines cædebant: aggredit: ami-  
citiā Sceuii Petronio obiectans: corrupto ad iudicium seruo: ademptaq; defen-  
sione: & maiore parte familiæ in vincla rapta. Forte illis diebus Campaniā petiuerat Cæ-  
sar & cumas vsq; progressus Petronius illic attinebat. Nec tulit vltra timoris aut spei  
moras. neq; tamen præceptis vitam expulit: Sed incisas venas vt libitū obligatas: ape-  
rire rursus: & alloqui amicos: non per ferias: aut quibus constantiam gloriæ peteret.  
Audiebatq; referentes nihil de immortalitate animæ: & sapiētium placitis: sed leuia car-  
mina & faciles versus. Seruorū alios largitione: quosdam verberibus affecit. Inijt & vi-  
as. somno indulgit: vt quasi coacta mors: fortuite similis esset. Ne codicillis quidem  
(quod pleriq; pereuntium) Neronem aut Tigillinum: aut quem alium potentium  
adularus est. Sed flagitia principis sub nominibus exoletorū: sceminarūq; & nouita-  
te cuiusq; stupri perscripsit atq; ob signata misit Neroni fregitq; anulū: ne mox vsui

Crispinus

Mella obitus

opibus inhiat  
punctissimam mortem

de petronio  
dies & somni

Elegantiæ arbiter

Inhibet uenas pe-  
torum obligatas

Somno indulgit

Flagitia principis  
perscripsit



## LIBER. XVI.

esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni quonammodo noctium suarum ingenia  
 notescerent: offertur Silia matrimonio senatoris: haud ignota: & ipsi ad omnem libidi-  
 nem adscitac: ac Petronio per quam familiaris: agit in exilium tanquam non siluisset quae vide-  
 rat pertuleratque proprio odio. At Numicium Termum praetura functum Tigillini simul-  
 tibus dedit: quia libertus Termi quaedam de Tigillino criminosum detulerat: quae  
 cruciatibus tormentorum: ipse patronus eius nece immerita lueret. Trucidatis tot insigni-  
 bus viris ad postremum Nero virtutem ipsam excindere concupiuit. Interfecto Barca So-  
 rano & Thrasea peto: olim utrisque infensus & accedentibus causis in Thraseam quae se-  
 natu egressus est: cum de Agrippina referetur ut memorauimus quae Iuuenalium ludicro-  
 parum expectabilem operam praebuerat eaque offensio altius penetrabat: quia idem  
 Thrasca Patavii unde ortus erat: ludis cestivis a Troiano Antenore institutis: habitu tra-  
 gico cecinerat. Die quoque quo praetor Antistius ob probra in Neronem composita ad  
 mortem damnabat: mitiora cessit: obtinuitque & cum diuini honores Poppeae decer-  
 nuntur: sponte absens. funeri non interfuit: quae obliterari non sinebat capito consu-  
 tianus: praeter animum ad flagitia praecipitem inimicus Thrascae: quod auctoritate  
 eius concidisset iuuantis ciliam legatos: dum capitonem repetundarum interrogat.  
 quin & illa obiecitabat. principio anni vitare Thraseam sollempne iusiurandum. nun-  
 cupationibus votorum non adesse: quis quindecimuirali sacerdotio praeditum: nun-  
 quam pro salute principis: aut caelesti voce imolauisse assiduum olim & indefessum: qui  
 vulgaribus quoque patrum consultis semet factorem aut aduersarium ostenderet tri-  
 ennio non introisse curiam: nuperrimeque cum ad coercendos Syllanum & veterem  
 certatim concurreretur: priuatis potius clientium negociis vacauisse: secessionem iam  
 id & partes: & si idem multi audeant: bellum esse. Ut quondam. C. Caesarem iquit &  
 M. Catonem: ita nunc te Nero & Thraseam auida discordiarum ciuitas loquitur:  
 & habet sectatores vel potius satellites: qui nundum contumaciam sententiarum: sed  
 habitum vultumque eius sectantur: rigidi & tristes qui tibi lasciuiam exprobrent. Huic  
 vni incolumitas tua sine arte: sine honore prosperas principis res spernit. etiam ne lu-  
 ctibus & doloribus non satiatur. Eiusdem animi est Poppeam diuam non credere. cu-  
 ius in acta diui Augusti & diui Iulij non iurare. Spernit religiones: abrogat leges diu-  
 nae populi romani per prouincias per exercitus accuratius leguntur: ut noscatur quid  
 Thrasca non fecerit: aut transeamus ad illa instituta si potiora sunt: aut noua cupien-  
 tibus auferatur dux & autor. Ista secta Tuberones & Fauonios veteri quoque reip. in-  
 grata nomina genuit. Ut Imperium euertant: libertatem praefereunt: si peruerterint:  
 ipsam aggredientur. Frustra Cassium amouisti: si gliscere & vigere Brutorum am-  
 los passurus es. Denique nihil ipse de Thrasca scripseris: disceptatorem senatum nobis  
 relinque. Extollit ira promptum consutiani animum Nero: Adicitque Marcellum epi-  
 um acri eloquentia. At Baram Soranum iam sibi Torius Sabinus eques romanus po-  
 poscerat reum ex proconsulatu Asiae: In qua offensiones principis auxit iustitia atque in-  
 dustria. Et quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumperat. Vimque ciuitatis per-  
 gamenae prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas & picturas auerere: multam  
 omiserat. Sed crimini dabat amicitia Plauti & ambitio conciliandae prouiciae ad spes  
 nouas: Tempus damnationi delectum quo Tyridates accipiendo Armeniae regno ad-  
 uentabat. Ut ad externa rumoribus: intestinum scelus obscuraret. An ut magnitudi-  
 nem imperatoriam caede illustrium viroque quasi regio facinore ostentaret. Igitur omni  
 ciuitate ad excipiendum principem: spectandumque regem effusa: Thrasca occursum p

*Mors Thrascae d  
 basca*

*Ludi Cestivi  
 Thrasca peto*

*hinc multumq; sca*

*Ista secta finit  
 gemit*

*gliscere brutorum*

*barca soran*

*Adhuc Thrasca*

hibitus: nō dimisit animum: Sed codicillos ad Neronem composuit: requirens obiecta: & expurgatur: asseuerans: si noticiam criminū & copiam diluendi habuisset. Eos codicillos Nero pperanter accepit. Sape exterritum Thraseam sensisse per quæ claritudinē principis extolleret: suamq; famā dehonestaret quo dubie non venit. Vultū q; & spiritus & libertatē in fontis vltro extimuit. Vocari patres iussit. Tum Thrasea inter p̄ximos consultaui: tentaret ne defensionē: an sperneret. Diuersa consilia afferebantur. quibus intrari curiā placebat: securos esse de cōstantia eius dixerunt. nihil dictur: nisi quo gloriam auget. Segnes & pavidos supremis suis secretū ocium dare. Aspireret populus viri morti obuiū. audiret senatus voces quasi ex quodam numine supra humanas. Posse ipso miraculo ēt Neronē permoueri. Sin crudelitati isisteret: distinguere certe apud posteros memoriā honesti exitus: ab ignauia per silentiū pereuntium. Contra qui opperendū domi censebāt: de ipso Thrasea eadē: sed ludibria & contumelias imminere: subtraheret aures conuitijs & p̄bris. Non solum cōsuetianū aut Eprum ad scelus p̄mptos superesse: qui forsitā manus ictusq; per imanitatē Augusti ēt bonos metu sequi. Detraheret potius senatui quē perornauisset: infamiā tanti flagitij & relinq̄ret incertū: quid viso Thrasea reo: decreturi patres fuerint. Vt Neronē flagitiorū pudor caperet: Irrita spe agitari. multoq; magis timendū: ne in coniugē: i familiā: i cetera pignora eius scuiret. Proinde intemeratus ipollutus: quorū vestigijs & studijs vitā duxerit: eorū gloria peteret finem. Aderat cōsilio Rusticus Arulenus flagrās inuenis: & cupidine laudis offerebat se intercessurum senatus cōsulto. Nā plebis tr. erat. Cōhibuit spiritus eius Thrasea: ne vana & reo nō pfutura intercessori exitiosa: inciperet. Sibi actam atātē: & tot per annos cōtinuū vite ordinē nō deserendū. Illi initiū magistratuū & integra quæ super sint: multum ante secū expenderet: qd̄ tali tēpore capeſſendē reip. iter igredereſ. Ceterū ipse an venire in senatū deceret: meditationi suæ reliquit. At postera luce duæ prætorix cohortes armata tēplum genitricis Veneris insedere. Aditū senatus globus togatorū obsederat non occultis gladijs. dispersiq; per fora ac basilicas cunei militares. iter quorū aspectus & minas igressi curiā senatores. Et oratio principis per quæstorē eius audita est. nemine nominatim cōpellato: patres arguebat: q; publica munia desererēt. eorūq; exēplo equites ro. ad segnicia verterent. Etenim quid mirū e longinquis puincijs adueniri: cū pleriq; adepti consulatū & sacerdotia: hortorū potius amcēnitati inseruirent: qd̄ velut telū arripuere accusatores. Et initiū faciēte Cōsuetiano: maiore vi Marcellus summā reip. agi clamitabat: contumacia inferiorū lenitate iperitantis diminui. Nimiū mites ad eam diē patres qui Thraseā desciscētē: qui generū eius heluidiū priscum i iisdē furoribus simul Ragoniū Agrippinum paterni in principes odij haredē: & Curtiū montanū detestanda carmina factitantē: eludere ipune sinerent. Requiere se in senatu consularē: in voti sacerdotē: in iureiurando ciuē: nisi cōtra instituta & cerimonias maiorū pditorem palā: & hostem Thrasea induisset: Deniq; agere senatorē: & principis obtrectatores p̄tegere solitus: veniret. Censeret quid corrigi: aut mutari vellet. Facilius per laturos singula increpantē: q̄ nunc silentiū perferrent oīa damnantis. Pacem illi per orbē terrarū: an victorias sine damno exercituum displicere: ne hominem bonis publicis mcestum: & qui fora: theatra: tēpla. p̄ solitudine haberet: qui minitaret exilium suum ambitionis prauæ compotem facerent. Non illi consulta hæc: nō magistratus: aut romanā urbem videri. Abrumperet vitam ab ea ciuitate cuius caritatem olim: nūc & aspectum exuisset. Cum per hæc atq; talia Marcellus inueheret toruus & minax voce: vultu: oculis ardesceret: non illa nota & cele-

*Spe  
famā dehonestaret*

*Rusticus Arulenus*

*no p̄mptus p̄p̄ter  
audita*

*Montanus*

*agere senatorē*

*Max voce  
vultu*

## LIBER. XVI.

britate periculorū sueta iam senatus mœsticia: sed nouus & altior pavor: manus & te-  
 la militum cernentibus: simul ipsius Thraseæ venerabilis species obuersabat. & erant  
 qui Heluidium quoq; miserent: innoxia affinitatis pœnam datur. Quid Agrippi-  
 no obiectū: nisi tristem patris fortunam: qñ & ille perinde innocens Tyberij saucia  
 concidisset. Enimvero Montanum pbe viuentem: neq; famosi carminis quia ptule-  
 rit ingenium extorrem agi. Atq; interim Torius Sabinus Sorani accusator ingredit:  
 orditurq; de amicitia Rubelij Plauti: q; q; pconsul Asia Soranus p claritate sibi po-  
 tius accommodatum: q̄ ex utilitate communi egisset: alendo seditiones ciuitatū. Ve-  
 tera hæc: Sed recens discrimini patris filiam connectebat: q; pecuniā magis dilargita  
 esset. Acciderat sane pietate Seruilia (id eni nomen puellæ fuit) quæ caritate erga pa-  
 rentē simul imprudentia ætatis: nō tñ aliud consultauerat: quā de incolumitate domus:  
 & an placabilis Nero: an cognitio senatus nihil atrox afferret. Igit accita est in senatū.  
 steteruntq; diuersi ante tribunal consulū: grandis æuo parens: contra filia intra vicefi-  
 mum ætatis annū nuper marito Anio Pollione in exiliū pulso: viduata desolataq; ac  
 patrem quidem intuens: cuius onerasse pericula videbat. Tum interrogante accusato-  
 re: an cultus dotales: an detractū ceruici monile vanundcdisset: quo pecuniam facien-  
 dis magicis sacris cōtraheret: primum strata humi: longoq; fletu & silentio: post alta  
 ria & aram complexa: Nullos inquit impios deos: nullas deuotiones: nec aliud infeli-  
 cibus precibus inuocauit: q̄ vt hunc optimū patrem: tu Cæsar: & vos patres seruaretis  
 incolumem. Sic gemmas & vestes & dignitatis insignia dedi: quō si sanguinem & vi-  
 tam poposcissent Viderint isti antehac mihi ignoti quo nomine sint: quas artes exer-  
 ceant: Nulla mihi principis mentio: nisi inter numina fuit. nescit tñ miserimus pater.  
 & si crimen est sola deliqui Loquentis adhuc verba excipit Soranus: pclamatq; non il-  
 lam in puinciam secum pfectam: non Plauto per ætatem nosci potuisse. non crimini  
 bus mariti cōnexam: nimia tantum pietatis ream: seperarent: a se quamcunq; sortem  
 subiret. Simul in amplexus occurrentis filia: ruebat: nisi interiecti lictores vtrisque ob-  
 stitissent. Mox datus testibus locus. & quantū. nūc saucia accusationis permouerat:  
 tantū iræ. P. Egnatius testis conciuuit. Cliēs hic sorani: & tunc emptus ad opprimendū  
 amicum: auctoritatem stoicę sectæ præferebat: habitu & ore ad exprimendā imaginē  
 honesti & exerciti: caterę aio perfidiosus: auariciā ac libidinem occultans. Quę postq̄  
 pecunia reclusa sunt: dedit exēplum præcauendi: quō fraudibus inuolutos: aut flagi-  
 ijs cōmaculatos: sic specie bonarū artium falsos & amicitia fallaces. Idē tñ dies & hor-  
 nestū exemplū tulit Casij Asclepiodoci. qui magnitudine opū præcipuus inter Bithi-  
 nos: quo obsequio florentē Soranū celebrauerat: labentē nō deseruit. Exutusq; oibus  
 fortunis: & in exiliū actus: æquitate deū erga bona malaq; documenta. Thraseæ Sora-  
 noq; & Seruilia dat mortis arbitriū. Heluidius & Paconius italia depellūt. Mōtan⁹  
 patri cōcessus ē: prædicto ne in rep. haberet. Accusatoribus Eprio & Cossutiano qu-  
 quagies sestertiū singulis: Ostorio duodecies & quæstoria insignia tribuuntur. Tum  
 ad Thraseam in hortis agentem quæstor consulis missus: vesperscente iam die: Illu-  
 strium viros; sceminarūq; cœtus frequētes egerat: maxime intentus Demetrio cyni-  
 cæ institutiōis doctori. cum quo vt coniectare erat: intentiōe vultus & auditus: si qua  
 clarius ploquebātur de natura aiæ & dissociatione spiritus: corporisq; inquirebat: do-  
 nec aduenit Domitius Cecilianus ex intimis amicis. & ei qd senatus censuisset exposu-  
 it. Igit flentes queritātesq; qui aderāt: faceffere ppere Thraseæ: neu picula sua miscere  
 cū sorte dānati horrat. Arriāq; tentantē mariti suprema: & exemplū Arriæ matris se

*pœnam dilargita  
 Seruilia*

*In Amplexu filia  
 ruebat*

*Stoicę occidit be*

*p. Egnatius et p. Egnatius*

*ragom?*

*que Vesperscente a*

*Dissociatio ai*

*Arria*



qui: monet retinere vitā: filiaq; communi subsidiū vnicū nō adimere. Tum pgressus in porticū: illic a quæstore reperit: leticiæ ppior quia heluidium genæ suū italia tantum arceri cognouerat. Accepto dehinc senatusconsulto: heluidiū & Demetriū in cubiculum inducit. Porrectis vtriusq; brachij venis: postquā cruorem effudit: humū super spargens: pprius vocato quæstore: libemus, inquit Ioui liberatori. Specta iuuenis: & omē qd̄ dii phibeant. Caterū i ea tēpora natus es: qbus firmare animū expediat cōstantibus exemplis. Post lentitudine exitus graues cruciatur afferente: obuersis in Demetrium.

Finis Sextidecimi Libri.

CORNELII TACITI ACTIONVM DIVRNALIVM HISTORIAE  
AVGVSTAE LIBER XVII. INCIPIT.

Nitium mihi operis Seruius Galba iterū. T. Iunius consules erūt. Nam post cōditā urbē dūcentos & viginti prioris aui annos multiauctores rettulerūt: dū res populi ro. memorabant: pari eloquētia ac libertate. Postq̄ bellatū apud Actium atq; omnē potestātē ad vnū conferri pacis iterfuit: magna illa ingenia cessere. Simul veritas pluribus modis infracta: primū inscitia reipu. vt alienæ: mox libidine assentandi: aut rursus odio aduersus dominātes. Ita neutris cura posteritatis inter ifensos vel obnoxios. Sed ambitioni scriptoris facile aduerseris. obtrectatio & liuor pnis auribus accipiunt. quippe adulationi scēdū crimen seruitutis: malignitati falsa species libertatis icst. Mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. Dignitatē nostrā a Vespesiano ichoatā a Tito auctā: a Domitiano lōgius puectā: nō abnuerim. Sed incorruptā fidem p̄fessis nec amore quisq; & sine odio dicendus ē. q̄ si vita suppeditet: principatū diui Neruæ & iperium Traiani: vberiorē securiorēq; materiā senectuti seposui: rara tempore felicitate: vbi sentire quæ velis: & quæ sentias dicere licet. Opus aggredior plenū varijs casibus. atrox p̄celijs: discors seditionibus ipsa ēt pace saeuū. Quattuor principes ferro interrēpti. tria bella ciuilia: plura externa: ac plerq; permixta. p̄speræ in oriēte: aduersæ in occidente res. Turbatū illyricū: Gallia nutātes: perdomita Britannia: & statim missa cohorte Roxolanos Sarmatarū ac Sueuorū gentes. nobilitatus cladibus mutuis Dacus. Mota ēt p̄pe Parthorū arma falsi Neronis ludibrio. Iā vero italia nouis cladibus: vel post longā sæculorū seriem repetitis: afflicta. hausta aut obruta vrbes. Fœcundissima Cāpaniæ ora: & vrbs incendijs vastata. cōsumptis antiquissimis delubris: ipso capitolio ciuiū manibus icenso: pollute cerimoniarū. magna adulteria: plenū exilijs mare. Infecti cædib; scopuli. Atrocious in vrbe sauitū: nobilitas: opes: omissi gesti q; honores p̄ crimine: & ob virtutes certissimū exitium. Nec minus præmia delatorū inuisa q̄ scelera: cū alij sacerdotia & consulationes vt spolia adepti p̄curationes alij & interiorē potentiā agerent: Verterent cuncta odio & terrore: corrupti in dominos serui i patronos liberti: & qbus deerat inimicus per amicos oppressi. Non tñ adeo virtutū sterile sæculū: vt non & bona exēpla pdiderit. Comitata p̄fugos liberos matres. secuta maritos in exilia coniuges p̄pinqui audientes: cōstantes generi. Contumax ēt aduersus tormēta seruorū fides sup̄mæ clarorū viroꝝ necessitates. Ipsa necessitas fortiter tolerata: & laudatis antiquorū mortib; pares exitus. Præter multiplices rerū humanarū casus: cælo terraq; pdigia: & fulminū monitus: & futuroꝝ præsagia lata: tristia: ambigua: manifesta. Nec. n. vnq̄ atrociori

Libeg Jomi liban  
21

idcc

libas infracta libi  
die affentandi

adulationi crimē h  
mutu

plenū exilijs mare

ob virtutes certissimū

pb deat imoy p  
armos p̄p̄

Cōstantes generi  
uoy

## LIBER. XVII.

bus populi ro. cladibus: magis vetustis indicijs approbatum est non esse: curæ deis de  
 securitatē nostrā: esse vltionem. Ceteræ antequā destinata cōponam: rependum vide-  
 tur: qualis status vrbis: quæ mens exercituū: quis habitus puinciarū. quid in toto ter-  
 rarū orbe validū: quid ægrum fuerit. vt non mō casus euentusq; rerū: qui plerūq; fortui-  
 ti sunt: sed ratio ēt causāq; noscant. Finis Neronis vt latus primo gaudentiū ipetu fue-  
 rat: ita varios motus animorū: non mō in vrbe apud patres: aut populū aut vrbantum  
 militē: sed omnes legiones ducesq; conciuerat: euulgato iperij arcano: posse principē  
 alibi quā romæ fieri. Sed patres lati vsurpata statim libertate: licentius vt erga princi-  
 pem nouū & absentē: Primores equitum pximi gaudio patrū. pars populi integra: &  
 magnis domibus annexa: clientes libertiq; dānatorū & exulū in spem erecti. Plebs sor-  
 dida & circo ac theatris sueta: simul deterrimi seruorū: aut qui adesis bonis: per dede-  
 cus Neronis alebant: mœsti & rumorū auidi. Miles vrbantus longo Casarū sacramen-  
 to ibutus: & ad destituendū Neronē arte magis & ipulsu: q̄ suo ingenio traductus:  
 postq̄ neq; dari donatiuum sub noīe galbæ pmissum: neq; magnis meritis ac præmijs  
 eundē in pace quā in bello locū. præuentāq; gratiā intelligit apud principē a legionib;  
 factū: pnus ad nouas res: scelere isuper Nymphidij Sabini præfecti iperium sibi mol-  
 lientis agitat. & Nymphidius quidē in ipso conatu oppressus: & quīs capite defectiois  
 ablato: manebat plerisq; militū conscientia. Neq; deerant sermones: seniū atq; auarici  
 am Galbæ increpantiū. laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius angebat  
 coaspnātes veterem disciplinam. Atq; ita. xiiii. annis a Nerone assuefactos: vt haud  
 minus vitia principū amarēt: q̄ olim virtutes verebant. Accessit Galbæ vox p rep. ho-  
 nestā: Ipsi anceps: legi a se principē nō emi. Nec. n. ad hanc formam cetera erāt. Inuali-  
 dum senē. T. Iunius & Cornelius laco alter deterrimus mortaliū alter ignauissimus:  
 odio flagitiorū oneratum contēptu inertix destruebāt. Tardum Galbæ iter & cruen-  
 tum: interfectis Ciconio Varrone consule designato: & Petronio Turpiliano cōsulari:  
 Ille vt Nymphidij socius. hic vt dux Neronis: inauditi atq; indefensi tanq̄ innocentes  
 perierant. Introitus in vrbē trucidatis tot milibus inermiū militum. ifaustus omine:  
 atq; ipsis ēt qui occiderāt formidolosus. Inducta legione hispana: remanēte ea quā e  
 classe Nero conscripserat: plena vrbs exercitu isolito multi ad hæc inumerie Germa-  
 nia ac Britānia & illyrico: quos idē Nero electos præmissosq; ad claustra Caspiarū: &  
 bellū quod in albanos parabat: opprimēdis vindicis cceptis reuocauerat: ingēs nouis  
 rebus materia: vt nō in vnum aliquē pronō fauore ita audenti parata. Forte cōgruerat  
 vt Clodij Macri & Fonte capitonis cædes nūciaretur. Macrum in africa res haud du-  
 bie turbātem Trebonius Garucianus pcurator: iussu galbæ: Capitonē in germania:  
 cū similia cceptaret Cornelius Agnus & Fabius valens: legati legionū interfecerāt an-  
 te q̄ iuberent. Fuere qui crederēt Capitonē vt auaricia & libidine scedū ac maculosum  
 ita cogitatioē rerū nouarū abstinuissē: sed a legatis bellū suaderibus: postq̄ ipellere neq;  
 uerint: crimē ac dolū vltro cōpositum: & Galbam mobilitate igenij apne altius scru-  
 tare: quoquo mō acta qa mutari nō poterant cōprobasse. Ceteræ vtraq; cædes sinistre  
 accepta: & iuiso semel principe: seu bene seu malefacta præmunt. Iā afferebant venalia  
 cūcta: præpotētes liberti. Seruorū manus subitis auidæ: & tanq̄ apud senē festinātes.  
 Eadēq; nouæ aulæ mala æq; graua: non æq; excusata. Ipsa atas Galbæ & irrifui & fa-  
 stidio erat: assuetis iuuetæ Neronis: & iperatores forma ac decore corporis (vt ē mos  
 vulgi) cōperantibus. Et hic quidē Romæ tanq̄ in tāta multitudine habitus animorū  
 fuit. e puincijs hispaniæ præerat Cluuius Rufus: vir facūdus: & pacis artibus bellis i

*Est rex foris**Vrbā. miles**plebs sordida**Sueta**Adesit bonis**Miles vrbā**truit**Nymphidij opif**Senu et Auarit**Galbæ**Legi a se mlti**nō emi**Iunius deterr**laco**Interat Galbæ**stus**Ad claustra Cas**Mors Macri**Mors Capito**Auaritia mlti**ppotētes liberti**Est Galbæ pcur**Cluuius Rufus**facūdus*

expertus. Gallia super memoriam vindicis obligata recenti dono Romanę ciuitatis:  
& in postere tributi leuamento. Proxime tñ romanis exercitibus Galliaę ciuitates: nō  
eodem honore habitę. Quędam ēt finibus adēptis: pari dolor cōmoda aliena ac suas  
iniurias metiebant. Germani exercitus qđ periculosissimū in tantis viribus: solliciti  
& irati superbia recentis victoria: & metu: tanq̄ alias partes fouissent: tarde a Nerone  
desiuerāt. Nec statim p Galba Verginius: an iperare voluisset dubium: delatū ei a  
militē iperū conueniebat. Fonteiu capitonē occisum: ēt qui q̄ri nō poterāt: tñ indigna  
bant. Dux deerat abducto Verginio p simulationē amicicia: quē nō remitti: atq; ēt re  
um esse: tanquā suū crimen accipiebant. Superior exercitus legatū hordeonium Flac  
cū spernebat: senecta ac debilitate pedū inualidum: sine cōstantia: sine auctoritate: ne  
quieto quidē milite regimē: adeo furentes ifirmitate retinentis vltro accendebant. In  
ferioris germaniaę legiōes diutius sine cōsulari fuere: donec missu Galbę Vitellius ade  
rat: Censoris Vitelli ac ter cōsulis filius. Id satis videbat. In Britānico exercitu nihil ira  
rum. Nō sane aliaę legiōes per omnes ciuiliū belloꝝ motus inoentius egerūt seu quia  
pcul: & oceano diuisa: seu crebris expeditionibus docta hostē potius odisse. Quies  
& Illirico: quanq̄ excita a Nerone legiones: dū in Italia cunctant: Verginiū legatio  
nibus adissent. Sed longis spacijs discreti exercitus: qđ saluberrimū est ad cōtinendā  
militarē fidē: nec vitijs nec viribus miscebant. Oriens adhuc imotus: Syriam & qua  
tuor legiones obtinebat. Licinius Mutianus vir secūdis aduersisq; iuxta famosus. Infi  
gnes amicicias iuuenis ambitiose coluerat. Mox attritis opibus: lubrico statu: susper  
eta ēt Cclaudij iracundia: in secretū Asia repositus: tam ppe ab exule fuit: q̄ postea a  
principe. Luxuria: industria: comitate: arrogātia: malis bonisq; artibus mixtus: nimie  
voluptates cū vacaret: quotiēs expedierat magne virtutes. Palā laudares. secreta male  
audiebāt. Sed apđ subiectos: apđ pximos: apđ collegas: varijs illecebris potēs. & cui  
expediti fuerit tradere iperū quā obtinere. Bellū Iudaicū Flauius Vespasianus: ducē  
eū Nero delegerat: tribus legionibus administrabat. Nec Vespesiano aduersus Galbā  
votū aut animus. Quippe. T. filium ad venerationē cultumq; eius miserat: vt suo lo  
co memorabimus: occulta lege fati: & ostentis ac responsis destinatū. Vespesiano libe  
risq; eius iperium post fortunā credidimus. Egyptum copiasq; quibus coerceret: iam  
inde a diuo Augusto: equites romani obtinēt loco regū. Ita visum expedire puincia  
aditu difficilem: annonę fecundam: superstitione ac lasciuia discordē & mobilem: in  
sciam legum: ignaram magistratuū domi retinere. Regebat tū Tyberius Alexander  
eiused nationis. Africa ac legiōes in ea interfecto Clodio Macro: contentę qualicūq;  
principe. post experimētū domini minoris. Duę mauritania: Rhetia: Noricū. Thra  
cia & quę aliaę pcuratoribus cohibent: vt cuiq; exercitui vicina: ita in fauorē aut odiū  
conctatu valentioꝝ agebāt. Inermes puincia atq; ipsa in primis italia cuicunq; serui  
tio exposita: in pretiū belli cessurę erant. Hic fuit res romanę status: cum Seruius  
Galba iteq; Titus Iunius cōsules inchoauere annū sibi vltimum: reipu. ppe supremū.  
Paucis post Kal. Ian. diebus Pompei ppinqui pcuratoris e Belgica litterę afferunt:  
superioris Germanię legiones rupta sacramento reuerentia: imperatorem aliū flagita  
re: & Senatui ac po. ro. arbitriū eligendi permittere: quo seditio mollius acciperetur.  
Maturauit ea res cōsiliū Galbę iam pridē de adoptione secū & cum pximis agitan  
tis. Nō sane crebrior tota ciuitate sermo p illos mēses fuerat: primū licētia ac libidine  
talia loquēdi: dein fessa iam atate Galbę. Paucis iudiciū aut reip. amor. multi occul  
ta spe: prout quis amicus vel cliens: hūc vel illū ambitionis rumoribus destinabant.

*Magis alibi p  
simulationē Amb.*

*hordeon flac.  
superior exat  
inferior germania  
A Vitellius*

*Lucius Mutianus  
iuxta famosus*

*secreta male au  
diebat  
Vespasianus*

*Egyptu leges Ro.  
obtinēt*

*Rupta sacri mē  
ta*

## LIBER. XVII.

Etiam in. T. Iunij odium. qui in dies quanto potentior: eodē actu inuisior erat. Quispe hiantes in magna fortuna amicorū cupiditates ipsa Galbæ facilitas itendebat: cum apud infirmū & credulum: minore metu & maiore premio peccaret. Potentia principatus diuisa in. T. Iuniū cōsulem: & Cornelium Laconem pratorij præfectū. Nec minor gratia Hycello Galbæ liberto: quē annulis donatū equestri nomine Martianū vocitabant. Hi discordes & rebus minoribus sibi quisq; tendētes circa consiliū eligēdi successoris: in duas factiones scindebant. Iunius p. M. Othone: Lacho atq; hycellus cōsensu nō tam vnū aliquē fouebant: q̄ alium. Neq; erat Galbæ ignota Othonis. ac. T. Iunij amicitia ex rumoribus nihil silentio transmittentiū. q̄a Iunio vidua filia: celebs Otho: gener ac focer destinabant. Credo & reip. curā subisse: frustra a Nerone trāssa. si apud Othonem relinqueret: Namq; Otho puericiam incuriosē: adolescentiam petulanter egerat: gratus Neroni emulatione luxus. Eoq; iam Poppeam Sabinā principale scortum: vt apud cōscium libidinum deposuerat. donec Octauiam vxorē amoliret. Mox suspectum in eadem Poppea in puinciā Lusitaniā specie legationis seposuit. Otho comiter administrata puincia primus ī partes transgressus: nec segnis: & donec bellū fuit: inter præsentēs splendidissimus: spem adoptionis statim conceptam acrius in diē rapiebat: fauentib; plerisq; militum: p̄na in eum aula Neronis vt similem. Sed Galba post nuncios germanicæ seditionis: q̄q̄ nihil adhuc de Vitellio certū anxius quonam exercituū vis erūperet: ne urbano quidē militi confusus: q̄d remediū vnicum rebat. comitia Imperij transigit. Adhibitoq; super Iuniū ac Laconem Mario Celso cōsule designato: ac Ducenio gemino prefecto vrbis: pauca præfatus de sua senectute. Pisonem licinianū accersiri iubet: seu ppria electione: siue vt quidā tradidere: lacone instante. cui apud Rubellium Plautum exercita cū Pisonē amicitia: sed callide vt ignotum fouebat. & p̄spera de pisonē fama cōsilio eius fidem addiderat. Piso. M. Crasso ex Scribonia genitus: nobilis vtrinq; vultu habituq; moris antiqui: & estimatione recta seuerus deterius interpretantibus tristior habebat. Ea pars mox eius quo suspectior sollicitis: adoptanti placebat. Igit Galba apprehensa Pisonis manu: in hūc modum locutus fertur. Si te priuatus lege curiata apud pontifices vt moris est: adoptarem. & mihi egregium erat: nunc Pompei & M. Crassi sobolem in penates meos asciscere: & tibi insigne Sulpitiæ & Luctatiæ decora: nobilitati tuæ adiecisse. Nūc meo deorum hominumq; consensu ad imperium vocatum: præclara indoles tua: & amor patriæ impulit: vt principatum de quo maiores nostri armis certabāt: bello adeptus: quiescenti offeram: exemplo diui Augusti: qui sororis filium Marcellum: dein generum Agrippam: mox nepotes suos postremo Tyberium Neronem priuignum: in proximo sibi fastigio collocauit. Sed Augustus in domo successorem quasiuit ego in rep. non quia propinquos aut socios belli non habeam: sed neq; ipse imperium ambitione accepi: & iudicij mei documentum sit: non meæ tantum necessitudines: quas tibi postposui: sed tuę est tibi frater pari nobilitate: natus maior: dignus hac fortuna nisi tu potior esses. Ea ætas tua quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit. Ea vita ī qua nihil præteritū excusandum hēas. Fortunam adhuc tm̄ aduersam tulisti. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorāt: quia miseriæ tolerātur: felicitate corrūpimur. Fidem libertatē: amicitiam: præcipua humani animi bona: tu quidē eadē constantia retinebis: sed alij per obsequiū imminuent. Irrūpent adulatio: blandicie pessimū veri affectus venenum: sua cuiq; vtilitas. Et iā ego actu simplicissime inter nos hodie loquimur. ceteri libētius cū fortuna nostra q̄ nobiscū: Nā suadere principi quod oporteat

*habes cupidi**potest p̄cipat  
diuisa in Iun  
et Laco  
Vitell' amut de**Celebs otho**pueritiā inu  
poppea p̄n le**Exitu Amicitia**Piso nobis ut**Geni  
Galpina  
Lutibia**In p̄xiō s̄ p̄  
collocat**Cupidi talul**felicia corrūp*

multi laboris. Assentatio erga principem quemcunq; sine affectu peragit. Si immen-  
sum imperij corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus erā a quo resp. iciperet.  
Nunc eo necessitatis iam pridē ventū est: vt nec mea senectus cōferre plus populo ro-  
posset q̄ bonū successorem: nec tua plus iuuenta q̄ bonū principē: Sub Tyberio & Ca-  
io: & Claudio vnus familiae quasi hæreditas fuimus. loco libertatis erit: q̄d eligi cœpi-  
mus. Et finita Iuliorū claudiorūq; domo: optimū quēq; adoptio iueniet. Nam ge-  
nerari & nasci a principibus fortuitū: nec vltra estimat: adoptandi iudicium integrū.  
& si velis eligere consensu monstrat. Sit ante oculos Nero: quē longa cæsarū serie tur-  
mentem nō vindex cū inermi puincia: aut ego cū vna legione: sed sua immanitas: sua lu-  
xuria: ceruicibus publicis depulere. Neq; erat adhuc dānati principis exēplum. Nos  
bello & ab extimātibus asciti cum inuidia: quis egregij erimus. Nec tñ territus fueris:  
si duæ legiones in hoc concussi orbis motu: nō quiescunt. Ne ipse quidem ad securas  
res accessi. Et audita adoptione: desinam videri senex. quod nunc mihi vnum obijci-  
tur. Nero a pessimo quoq; semper desyderabit. Mihi ac tibi prouidendum est: ne et a  
bonis desideret. Monere diutius neq; temporis huius: & impletum est omne consili-  
um. Si te bene elegi: vtilissimus quidem ac breuissimus bonarū rerum deletus. Cogi-  
tare quid aut nolueris sub alio principe: aut volueris. Neq; enim hic vt in cæteris gen-  
tibus quæ regnant certa dominorum domus: & cæteri serui: sed imperaturus es ho-  
minibus: qui nec totam seruitutem pati possunt nec totam libertatem. Et Galba qui-  
dem hæc ac talia tanq̄ principem faceret. cæteri tanquam cum facto loquebantur. Pi-  
sonem ferunt statim intuentibus: & mox coniectis i eum omnium oculis: nullum tur-  
bati: aut exultantis animi motum. prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremq; re-  
uerēs: de se moderatus: nihil in vltu habituq; mutatum. quasi imperare posset magis  
q̄ vellet. Consultatum inde pro rostris: an in senatu. an in castris adoptio nuncuparet.  
Iri in castra placuit: honorificum id militibus fore: quorum fauorem vt largitione &  
ambitu male acquiri: ita per bonas artes haud spernendum. Circumsteterat interim  
palatium publica expectatio magni secreti impatiēs: & male coercitā famam suppri-  
mentes augebāt. iiii. idus Ianu. sedum imbribus diem: tonitrua & fulgura & cælestes  
minę vltra solitum turbauerant. Obseruatum id antiquitus comitijs dirimendis. nō  
terruit Galbam quo minus in castra pergeret. cōtemptorem talium vt fortuitorum:  
seu quæ fato manent: quis significata non vitentur. Apud frequentem militum cōtio-  
nem imperatoria breuitate: adoptari a se pisonem more diui Augusti: & exemplo mi-  
litari: quo vir virum legeret: p̄nunciat: ac ne dissimulata seditio in maius crederet: vl-  
tro asseuerat: quartā & duodeuicesimam legiones paucis seditiois auctoribus nō vl-  
tra verba ac voces errasse: & breui in officio fore. Nec vllum orationi aut lenocinium  
addidit: aut precium. Tribuni tamen centurionesq; & proximi militum grata auditu  
respondent: per cæteros mœsticia ac silentium: tanq̄ usurpatam etiam in pace dona-  
tium necessitatem: bello perdidissent. Constat potuisse conciliari animos quātulacūq;  
parci senis liberalitate. Nocuit antiquus rigor & nimia seueritas: cui iam pares non su-  
mus. Inde apud Senatū non comptior Galbe: nō longior q̄ apud milites sermo Piso-  
nis comis oratio. & patrum fauor aderat. Multi volūtate effusius. qui noluerant me-  
die: ac plurimi obuiio obsequio priuatas spes agitātes: sine publica cura. Nec aliud ser-  
quenti quadriduo quod medium inter adoptionē & eadem fuit dictū a Pione in pub-  
licum factumue: crebrioribus in dies germanice defectiois nuncijs: & facili ciuitate  
ad accipiēda credēdaq; oīa noua cū tristia sunt. Cēsuerant patres mittēdos ad germa-

mta Iuliorū Claudiorū  
domo  
ubi quāq; adoptio  
p̄ueniet

Cæmab' publico

hæc a pessimo quoq; semper  
desyderabit

hæc tota sim. nec  
totā libertatē patē

Imo reuēns

Fedus imbribus diebus

quātulacūq; liberalitate  
concordari

Notant Antiqui  
gor

hæc in ad accipiēda  
oīa



## LIBER. XVII.

nicum exercitum legatos. agitatum secreto: num & Piso proficisceret maiore pretextu. Illi auctoritatem senatus: hic dignationem Cæsaris laturus. Placebat & Laconem prætorij præfectum simul mitti. Is consilio intercessit. legati quoq: Nam senatus electionem Galbæ permiserat: feda inconstantia nominati: excusati substituti ambitu remanendi aut eundi: vt quemq; metus vel spes impulerat. proxima pecuniæ cura. Et cuncta scrutatibus iustissimum visum est: inde repeti: vbi inopiæ causa erat. Bis & vices mille festertium donationibus Nero effuderat. App: llari singulos iussit decuma parte liberalitatis apud quemq; eorū relicta. At illis vix decumę super portiones erāt. *Vix decimę portu  
superant  
pdesant*  
Iisdem erga aliena sumptibus quibus sua prodigerant. cum rapacissimo cuiq; ac perditissimo: non agri aut fœnus: sed sola instrumenta vitiorū manerent. Exactiōi. xxx. *Vbiq; hasta et se  
Exautorati Ju*  
equites romani præpositi: nouum officij genus & ambitu ac numero onerosum: vbiq; hasta: & sector & inquieta vrbs actionibus. At tamen grande gaudium q; tam pauperes forent: quibus donasset Nero q̄ quibus abstulisset. Exautorati per eos dies tribuni e prætorio Antonius Taurus. & Antonius Naso. Ex vrbani cohortibus emilius pacensis: Euigilius: Iulius fronto. Nec remedium in ceteros fuit: sed metus initium: tanq̄ per artem & formidinem singuli pellerētur: oibus suspectis. Interea Othonem cui compositis rebus nulla spes: omne in turbido consilium: multa simul extimulabant. luxuria etiam principi onerosa. Inopia vix priuato toleranda. In Galbam ira in Pisonem inuidia. Fingebat & metum quo magis concupisceret prægrauē se Neroni fuisse. Nec lusitaniam rursus & alterius exilij honorem expectādum. Suspectū semper inuisumq; dominantibus: qui proximus destinaretur. Nocuisse id sibi apud senem principem. Magis nociturum apud iuuenem ingenio truce: & lōgo exilio efferratum. Occidi Othonem posse. proin agendū audendūq; dum Galbæ auctoritas fluxa: Pisonis nūdum coaluisset. Opportunos magnis conatibus: transitus rex: nec contatione opus: vbi perniciosior sit quies: quam temeritas. Mortē omnibus ex natura equalem obliuioe apud posteros vel gloria distingui. Ac si nocentē innocentēq; idē exitus maneat: acrioris viri esse merito perire. Non erat Othonis mollis: & corpori si milis animus. Et intimi libertorū seruorūq; corruptius q̄ in priuata domo habitū: aulam Neronis: & luxus adulteria: matrimonia cæterasq; regnorū libidines auido taliū si auderet: vt sua ostentātes: quiescenti: vt aliena: exprobrabant: Vrgentibus etiā mathematicis: dū nouos mœtus: & clarum Othoni annum obseruatione syderum affirmant: genus hominum potentibus infidū: speratibus fallax. quod in ciuitate nostra: & verabitur semper & retinebitur. Multos secreta Poppeæ mathematicos pessimum principalis matrimonij instrumentum habuerant: e quibus Ptolomeus othoni in hispania comes: cum superfuturum eū Neroni promississet: postq̄ ex euentu fides: coniectura iam & rumore senium Galbæ. & iuuentam Othonis computantiū: persuaserat fore: vt in imperium ascisceretur. Sed Ortho tanq̄ peritia: & monitu fatorū prædicta accipiebat: cupidine ingenij humani libentius obscura credi. Nec deerat Ptolomeus iam & sceleris instinator ad quod facillime ab eiusmodi voto trāsitur. Sed sceleris cogitatio incertū an repens: studia militum iam pridē spe successiōis. aut paratu facinoris affectauerat. In itinere: in agmine in stationibus: vetustissimum quenq; militū nomine vocans: ac memoria Neroniani comitatus: contubernales appellando: alios agnoscere quosdam requirere & pecunia aut gratia iuuare. Inserendo sepius querelas. & ambiguos de Galba sermones: quæq; alia turbamenta Vulgi: labores itinerū: inopia cōmeatum: duricia imperij atrocius accipiebātur cum Campaniæ lacus & achaie

*Vix decimę portu  
superant  
pdesant*

*Vbiq; hasta et se*

*Exautorati Ju*

*Galbæ auctori*

*Mors nā oib; eq̄*

*Inti Libertorū*

*Con Mathematic*

*Ptolomeus*

*Institor Octo*

*Contubernales ap  
do*

*Iustamēta*

vrbes classibus adire soliti: pyreneū & alpes: & imensa viarum spacia: egre sub armis emitterent. Flagrantibus iam militū animis: velut faces addiderat Meuius pudens e proximis Tigillini Is nobilissimū quēq; ingenio aut pecuniā indignum: & in nouas cupiditates præcipitem alliciendo: eo paulatim progressus ē: vt per speciē conuiuij quociens Galba apud Othonē epularet: cohorti excubias agenti: viritum centenos numeros diuideret. quam velut publicam largitionē Otho secretioribus apud singulos p̄mijs intendebat. adeo animosus corruptor: vt Coecilio proculo spiculatori de parte finium cum vicino ambigenti: vniuersum vicini agrum sua pecunia emptū dono dedit: per socordiā præfecti quem nota pariter & occulta fallebant. Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri præfecit: a quo Barbiū proculum tessieranum spiculatorē & Veturiū Othonē eodē perductos: postq̄ vario sermone callidos: audacesq; cognouit: precio & promissis onerat: data pecunia ad pertētandos plurium aios. Suscepere duo manipulares imperiū po. ro. transfērendum: & transtulerunt. In cōscientiam facinoris pauci asciti. suspensos cæterorum animos: diuersis artibus stimulat. primo res militum per beneficia Nymphidij vt suspectos: Vulgus & cæteros ira & desperatione dilati toties donatui. Erant quos memoria Neronis ac desyderium prioris licētiæ accenderet. In cōmuni omnes metu mutandæ militiæ terrebantur. Infecit ea tabes legionum quoq; & auxiliorū motas iam mentes: postq̄ vulgatum erat labare germanici exercitus fidem. A deoq; parata apud malos seditio: etiam apud integros dissimulatio fuit. vt postero Iduū die: redeūtem a cena Othonē rapturi fuerint: nisi incerta noctis: & tota vrbe sparsa militū castra: nec facilem inter temulentos consensum timuissent nō resp. cura: quā sedare principis sui sanguine sobrij parabāt sed ne per tenebras vt quisq; p̄anonici vel germanici exercitus militibus oblatus esset: ignorantibus pleriq; pro Othone destinaretur. Multa erūpentis seditionis indicia per conscios oppressa quædam apud Galbe aures præfectus Laco elusit: ignarus militarium animorū: consilijsq; quis egregijs: quod nō ipse afferret inimicus: & aduersus peritos peruicax. xvij. Kal. Febr. sacrificanti pro æde Apollinis galbæ Aruspex Vmbrius tristitia exta & instantes insidias: ac domesticū hostem prædicit: audiente Othone. Nam proxim⁹ adstiterat. idq; vt latum e contrario & suis cogitationibus prosperè interpretante. Nec multo post libertus Onomastus nunciat expectari eum ab architecto & redemptoribus. quæ significatio coeuntium iam militum & paratæ coniurationis conuenerat. Otho causam digressus requirētibus cū emi sibi prædia vetustate suspecta: eoq; pri⁹ exploranda finxisset: innixus liberto: per tyberianam domū in Velabrū. inde ad miliarium aureū sub ædē saturni pergit. Ibi tres & viginti spiculatores cōsalutatū Imperatorem: ac paucitate salutantium trepidum: & cellæ festinanter impositum: strictis mucronibus rapiunt Toridem ferme milites in itinere aggregantur: alij conscientia: plariq; miraculo: pars clamore & gladijs: pars silentio animos ex euentu sumpturi. Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudinem subiti sceleris: an corrupta latius castra. ac si cōtra tenderet: exitium metuēs: prebuit plarissq; suspicionem conscientia. Anteposuere cæteri quoq; tribuni ceturionesq; presentia dubiis & honestis. Isq; habitus animorum fuit: vt pessimum facinus auderent pauci: plures vellēt. omnes paterentur. Ignarus interim Galba & sacris intentus fatigabat alieni iam imperij deos: cum affertur rumor rapi in castra incertum quem senatore. mox Othonem esse qui raperetur. Simul ex tota vrbe vt quisq; obuius fuerat: alij formidinem augentes: quidam minora vero: ne tum quidem obliti adulationis. Igitur con-

becunia indignus

vrbes & milia coher

libertus otho

Onomastum spiculator  
- Othone

Manipulares

Aruspex Umbrius

p̄dia vetustate  
suspecta  
miliarium aureū  
Spiculatores

Stationem in castris

pessimum facinus au  
dent pauci

## LIBER. XVII.

sultantibus placuit pertentari animū cohortis: quæ in palatio stationem agebat: nec per ipsum Galbam: cuius integra auctoritas maioribus remedijs seruabatur. Piso per gradibus domus vocatos: in hunc modum allocutus est. Sextus dies agitur commilitones ex quo ignarus futuri: & siue optandum hoc nomen siue timendum erat: Cæsar ascitus sum: quo domus nostræ aut reip. fato in vestra manu positum est: nō quia meo nomine tristio rem casum paueam: vt qui aduersas expertus: tum maxime dicā ne secundas quidem minus discriminis habere. Patris & senatus & ipsius Imperij vicem doleo. si nobis aut perire hodie necesse est: aut quod eque apud bonos miserum est: occidere. Solacium proximi motus habebamus in cruetam urbem: & res sine discordia translatas. Prouisum adoptione videbatur. vt ne post Galbam quidem bello locus esset. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ. Neq; enim relatu virtutū in comparatione Othonis opus est. Vitia quibus solis gloriatur euertere imperium: etiam cum amicū Imperatoris ageret. habitu ne & incessu an alio muliebri ornatu mereretur imperium. Falluntur quibus luxuria speciem liberalitatis imponit. Perdere iste sciet. donare nesciet. Stupra nūc & comessationes & fœminarum cœtus voluit animo. hæc principatus præmia putat: quorum libido ac voluptas penes ipsum sit: rubor ac dedecus penes omnes. Nemo enim vnq̄ imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit Galbam consensus generis humani: me Galba consentiētibus vobis Cæsarem dixit. Si respublica & senatus & populus vana nomina sunt: vestra commilitones interest: ne imperatorem pessimi faciant Legionum seditio aduersum duces suos audita est aliquando. Vestra fides famaue illesa ad hunc diem mansit. & Nero quoque vos destituit non vos Neronem. Minus. xxx. trās fugæ & desertores: quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret: imperium assignabunt? Admittis exemplum & quiescendo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia in prouincias: & ad nos scelerum exitus: bellorum ad vos pertinebunt: Nec est plus quod pro cæde principis quam quod innocentibus datur. Sed proinde a nobis donatio plus ob fidem quam ab alijs pro facinore accipietis. Dilapsis spiculatoribus: cætera cohors non aspernata contionantem. vt turbidis rebus euenit: timore magis: & nonnullo adhuc consilio: pars ingens quod postea creditum est: insidijs & simulatione. Missus & Celsus Marius ad electos Illirici exercitus. Vipsani in porticu tendentes. Præceptum Amulio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus: vt germanicos milites e libertatis atrio accerferent. Legioni classica diffidebat: infestæ ob cædem commilitonum: quos primo statim introitu trucidauerat Galba. Pergunt etiam in castra prætorianorum: tribuni Cerius Seuerus: Subrius dexter. Pompeius longinus: si incipiens adhuc & nondum adulta seditio melioribus consilijs flecteretur. Tribunorum Subrium & cætrium milites adorti minis milites. Longinum manibus coercēt. exarmantque: quia non ordine militiæ: sed e Galbæ amicis fidus principi suo: & desiccantibus suspectior erat. Legio classica nihil cunctata prætorianis adiungitur. Illirici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutante in ualidis adhuc corporibus: & placatis animis: quod eos a Nerone Alexandriam præmissos: atq; inde rursus longa nauigatione egros: impensiore cura Galba refouebat. Vniuersa iam plebs palatium implebat: mixtis seruicijs: & dissono clamore cædem Othonis: & coniuratorum exilium poscentium: vt si in circo ac theatro ludicrū aliquod postularent. Neq; illis iudicium aut veritas. Quippe eodem die diuersa patri certamine postulaturis: sed tradito more quemcunque principem adulandi: licen-

*Cohors p. fortior  
pullatio  
X. in p. p. ad  
Cohortē*

*Miscy p. p. a  
dandi*

*Vitia otho gl  
Arma impator  
age*

*Nero nos delat  
no nos her*

*Dilapsis spicula*

*Vipsana*

*e Lib. Sabio*

*Longinus*

*Imp. p. p. qua  
bat*

1  
tia acclamationum: & studijs inanibus. Interim Galbam duæ sententiæ destinebant. Titus Iunius manendum intra domum: opponenda seruitia: firmandos aditus: non eundem ad iratos censebat. Daret malorum poenitentia: daret bonorum consensui spacium. Scelera impetu: bona consilia mora valescere. Denique eundi vltro si ratio sit: eandem mox facultate regressus si peniteat: in aliena potestate. Festinandum cæteris videbatur antequam cresceret inualida adhuc coniuratio paucorum. Trepidatur etiam Othonem: qui furtim digressus ad ignaros illatus: contatione nunc & segnicia tertium tempus: imitari principem discat. non expectandum ut compositis castris fore inuadat. & prospectate Galba capitolium adeat: dum egregius imperator cum fortibus amicis ianua: ac limine tenus domum claudit: obsidionem nimis toleraturus: & praclarum in seruis auxiliium: si consensus tantæ multitudinis: & quæ plurimum valet: prima indignatio languescat. Proinde intuta quæ indecora. Vel si cadere necesse sit: occurrendum discrimini. Id Othoni inuidiosius & ipsis honestum. Repugnatem huic sententia Iunium: Laco minaciter iussit: stimulante hycelo priuati odij pertinacia in publicum exitium. Nec diutius Galba cum cæteris: speciosiora suadetibus accessit. Præmissus tamen in castra Pisonem. ut iuuenis magno noie: centi fauore: & infensus. T. Iunio: seu quia erat: seu quia irati ita volebat. Et facilius de odio credit. Vix dum egresso Pisonem: occisum in castris Othonem: vagus primum & incertus rumor: mox ut in magnis mendacijs: interfuisse se quidam: & vidisse affirmant: credula fama inter gaudentes & incuriosos. Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem: mixtis iam Othonianis: qui ad euocandum Galbam: læta falso vulgauerint. Tum vero non populus tantum & imperita plebs in plausus & in modica studia. sed equitum plerique ac senatorum posito metu incauti: refractis palatii foribus: ruere intus: ac se Galbæ ostentare: præreptam sibi vltionem querentes. Ignauissimus quisque: & ut res docuit: in periculo non ausurus: nimis verbis: linguæ ferocis: nemo scire: & omnes affirmare: donec inopia veri: & consensu errantium victus: supreco thoro Galba irruenti turbæ: neque ætate: neque corpore sistens: sella leuaretur. Obuius in palatio Iulius atticus spiculator: cruentum gladium ostentans: occisum a se Othonem clamauit. Et Galba comilito inquit: quis iussit: insigni animo ad coerendam militarem licentiam: minantibus intrepidus: aduersus blandientes incorruptus. Haud dubie iam in castris omnium mentes. tantusque ardor: ut non contenti agmine & corporibus in suggestu in quo paulo ante aurea Galbæ statua fuerat: medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caucris in super præpositos iubebat. Strepere cuncta clamoribus: & tumultu: & exortatione mutua: non tanquam in populo ac plebe varijs segni adulatione vocibus: sed ut quosque affluentium militum aspexerant: prehensare manibus. completi armis. collocare iuxta: præire sacramentum modo imperatorem militibus: modo imperatori milites commendare. Nec deerat Otho protendens manus: adorare vulgum iacere oscula & omnia seruiliter pro dominatione. postquam vniuersa classiariorum legio sacramentum eius accepit fidens viribus: & quos adhuc singulos extimulauerat: accendendos in commune ratus: pro vallo castrorum ita cepit: Quis ad vos processerim comilitones dicere non possum. quia nec priuatum me vocare sustineo: princeps a vobis nominatus: nec principem alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit: donec dubitabitur imperatorem populi ro. in castris an hostem habeatis. Audistis ne ut poena mea & supplicium vestrum simul postulentur: adeo manifestum est: neque perire nos: neque saluos esse: nisi vna posse: & cuius leuitatis est Galba: iam fortasse p

opponenda sententia

ptim vobis p. indigna  
intuta indecora

Rumor occisi Otho

Refraacti palatii foribus

Heo sac. of affirmac  
tuto thoro Galba

aluisus blaticus  
moxruptus

gregari milites

via sententia dno

pro vallo castrorum

otio othom

## LIBER. XVII.

misit: vt qui nullo exposcente: tot milia innocentissimorū ciuium trucidauerit. horror  
 animum subit: quotiens recordor feralem introitum: & hanc solam Galbæ victoriā:  
 cum in oculis vr̄bis decumari deditos iuberet: quos deprecantes in fidem acceperat.  
 His auspicijs vr̄bem ingressus: quam gloriam ad principatum attulit: nisi occisi Ob  
 ultronij albini & Marcelli in Hispania: Beruichilonis in gallia: Fōtei capitonis in ger  
 mania: Clodij macri in africa: Cyconij in via: Turpiliāi in vr̄be: Nymphidij i castris.  
 quæ vsq; prouincia quæ castra sunt nisi cruenta & maculata: aut vt ipse predicat emen  
 data & correcta: Nam quæ alij scelera: hic remedia vocat: dum falsis noibus seuerita  
 tem pro saucia: parsimoniā pro auaricia: supplicia & contumelias vestras disciplinā  
 appellat. Septē a neronis sine menses sunt. & iam plus rapuit Hycelus: q̄ quod Poly  
 cleti & Vatini & ægris & alij parauerunt. Minore auaricia aut licentia grassatus esset  
 T. Iunius: si ipse imperasset: Nunc & subiectos nos habuit: tanq̄ suos: & viles vt alie  
 nos. Vna illa domus sufficit donatiuo quod vobis nunq̄ dat. & quotidie exprobrat  
 Ac ne qua saltem in successore Galbæ spes esset: accersit ab exilio: quē tristitia & aua  
 ricia sui simillimum iudicabat. Vidistis cōmilitones notabili tempestate etiam deos  
 infaustam adoptionē aduersantes. Idē senatus: idem pop. ro. animus est. Vestra vir  
 tus expectatur: apud quos omne honestis cōsilijs robur: & sine quibus quis egregia i  
 ualida sunt. Non ad bellum vos: nec ad periculum voco: oīum militum arma nobis  
 cū sunt. Nec vna cohors togata defendit nunc Galbam: sed detinet. Cum vos aspex  
 rit: cum signū meum acceperit: hoc solum erit certamē: quis mihi plurimū imputet.  
 Nullus contatiōi locus ē: in eo consilio: quod non potest laudari nisi peractum: Ape  
 rire deinde armamētarium iussit. rapta statim arma: sine more & ordine militia: vt p̄  
 torianus: aut legionarius insignibus suis: distingueret. Miscentur auxiliariis galeis  
 scutisq; nullo tribunorū centurionumue adhortante. Sibi quisq; dux & instigator: &  
 præcipuum pessimorū incitamentum: q̄ boni merebant. Iam exterritus Piso fremitu  
 crebrescentis seditionis: & vocibus in vr̄bem vsq; resonātibus. Egressum interim Gal  
 bam & foro appropinquantem assecutus erat. Iam Marius Celsus haud læta rettule  
 rat: cum alij in palatium redire: alij capitolium petere. plariq; rostra occupanda cen  
 serent. Plures tm̄ sententijs aliorū contradicerent. Vtq; euenit in consilijs infelicibus:  
 optima viderentur quorum tempus effugerat. Agitasse Laco ignaro Galba de occi  
 dendo. T. Iunio dicitur: siue vt p̄na eius aīos militum mulceret: seu consciū Otho  
 nis credebat. ad posterum vel odio hēsitationem attulit tempus: ac locus: quia initio  
 cedis orto difficilis modus. & tutbauere consilium trepidi nuncijs: ac proximorū diffu  
 gia: languentibus oīum studijs: qui primo alacres fidem atq; animum ostentauerāt.  
 Agebatur huc illuc galba: vario turbæ fluctuantis impulsu: cōpletis vndiq; basilicis  
 ac templis lugubri p̄spectu. neq; populi aut plebis vlla vox sed attoniti vultus: & cō  
 uersæ ad oīa aures nō tumultus: nō quies quale magni metus & magne iræ silentiū ē.  
 Othoni tm̄ armari plebē nūciabatur. Iræ præcipites: & occupare pericula iubet. Igit̄  
 milites romani quasi Vologesum: aut Pacorū auito Arsaecidæ solio depulsuri: ac nō  
 imperatorem suū inermem & senē trucidare pergerent: disiecta plebe: p̄culcato sena  
 tu: truces armis: rapidis equis forē irrumpunt. Nec illos capitolij aspectus: & iminē  
 tiū templorū religio: & priores & futuri principes terruere quominus facerent scelus:  
 cuius vltor ē quisquis successit. viso cominus armatorū agmine: vexillarius comitat̄  
 galbæ cohortis: Atiliū Vergilionem fuisse tradunt: direptam galbæ imaginem solo  
 affixit. Eo signo manifesta in Othonē oīum militum studia: desertū fuga populi fo

horror am str  
 Decumari deditos

Scutisq; p̄ scut  
 p̄simonia p̄ aua

Notabilis Temp

ausim plm ipe

Armanētariū

Sibi q̄sq; instiga

diffugia

Cōpletis basilicis

Auito Arsaecidæ  
 solio depulsi

rū: destrieta aduersus dubitantes tela. Iuxta curtium lacum trepidatione ferentium: Galba proiectus e sella: ac prouolutus est. Extremam eius vocem vt cuiq; odium aut admiratio fuit: varie prodidere. Alij suppliciter interrogasse quid mali meruisset: paucos dies exoluendo donatiuo deprecatur: plures obtulisse vltro percussoribus iugulū agerent ac ferirent: si ita e rep. videretur: Nō interfuit occidētium quid diceret. de percussione nō satis cōstat. quidam Terentiū euocatū: alii Lecanium. Crebrior fama tradidit Camurium. xv. legionis militē impresso gladio iugulū eius haussisse. Cateri crura brachiaq; nā pectus tegebat: fœde laniauere. pleraq; vulnera feritate & sœuicia trū cor iam corpori adiecta. Titum inde Iuniū inuasere. de quo & ipso ambigit. consumpserit ne vocē eius instans metus: an proclamauerit: non esse ob Othone mandatū vt occideret. Quod seu finxit formidine: seu cōscientia coniurationis cōfessus est. huc potius eius vita fama q; iclinat: vt cōsciū sceleris fuerit: cuius cā erat. Ante adem diui Iulij iacuit primo iectu in poplitem: mox ab Iulio Cario legionario milite in vtrūq; latrū transuerberatus. Insignem illa die viq; Sempronium densum ætas nostra vidit. Centurio is prætorix cohortis ad Galbæ custodiā a Pisonē additus: stricto pugione occurrēs armatus: & scelus exprobrās: ac mō manu: mō voce vertēdo in se percussores: quāquam vulnerato Pisoni effugiū dedit. Pisonē in ædē vestæ peruasit. exceptusq; misericordia publici serui: & cōtubernio eius additus: non religione nec cerimonijs: sed latebra imminens exitium differēbat. Tū aduenere missū Othonis noiatim in cædem eius ardētes. Sulpitius Florus e Britānicis cohortibus: nuper a Galba ciuitate donatus. & Statius Murcus spiculator. a qbus protractus Pisonē in foribus templi trucidat. Nullam cædē Otho maiore læticia excepisse: nullū caput tam insatiabilibus oculis per lustras se dicit: Seu tum primū leuata omni sollicitudine mēs: vacare gaudio ceperat: seu recordatio maiestatis in Galba: amicitia in T. Iunio: quāuis imitem animum imagine tristi cōfuderat. Pisonis vt inimici & æmuli cæde latari: ius fasq; credebat. Præfixa cōtis capita gestantur inter signa cohortiū iuxta aquilam legionis: certatim ostentatibus cruentas manus qui occiderāt: qui interfuerāt: quiue vere qui falso: vt pulchrū & memorabile facinus iactabāt. Plures q. Cxx. libellos præmia exposcentium: ob aliquam notabile illa die operā Vitellius postea inuenit. oēsq; conquiri & interfici iussit: nō honore Galbæ: sed tradito principibus more munimentū ad præsens in posterū vltionē. Alium crederes senatū: alium pplm. Ruere cūcti in castra. anteire p̄ximos. certare cū præcurrētibus increpare Galbā. laudare militum iudiciū. & osculari Othonis manū. quātoq; magis falsa erant q̄ fiebāt tāto plura facere. Nec aspernabat singulos Otho: auidū & minacē militū animum voce vultuq; tēperans. Mariū Celsum cōsulem designatū: & Galbæ vsq; in extremas res amicū fidumq; ad suppliciū exposculabant. Industriæ eius innocētixq; quasi malis artibus infensi. Cædis & prædæ initium: & optimo cuiq; perniciem queri apparebat. Sed Othoni nōdum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. Ita simulatione iræ: vinciri iussum: & maiores pœnas daturum affirmās: præsentī exitio subtraxit. Oia deinde arbitrio militū acta. Prætorij præfectos sibi ipsi legere. Plotiū firmum e manipularibus quondā: tū vigili bus præpositū: & incolumi adhuc Galba partes Othonis secutū. Adiungit Licinius p̄culus intima familiaritate Othonis suspectus cōsilia eius fouisse: Vrbi Flauiū Sabiniū præfecere: iudiciū Neronis secuti: sub quo eandē curā obtinuerat: plerisq; Vespe sianū fratrem in eo respiciētibus: flagitatū vt vacatiōes p̄stari cēturionibus solitæ: remitteret. Nāq; gregarius miles vt tributū annuū pēdebat. pars manipulis: pars p̄ cōmea

Galba proiectus  
sella

Interrogat  
euocatus

Mox Iuli Junij

transuerberatus  
quæ

Mox pisonis  
insatiabilibus oculis

Cotis capita gestantur

libelli præmia exposcentium

munimentum ad præsens  
posterum vltionem

quanto magis falsa erant  
tanta plura facere

ita arbitrio militum  
acta

vacatiōes p̄stari

LIBER. XVII.

tus: aut in ipsis castris vaga: dum mercedem centurioni exolueret: neq; modum oneris quisquam: neq; genus questus pensi habebat. Per latrocinia & raptus: aut seruilibus ministerijs militare ocium redimebant. Tum locupletissimus quisq; miles labore ac saeuicia fatigari: donec vacationem emeret. Vbi sumptibus exhaustus socordia miser elanguerat: inops pro locuplete & iners pro strenuo in manipulum redibat. ac rursus alius atq; alius eadem egestate ac licentia corrupti: ad seditionem & discordias & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Othone vulgi largitione centurionum animos auerteret: ex fisco suo vacationes annuas exoluturę promisit: Rem haud dubie vtilem: & a bonis postea principibus perpetuitate disciplinae firmata. Laco praefectus: taquam in insulam seponeretur: ab euocato quem ad caedem eius Otho praemiserat: cofossus. In Martianum Icellum: vt in libertum palam animaduersum. Exacto per scelera die nouissimū malorum fuit laetitia. Vocat senatum praetor Urbanus: certat adulationibus ceteri magistratus. Accurrunt patres. decernitur Othoni tribunicia potestas. & nomen augusti: & oēs principum honores: annitentibus cunctis abolere conuitia ac probra: quae promiscue iacta haesisse animo eius: nemo sensit. Omisisset offensas an distulisset: breuitate imperij in incerto fuit. Otho cruento adhuc foro: per strages iacentium in capitolium: atq; inde in palatium vectus: concedi corpora sepulturae: cremariq; permisit. Pisonem Verania vxor ac frater Scribonianus. T. Iuniū Crispina filia composuere: quaesitis redemptisq; capitibus: quae venalia interfectores seruauerant. Pisonem & tricesimum aetatis annum explebat: fama meliore q̄ fortuna. Fratres eius magnū Claudius Crassum: Nero interfecerant. Ipse diu exul. quadriduo Caesar properata adoptione. Ad haec tñ maiori fratri praelatus est: vt prior occideret T. Iunius. xlvij. annos varijs moribus egit. Pater illi eptoria familia: maternus auus eproscriptis. Prima militia infamis. Legatum Caluissū Sabinū habuerat: cuius vxor mala cupidine visendi situm castrorū per noctem militari habitu ingressa: cum vigilas & caetera militiae munia eadē lasciuia temptasset: in ipsis principijs stuprū ausa: & criminis huius reus. T. Iunius arguebatur. Igitur iussu. C. Caesaris oneratus catenis: mox mutatione temporū dimissus: cursu honorū inoffenso: legioni post praeturā prae positus: probatusq; seruili deinceps probro respersus est tanquam scyphum aureum in conuiuio Claudij furatus. Et Claudius postera die soli omnium Iunio fictilibus ministrari iussit. Sed Iunius pro consulatu Galliam narbonensem seuerē integraq; rexit. Mox Galbae amicitia in abruptum tractus: audax: callidus: promptus: & prout animū intendisset: prauus aut industrius. Eadem vi testamētum. T. Iunij magnitudine opum irritum. Pisonis supremā voluntatem paupertas firmavit. Galbae corpus diu neglectum: & licentia tenebrae plurimis ludibrijs vexatū: dispesator Argius: e prioribus seruis: humili sepultura in priuatis eius horris contexit. Caput per lixas calonesq; suffixum: laceratū ante patrobij tumultū. libertus is Neronis punitus a Galba fuerat. Postera demum die repertū: & cremato iam corpori admixtum est. hunc exitum habuit Seruius Galba tribus & septuaginta annis, quinque principes prospera fortuna emensus: & alieno impio felicior q̄ suo. Vetus i familia nobilitas. magna opes ipsi mediū ingeniū. magis extra vitia q̄ cum virtutibus. Famae nec icuriosus: nec veditator. Pecunia alienae nō appetēs: suae parcus: publicae avarus. Amicorū libertorūq; vbi in bonos incidisset: sine repraesensione patiens. si mali forent: vsq; ad culpā ignarus. Sed claritas natalium & metus temporū obtinuit: vt qd̄ segnicia erat sapiētia vocaret. Dum vige bat aetas: militari laude apud germanias floruit. pconsul Africam moderate: iam se

*Jubutu ceteris p  
bat milis*

*Vacationes tunc*

*Laco cofossus ab tunc*

*Amaduissum*

*Certat adulatione*

*Jub. ptae Otho*

*Redemptis capitibus*

*Cupido visendi situm*

*stroz in ser  
in pncipis stupr*

*Scyphum in conuiuio  
tus Iunius*

*Dispesator Argius*

*Caput p lixas*

*Mediu ingeniū*

*Magis ex vitia q̄  
virtutibus*

*Segnicia pro sapi*

nior ceteriorem Hispaniam pari iusticia continuit. maior priuato visus: dum priuatus fuit: & omnium consensu capax imperij nisi imperasset. Trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris: simul veteres Othonis mores pauentem: nouus insuper de Vitellio nuncius exterruit: ante eadem Galba suppressus: ut tamen superioris germaniae exercitum descivisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicia: ignauia: luxuria deterrimos: velut ad prendendum imperium fataliter electos: non senatus modo & eques: quis aliqua pars & cura reip. sed vulgus quoque palam merere. Nec iam recentia saeva pacis exempla: sed repetita bellorum civilium memoria: captam totiens suis exercitibus urbem: vastitatem Italiae: direptiones provinciarum: Pharsaliam: Philippas & Perusiam ac Mutinam nota publicae cladum noxia loquebatur. Prope euersum orbem etiam cum de principatu inter bonos certaretur. Sed mansisse. C. Iulio: mansisse Caesare Augusto victore imperium. Mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rempu. Nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros: Vtraque impia preces: utraque detestanda vota inter duos. quorum bello solum id scires: deteriorem fore qui vicisset. Erant qui Vespasianum & arma orientis augurarentur. & ut potior utroque Vespasianus: ita bellum aliud atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama. Solusque omnium ante se principum: in melius mutatus est. Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. Casus cum omnibus copiis Iulio vindice: ferox praeda gloriaque exercitus: ut cui sine labore ac periculo: ditissimi belli victoria euenisset: expeditionem & aciem: praemia quam stipendia mallebat. diuque infructuosam & asperam militiam tolerauerat: Ingenio loci caelique & seueritate disciplinae: quam in pace inexorabilem discordiae civium resoluunt paratis utrinque corruptoribus: & perfidia impunita. viri: arma: equi ad usum: & ad decus supererant. Sed ante bellum centurias tamen suas turmaeque nouerant. exercitus finibus provinciarum discernebantur. Tum aduersus vindicem contractae legiones seque & gallias ex parte: quaerere rursus arma: nouasque discordias. nec socios ut olim: sed hostes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum: quae rhenum accolit: easdem partes secuta: ac tum acerrima instigatrix aduersus Galbianos: hoc. n. nomen fastidito vindice indiderant. Igitur Sequanis heduisque ac deinde prout opulencia ciuitatibus erat: infensi: expugnationes urbium: populationes agrorum: raptus penatium. hauserunt animo: sine auariciam & arrogantiam praecipua validiorum vitia: contumacia Galloque irritati: qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem: & publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. Accessit callide vulgatum temere creditum: decumari legiones: & promptissimum quemque centurionum dimitti. Vndique atroces nuncios: sinistra ex urbe fama infensa lugdunensis colonia. & pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque in ipsis castris: odio: metu: & ubi vires suas respererant securitate. Sub ipsas superioris anni Kalendas decembris. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus: hyberna legionum cum cura adierat. redditi pluresque ordines: remissa ignominia: alleuata nota. plura ambitione: quaedam iudicio: in quibus sordem & auariciam Fontei capitonis: adimendis assignandisue militum ordinibus integre mutauerat. Nec consularis legati mensura: sed in maius omnia accipiebantur. Et Vitellius apud seueros humilis. Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant: quae sine modo: sine iudicio donaret sua: largiret aliena. Simul auariciam imperandi ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu sicut modesti quietique: ita mali & strenui. Sed profusa cupidine: & insigni temeritate legati legionum. A. Cecina & Fabius Valens: e quibus valens infensus Galbae: tanquam detectam a se Virginij cotationem: op

*fatalis ad pcedu ipm*

*publhorz dudu nota*

*detestanda vota*

*Ca mot Vitelliani*

*Ingenio loci caelique*

*Rhenum accolit*

*Galbianos*

*Decumari legiones*

*Similia forma*

*Vitellius inferiorem  
germaniam ingressus*

*vitia & virtutes*

*Valens infensus Galbae*



## LIBER. XVII.

pressa capitonis cōsilia ingratis tulisset: instigare Vitellium: ardorem militum ostentans. Ipsum celebri ubiq; fama: Nullam in Flacco ordeonio moram. Affore Britaniā. Secutura Germanorum auxilia malefidas puincias. precarium seni imperium: & breui transiturum. Panderet modo finum: & venienti fortunæ occurreret. Merito dubitasse Virginiū equestri familia: ignoto patre: Imparem si recepisset imperium: tutū si recusasset: Vitellio tres patris consulatus. Censuram: collegium Cæsaris imponere iam pridem Imperatoris dignationem: auferre priuati securitatem. Quatiebatur his segne ingeniu: vt concupisceret magis q̄ vt speraret. At in superiore Germania Cecina decora iuuenta: corpore ingēs: animi immodicus: cito sermone erecto incessu: studia militum illexerat. Hunc iuuenem Galba quæstorem in Betica impigre in partes suas trāsgressum legioni præposuit. Mox compertum publicam pecuniam auertisse vt peculatore flagitari iussit. Cecina egre passus miscere cuncta: & priuata vulnera reip. malis operire statuit. Nec deerant i exercitu semina discordiæ q; & bello aduersus Vindicem. vniuersus affuerat: nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam: atq; in eo ipso sacramēto vexillis inferioris Germaniæ prauētus erat. Et Treuiri ac lingones quasq; alias ciuitates atrocibus edictis: aut damno finium Galba perculerat: hybernis legionum propius miscēt. Vnde seditiosa colloquia: & inter paganos corruptior miles: & in Verginiū fauor cuiuscunq; alij p̄ futurus. Miserat ciuitas Lingonum veteri instituto dona legionibus dēxtras hospitij iſingne. Legati eorum in squalorem mesticiamq; compositi per principia: per cōtubernia modo suas iniurias: modo ciuitatum vicinarum premia: & vbi pronis militum animis accipiebātur ipsius exercitus pericula & contumelias conquerentes: accendebāt animos. Nec procul seditione aberant: cum hordeonius Flaccus abire legatos: vtq; occultior digressus esset: nocte castris excedere iubet. Inde atrox rumor: affirmantibus plarīsq; interfectos: ac nisi ipsi consulerent: fore vt accerrimi militum & præsentia cōquesti: per tenebras & inscitiam cæterorum occiderentur. Obstringuntur inter se tacito fœdere legiones. Asciscitur auxiliorum miles primo suspectus: tanq̄ circumdatis cohortibus: alīsq; impetus i legiones pararetur. Mox eadem acrius voluens faciliore inter malos cōsensu ad bellum: q̄ in pace ad concordiam inferioris inde germaniæ legiones solemnī Kal. Ianu. sacramento pro Galba adactæ multa contatione & raris primorum ordinum vocibus. cæteri silentio proximi. cuiusq; audaciam expectantes. Inſita mortalibus natura ppere sequi: que piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diuersitas animorum. primani quintanique turbidi: adeo vt quidam saxa in Galbæ imagines iecerint. quintadecima ac sextadecima legiones nihil vltra fremitum & minas auæ: initium erumpendi circūspectabāt. At in superiori exercitu: quarta ac duodeuicesima legiones iſdem hybernīs tendentes ipso Kal. Ianu. die dirrumpunt imagines Galbæ. quarta legio promptius. duodeuicesima contanter. Mox consensu. Ac ne reuerentiam imperij exuere viderentur: in senatus populiq; romani oblitterata iam nomina: sacramenta aduocabant. nullo legatorū tribunorumue p̄ Galba nitente. quibusdam vt in tumultu notabilius turbantibus. Non tñ quisq; in modum contionis aut suggestu locutus. neq; enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitij hordeonius flaccus consularis legatus aderat nō compescere ruentes: non retinere dubios: non cohortari bonos ausus: sed segnis: pauidus: & socordia innocens. Quattuor Centuriones duodeuicesimæ legionis Nonius receptus. Donatius valens: Romulus Marcellus: Calphurnius repentinus: cum protegerent Galbæ imagines: impetu militum abrepti: vinctiq; nec cuiq; vltra fides: aut

faciunt impudens  
venit fortis  
2ere

Segne / inge<sup>m</sup> / vit

Cito / somn. / ai / in  
in / Cæsar

peculatore

Int / paginas / corru  
miles

hospitij / iſingne  
p̄ / p̄ncipia

Solene / sacra  
Cat / p̄

ppc / seq. q̄ / p̄ncipia  
are  
Quintani / p̄

dirrumpunt / m  
Galba

Flac. / Scordia / i

*in phocent. of  
fuisse*

*ab. Va. impa. Vitell.  
in saluta.*

*ex cap. 2. miles in  
arma. tradebat*

*uati. e. f. f. f.  
m. a. t.*

*grata memoria  
Capitonis*

*labnorum cohortes  
put. inclinat.*

*in alio Lugd. 2. f. f.*

*g. g. a. h. l. p. e. f. d. u. o.  
h. e. s. t. i. b. o.*

*g. e. s. i. n. b. o. p. i. b. q.  
h. e. s. t. i. b. o.*

memoria prioris sacramenti. Sed quod in seditionibus accidit: unde plures erant. omnes  
fuere. Nocte qua Kal. Ianu. secuta est colonia agrippinensem aquilifer quartae legionis  
epulati Vitellio nunciat: quartam & duodevicesimam legiones pietatis Galbae imaginibus:  
in senatus & populo romano. verba iurasse. Id sacramentum inane visum: occupari nutantem  
fortunam: & offerri principem placuit. Missi a Vitellio ad legiones legatosque: qui de-  
sciscentes: aut si concordia & pax placeat: faciendum Imperatorem. & minore discrimi-  
mine summi principem quam quari. Proxima legionis primae hyberna erant. & promptissi-  
mus e legatis Fabius valens. Is die postero coloniam agrippinensem cum equitibus le-  
gionis: auxiliariorumque ingressus. Imperatorem Vitellium consalutavit. Secuta inge-  
ti certamine eiusdem provinciae legiones: & superior exercitus speciosis senatus po-  
puli que romani nominibus relictis. iij. Non. Ianu. Vitellio accessit. Scires illum priore  
biduo non penes rem. fuisse ardorem exercituum. Agrippinenses: Treveri: Lingones:  
aequabant auxilia: equos arma: pecuniam offerentes. ut quisque corpore: opibus: ingenio  
validus. Nec principes modo coloniarum aut castrorum quibus praesentes ex affluenti &  
parta victoria: magna spes: sed manipuli quoque & gregarius miles viatica sua: & bal-  
teos: phalerasque insignia armorum argento decora: loco pecuniae tradebant: instinctu &  
impetu: & avaricia. Igitur laudata militum alacritate Vitellius ministeria principa-  
tus per libertos agi solita: in equites romanos disponit. Vacationes Centurionibus ex  
fisco numerat. Saeviciam militum pluresque ad poenam. exposcentium: saepius appro-  
bat. parum simulatione vinculorum frustratur. Pompeius propinquus procurator  
Belgicae: statim interfectus. Iulium Burdunum Germanicae classis praefectum: astu sub-  
traxit. Exarserat in eum iracundia exercitus: tanquam crimen ac mox insidias Fonteio Ca-  
pitioni struxisset: Grata erat memoria Capitonis: & apud saevientes occidere palam:  
ignoscere non nisi fallendo licebat. Ita in custodia habitus. Et post victoriam demum stratis  
iam militum odijs dimissus est. Interim ut piaculum obijcitur Ceterio Crispinus:  
qui se sanguine Capitonis cruetauerat Eoque & postulantibus manifestior: & punienti-  
vilior fuit. Iulius deinde civilis periculo exemptus: praepotes inter Batauos: ne suppli-  
cio eius ferox gens alienaretur. Et erant in ciuitate Lingonum. viij. Batauorum cohortes.  
quartedecimae legionis auxilia: tum discordia temporum a legione digresse put incli-  
nassent: gratae momentum socium aut aduersum: Nonium donatum: Romulum Calphurni-  
um Centuriones de quibus supra rettulimus: occidi iussit: danatos fidei crimine gra-  
uissimo inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicae provinciae le-  
gatus: quem mox Vitellius generum asciuit: & Iunius Blesus Lugdunensis Galliae re-  
ctor: cum italica legione: & ala tauriana Lugduni tendentibus. Nec in Rheticis copijs  
mora quo minus statim adiungerentur. Ne in Britania quidem dubitatum. Praerat  
Trebellius maximus per avariciam: ac sordes contemptus exercitui inuisusque. Accen-  
debat odium eius Roscius Celius legatus vicesimae legionis olim discors: sed occasio-  
ne civilium armorum atrocius proruperant. Trebellius seditionem & confusum ordi-  
nem disciplinae Celio: Spoliatas & inopes legiones: Celius Trebellio obiecitabat. Cum  
interim foedis legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta. Eoque discordiae  
ventum: ut auxiliarium quoque militum conuiuijs proturbatus: & aggregatibus se Ce-  
lio cohortibus alisque desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. quies provinciae  
quae remoto consulari mansit. Rexere legati legionum pares iure Celius audendo poten-  
tior. Adiuncto britanico exercitu: ingens viribus opibusque Vitellius: duos duces duo-

## LIBER. XVII.

itineribus bello destinavit. Fabius valēs allicere: vel si abnuerint vastare Gallias: & quotidianis alpiibus Italiam irrūpere Cecina ppriore transitu a peninis iugis digredi iussus Valēti inferioris exercitus electi cum aquila quintę legiōis: & cohortibus aliisq; ad. xl. milia armatorū data. xxx. milia Cecina e superiore germania ducebat. quorū robur legio vna prima & vicesima fuit. addita vtriq; Germanorum auxilia. e quibus Vitellius suas quoq; copias suppleuit: tota mole belli secuturus. Mira inter exercitū imperato remq; diuersitas. Instare miles arma poscere dum Gallia trepidant: dū hispania contentē. Non obstare hyemem: neq; ignaua pacis moras. Inuadendā Italiam. occupandam urbem. Nihil in discordijs ciuilibus festinatione tutius: vbi facto magisq; cōsulto opus esset. Torpebat Vitellius: & fortunam principatus inertiluxu: ac pdigis epulis presumebat: medio diei temulentus: & sagina grauis: cum tñ ardor & vis militum vltro ducis munia implebat: vt si adesset Imperator: & strenuis ve ignauis spem metumq; adderet: instructi interitū signum pfectionis exposcunt. Nomen Germanici vitellio statim additum: Cæsarem se appellari ēt victor phibuit. Letum augurium Fabio Valenti exercituiq; quē in bellum cogebat: ipso pfectionis die: aquila leui meatu p ut agmē icederet: velut dux via prauolauit. longumq; perspacium is gaudentiū militum clamor: ea quies iterrita alitis fuit: vt haud dubiū magnæ & pspere rei omen acciperet. Et treuiros quidem vt socios securi adiere Dinoduriū medio matricorū id oppidum est: q̄q; oī comitate exceptos: subitus pauor terruit: raptis repente armis: ad ceteram innoxia ciuitatis: non ob prædam: aut spoliandi cupidinem: sed furore & rabie. & causis icertis: eoq; difficilioribus remedijs. donec precibus ducis mitigati ab excidio ciuitatis temperauere. Cæsa tñ ad quattuor milia hominū. Isq; terror Gallias inuasit: vt venienti mox agmini vniuersæ ciuitates cū magistratibus & precibus occurrerēt stratis per vias pueris fœminisq; quæq; alia placamēta hostilis iræ nō quidem in bello: sed p pace tendebant. Nuncium de cæde Galbæ & Imperio Othonis Fabius Valens in ciuitate leucorū accepit. Nec militum animus in gaudiū: aut formidinem per motus: bellum voluebat. Gallis cōtatio exempta: & in Othonem ac Vitellium odiū par: ex Vitellio & metus. Proxima lingonū ciuitas erat: fida partibus: benigne excepti: modesta certauere. Sed breuis leticia fuit: cohortium intemperie. quas a legione. xiiij. vt supra memorauimus: digressas: exercitui suo Fabius valens adiūxerat. Iurgia primum: mox rixa inter Batauos & legiōarios: dū his aut illis studia militū aggregant: ppe in preliū exarsere: ni valens animaduersione pauorū: oblitos iā Batauos Imperij admonisset. Frustra aduersus heduos quæsitā belli cā. Iussi pecuniā atq; arma deferre: grauitos insup cōmeatū pbuere: quod hedui formidine. Lugdunēses gaudio fecere. Sed legio Italica & ala taurina abductæ Cohortes. xvij. lugduni solitis sibi hybernis relin qui placuit. Mālius valens legatus Italicæ legionis: q̄q; bene de ptibus meritis: nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis cū criminatiōibus infamauerat Fabius ignarū: & quo incautior deciperet: palā laudatum. Veterē inter lugdunēses viennensēq; discordiam proximū bellum accenderat: Multæ inuicē clades: crebrius infestiusq; q̄ vt tñ propter Neronem Galbamq; pugnaretur. Et Galba redditus lugdunēsiū occasione iræ in fiscū verterat. Multus contra in Viennenses honor. Vnde æmulatio & inuidia: & vno amne discretis connexum odiū. Igitur lugdunēses extimulare singulos militū: & in euerfionē Viennensium impellere: obsessam ab illis coloniam suā: adiutos vindicis conatus: conscriptas nuper legiones in præsidium Galbæ referendo. Et vbi causas odioꝝ prætenderant: magnitudinē prædæ ostēdebāt. Nec iam secreta exhortatio: sed

*Cottianus  
p. f. i. o. r. ex  
Fabius Valens  
Cecina*

*Hel. f. f. h. a. t. o. r. t. u. t. i. o.  
Seditæ*

*Sagitta f. u. i. s. V.*

*Germanicus Vit.*

*Omnis Ayla*

*Mattia*

*placamenta hosti*

*Iurgia p. m. mox*

*Italica Legio*

*Criminatioib  
mauent*

*Lugdunense g  
nensē*

publicæ præces Irent ultores excinderent sedem gallici belli. Cuncta illic externa & ho-  
stilia, se coloniam romanam & partem exercitus: & prosperarum aduersarumq; re-  
socios: si fortuna contra daret: iratis ne relinquerentur. his & pluribus in eundem mo-  
dum perpulerant: vt nec legati quidem ac duces partium: restingui posse iracundiam  
exercitus arbitrarentur: cum haud ignari discriminis sui Viennenses velamenta & in-  
fulas præferentes: vbi agmen inceserat: arma genua: vestigia: prehensando flexere mi-  
litum animos. Addidit Valēs tricenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas di-  
gnitasq; coloniae valuit. Et verba Fabij salutem incolumitatemq; Viennensium com-  
mendantis: equis auribus accepta. Publice tamen armis mulctati: priuatis & promi-  
scuis copijs iuuere militem. Sed fama constans fuit: ipsum valentem magna pecunia  
emptum. Is diu sordidus repente diues: mutationem fortunæ male tegebat. Accen-  
sis egestate longa: cupidinibus immoderatus: & inopi iuuenta senex prodigus. Len-  
to deinde agmine per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus: ipsa iti-  
neris spacia: & staturorum mutationes venditâte duce fedis pactiõibus: aduersus pos-  
sessores agrorum: & magistratus ciuitatum: adeo minaciter: vt luco: municipium id  
Vocontiorum est: faces admouerit: donec pecunia mitigaretur. quotiens pecunia mate-  
ria deesset: & stupris & adulterijs exorabatur. Sic ad alpes peruentum. plus prædæ  
ac sanguinis Cecina hausit. Irritauerant turbidum ingenium heluetij gallica gens: soli  
in armis: virisq; mox memoria nominis clara: de cæde Galbæ ignari & Vitellij imperi-  
riũ abnuentes. Initiũ bello fuit auaricia ac festinatio Vndeicesimæ legionis. Rapue-  
rant pecuniam missam in stipendium castelli: quod olim heluetij suis militibus ac sti-  
pendijs tuebantur: egre id passi heluetij interceptis epistolis: quæ nomine Germanici  
exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur: cæturionem & quosdam militum in cu-  
stodia retinebant Cecina belli auidus: proximam quanq; culpam antequam pœnite-  
ret: ultum ibat. Mota propere castra. Vastati agri. Direptus longa pace in modum  
municipij extructus locus: ameno salubrium aquarum vsu frequens. Missi ad Rhe-  
tica auxilia nuncijs: vt versos in legionem heluetios a tergo aggredierentur. Illi ante di-  
scrimen feroces: in periculo pauidi: q̄q̄ primo tumultu Claudiũ seueræ ducem legerat:  
non arma noscere: non ordines sequi: nõ in vnum cõsulere: exitiosum aduersus vetera-  
nos prælium: in tuta obsidio dilapsis vetustate mœnibus. Hinc Cecina cū valido ex-  
ercitu: inde Rheticæ alæ cohortesq;: & ipsorū rhetorū iuuentus sueta armis: & more  
militiæ exercita: vndiq; populatio & cædes. Ipsi in medio vagi abiectis armis: magna  
pars faucij aut pallantes in montem Vocecium perfugere. Ac statim immissa cohorte  
thracum depulsi: & consecrantibus Germanis Rhetisq;: per siluas atq; in ipsis late-  
bris trucidati. Multa hominum milia cæsa: multa sub corona venūdata: Cumq; diru-  
ptis omnibus auenticum gentis caput iusto agmine peteretur: missi qui dederent ciui-  
ritatem: & deditio accepta. In Iulium alpinum e præcipibus vt concitorẽ belli cecina ani-  
maduertit. Cæteros veniæ vel sauciæ Vitellij reliquit: haud facile dictu est: legati hel-  
uetiorum minus placabilem Imperatorem: an militem inuenerint. Ciuitatis excidi-  
um poscunt tela ac manus in ora legatorum intentat. Ne Vitellius quidem minis ac  
verbis temperabat: Cum Claudius cossus vnus ex legatis: notæ facundiæ: sed dicendi  
artem apta trepidatione occultans: atq; eo validior: militis animum mitigauit: vt est  
mos vulgo mutabilem subitis: & tam pnum in misericordiã: quam in modicum seui-  
cia fuerat. Effusis lachrymis: & meliora constantius postulãdo: impunitatem salutẽ  
q; ciuitati impetrauere. Cecina paucos in heluetijs moratus dies: dũ sententiã Vitellij

Velamenta & infula  
Viennensium

diu sordidus repente di-  
ues  
Cupidinibus immoderatus  
Valens  
Senex prodigus

Stupris exorabatur

heluetij leui obsequio

intuta obsidio

Corona venūdata

Conator belli

legati pnum in misericordiã  
mutabilem subitis

LIBER. XVII.

certior fieret: simul transitum alpium parans: letum ex Italia nuncium accipit. Alam  
 Syllanam circa padū agentē sacramento Vitellij accessisse. Proconsulē Vitelliū Sylla  
 ni in Africa babuerant mox a Nerone vt in Egiptum præmitterent exciti: & ob bellū  
 vindicis remorati: ac tum in Italia manētes instinctu decurionum: qui Othonis igna  
 ri. Vitellio obstructi: robur aduentantium legionum & famā germanici exercitus at  
 tollebant: transire in partes: & vt domum aliquod nouo principi firmissima transpa  
 danæ regionis inunicipia Mediolanum ac Nouariam: & Eporediā: & Vercellas ad  
 iunxere. Id Cecinæ per ipsos compertum: & quia præsidio alæ vnus latissima pars Ita  
 liæ defendi nequibat: præmissis Gallorum Lusitanorū Britannorumq; cohortibus: &  
 Germanorū vexillis: in alpe graia ipse paululum contatus: num rhetoricis iugis in No  
 ricum flecteret: aduersus Petroniū vrbis pcuratorem: qui concitis auxilijs: & iterrup  
 tis fluminum pontibus: fidus Othoni putabatur. Sed metu ne amitteret præmissas  
 iam cohortes. alasq; simulac reputās: plus glorię retenta Italia: & vbicunq; certatum  
 foret: Noricos in cætera victoriæ præmia cessuros: penino itinere subsignanum mili  
 tem & graue legionum agmen hybernis adhuc niuibus traduxit. Otho interim cōtra  
 spem omnium nō delicijs: neq; defidia torpescere: dilate voluptates: dissimulata luxu  
 ria: & cūcta ad decorem iperij composita. Eoq; plus formidinis afferebant falsę virtu  
 tes & vitia reditura. Mariū Celsū cōsulem designatum per speciem vinculoꝝ: sequi  
 cæ militum subtractū: acciri in capitolium iubet. Clementiæ titulus e viro claro & par  
 tibus inuiso petebat. Celsus cōstanter seruata erga Galbam fidei crimen cōfessus: exē  
 plum vltro iputauit. Nec Otho quasi ignosceret: sed ne hostis metū reconciliationis  
 adhiberet: statim intra intimos amicos habuit: & mox bello inter duces delegit. Mā  
 sitq; Celso velut fataliter ēt pro Othone fides integra & infelix. Leta pro moribus ciui  
 tatis: celebrata in vulgus: celsi laus: ne militibus quidem igrata fuit eandem virtutem  
 admiratibus cui irascebant. Par inde exultatio disparibus causis consecuta: impetra  
 to Tigilini exitio Othonius Tigillinus obscuris parentibus: feda puericia: impudica  
 senecta prefecturam vigilum & pretorij. & alia præmia virtutum quia velocius erat  
 vitijs adeptus: crudelitatem mox deide auariciam: & virilia scelera exercuit: corrupto  
 ad oē facinus Nerone: quædam ignaro ausus: ac postremo eiusdē desertor ac pditor.  
 Vnde nō aliū pertinacius ad penā flagitaueret: diuerso affectu: quibus odiū Neronis i  
 erat: & quibus desyderiū. Apud Galbā. T. Iunij potētia defensu prætexētis seruata  
 ab eo filiā: & haud dubie seruauerat: nō clemētia quippe tot interfectis: sed effugio in  
 futurū: quia pessimus quisq; diffidētia præsentium mutationem pauēs: aduersus publi  
 cū odium: priuatā gratiam præparat. Vnde nulla inocentiæ cura: sed vices ipunitatis  
 eo ifensior populus addita ad uetus Tigilini odiū recenti. T. Iunij inuidia: cōcurrere  
 ē tota vrbe in palatiū ac fora. & vbi plurima vulgi licētia: in circū ac theatra effusi: sedi  
 tiosis vocibus obstrepere: donec Tigillinus accepto apud Suesenas aquas supremæ  
 necessitatis nūcio: inter supra concubinarū & oscula: & deformes moras: sectis noua  
 eula faucibus. infamē vitam fedauit ēt exitu sero & inhonesto. Per idē tēpus expoſtula  
 ta ad suppilciū Galuia Crispilina varijs frustrationibus: & aduersa dissimulātis princi  
 pis fama: periculo exēpta est magistra libidinum Neronis: trasgressa in africā ad insti  
 gandum in arma Clodiū Macrum: famē populi Romani haud obscure molita: toti  
 us postea ciuitatis gratiā obtinuit consulari matrimonio inixa. & apud Galbā: Otho  
 nem Vitelliū illesa. Mox potēs pecunia: & orbitate: quæ bonis malisq; tēporibus iux  
 ta valent: Crebræ iterim & muliebribus blandicijs ifectæ ab Othone: ad Vitelliū epi

*Eporedia*

*dilata nudupta  
Othoni*

*Celso fides m*

*de obitu Tigilli*

*pessimus quisq; diffidētia  
præsentium mutationem pauēs  
punitatis*

*Simulacra*

*Honora scanti*

*Galvina Crispilina*

*pecunia va  
orbitate*

stolæ offerbantur: pecuniam & gratiam: & quum cunq; quietis locum prodigæ vitæ legisset. Paria Vitellius ostendebat: primo mollius: stulta vtrinq; & indecora simulatione. Mox quasi rixantes: supra & flagitia inuicem obiectauerunt: neuter falso. Otho reuocatis quos Galba miserat legatis: rursus alios ad vtrumq; germanicū exercitum: & ad legionem italicam: easq; quæ Lugduni agebant copias: specie senatus misit. Legati apud Vitellium remansere: p̄mptius q̄ vt retenti viderent. Prætoriani quos per simulationē officij legatis Otho adiunxerat: remissi anteq̄ legionibus miscerent. Ad dit epistolas Fabius Valens noīe germanici exercitus: ad prætorias & vrbanas cohortes: de viribus partiū magnificas: & cōcordiam offerentes. Increpabāt vltro q; tāto ante traditū Vitellio iperium: ad Othonē vertissent. Ita p̄missis simulacris tentabatur: vt bello iparens: i pace nihil amissuri. Neq; ideo prætorianorū fides mutata. sed infidiatores ab othone in germaniā: a Vitellio in urbē missi. Vtriusq; frustra fuit Vitellianis ipune per tantam hominū multitudinē mutua ignorātia fallentibus. Othoniani nouitate vultus: oibus inuicē ignaris p̄debantur: Vitellius litteras ad Tucionum fratrem Othonis composuit: exitium ipsi filioq; eius minitans: ni icolumes sibi mater ac liberi setuarentur. Et stetit domus vtraq; sub Othone: incertum an metu. Vitellius victor clementiæ gloriam tulit. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illirico nuncius iurasse in eum Dalmatiæ ac Pannoniæ & Mesiæ legiones. Idē ex hispania allatum. Laudatusq; per edictum Cluuius rufus: & statim cognitum est: conuersam ad Vitellium hispaniam. Nec aquitania quidem quanq̄ a Iulio Cordo in verba Othonis obstricta diu mansit. Nusq; fides aut amor metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadē formido prouinciā narbonensem ad Vitellium vertit: facili transitu ad proximos & validiores: Longinquæ prouinciæ: & quicquid armorū mari dirimitur: penes Othonem manebant: nō partium studio: sed erat grande momentum in nomine vrbis: ac prætextu senatus. Et occupauerat animos prior auditis. Iudaicū exercitū Vespasianus: Syriæ legiones mutianus sacramento Othonis adegere. Simul egyptus: omnesq; versus in orientem prouinciæ nomine eius tenebantur. Idem africæ obsequium: initio a Carthagine orto neq; expectata Hispania proniani proconsulis auctoritate. Crescens Neronis libertus: nam in malis temporibus partem se reip. fecerat. epulum plebi oblecticiam recentis imperij obtulerat. & populus pleraq; sine modo festinauit. Cartaginē ceteræ ciuitates secuta. Sic distractis exercitibus ac prouincijs Vitellio quidem ad capeffendam p̄cipatus fortunam bello opus erat. Otho vt in multa pace munia iperij obiebat. quædam ex dignitate reip. pleraq; cōtra decus & præsentivsu p̄perando. Cōsul cum Titiano fratre in Kal. martias Ipse proximos menses Verginio destinat: vt ali quod exercitui germanico delenimentum. Iungitur Verginio Pompeius Vopiscus: prætextu veteris amicitia. Pleriq; viennensium honori datum interpretabatur. Ceteri consulatus ex destinaōe Neronis aut Galbæ mansere. Celio ac Flauio sabinis in Iulias: Archio Antonio & Mario celfo i septembres: quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. Sed Otho pontificatus auguratusq; honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit. & recens ab exilio reuersos nobiles adolescētulos auitis ac paternis sacerdotiis in solacium recoluit. Redditus Cadio rufo: Pedio Bleso Seuino pontio senatorius locus: qui repetundarū criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoscentibus verso nomine qd̄ avaricia fuerat: videri maiestatem cuius tum odio ēt bonæ leges peribant. Eademq; largitiōe ciuitatū quoq; ac prouinciarum animos aggressus: hispaniensibus & emeritensibus familiarū adiectiones: Lingonib;

luxuriosus stupor  
obscure

Ad prouincias & vrbes  
cohortes

Infidatores utriusq;

filia

Hicq; fides & amor

obsequium

Otho munia iperij  
obiebat

Ambrosius ac p̄na  
videtur

## LIBER. XVII.

vniuersis ciuitatem romanam: puincia beticæ mauroꝝ ciuitates dono dedit. Noua  
 iura cappadociæ: noua africæ ostenta: magisq̃ mansura. Interq; necessitate præsentiu  
 reꝝ & instantibus curis excusata: ne tum quidē immemor amorꝝ: statuas Popæ per  
 senatusconsultum reposuit. Creditus est et de celebranda Neronis memoria agitaui-  
 se: spe vulgum alliciēdi. Et fuere qui imagines Neronis pponerent. atq; etiam Otho-  
 ni quibusdam diebus populus & miles tanquam nobilitatem: ac decus astruerēt Ne-  
 roni Othoni acclamauit. Ipse in suspensio tenuit vetandi metum: vel cognoscendi pu-  
 dorem. Conuersis ad ciuile bellum animis: externa sine cura habebantur: Eo audenti-  
 us Rhesolani Sarmatica gens priore hyeme cæsis duabus cohortibus: magna spe ad  
 Mesiam irruerant: Nouem milia equitū & ferocia & successu prædæ magisq̃ pugne  
 intenta: Igitur vagos & incuriosos tertia legio adiunctis auxilijs repete inuasit. Apud  
 romanos omnia prælio apta. Sarmatæ dispersi aut cupidine prædæ graues onere sarcin-  
 arum: & lubrico itinerum adempta equorum pernitate: velut vincti cædebantur.  
 Namq; mirum dictu vt sit omnis Sarmatarum virtus: velut extra ipsos: nihil ad pe-  
 destrem pugnam tam ignauū. Vbi per turmas adueneret: vix vlla acies obstiterit. Sed  
 tum humido die: & soluto gelu: neq; conti: neq; gladi quos prelongos vtraq; manu re-  
 gunt: vsui lapsantibus equis: & catafractarum pondere. Id principibus & nobilissimo  
 cuiq; tegmen: ferreis laminis: aut præ duro corio confertum: vt aduersus ictus impe-  
 netrabile: ita impetu hostium prouolutis inhabile ad resurgendum. Simul altitudine  
 & mollicia niuis hauriebantur. Romanus miles facili lorica: & missili pilo: aut lanceis  
 assultans: vbi res posceret leui gladio iermem Sarmatā: neq; enim defendi scuto mos  
 est: cominus fodiebat: donec pauci qui proelio superfuerant: paludibus abderentur.  
 Ibi sæuicia: hic misericordia vulnerum absumpti. postquam id Romæ compertum.  
 M. aponius Mesiam obtinens: triumphali statua: Fuluius aurelius & Iulianus. Titi  
 us ac Numisius lupus legati legionum consularibus ornamentis donant lato Otho-  
 ne & gliam i se trahēte: tanq̃ & ipse foelix bello: & suis ducibꝝ suisq; exercitibus rep. au-  
 xisset. Paruo iterim initio vnde nihil timebat̃ orta seditio: ppe vrbi excidio fuit. Septi-  
 mamdecimam cohortem e colonia hostiensis: in urbem acciri Otho iusserat. Arman-  
 dæ eius cura Vario Crispino tribuno e prætorianis data. Is quo magis vacuus quietis  
 castris iussa exequeretur: vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamen-  
 tario iubet. Tempus in suspensionem: causa in crimen: affectatio quietis in tumultum  
 equaluit. Et visa inter tumultuos arma: cupidinem sui mouere. Fremit miles & tribu-  
 nos centurionesq; proditiōnis arguit: tanq̃ familiæ senatorum ad perniciem Othonis  
 armarentur. Pars ignaui & vino graues: pessimus quisq; in occasionem prædæ. Vul-  
 gus vt mos est: cuiuscunq; motus noui cupidum. & obsequia meliorum nox abstule-  
 rat. Resistentem seditioni tribunum: & seuerissimos centurionum obruncat. rapta  
 arma. nudati gladij. Insidentes equis urbem ac palatium petunt. Erat Othoni celebre  
 conuiuium primoribus sceminis virisq; qui trepidi fortuitus ve militum furori: an do-  
 lus imperatoris: manere ac deprehendi: an fugere & dispergi: periculosius foret: mo-  
 do constantiam simulare: modo formidine detegi: simul Othonis vultum itueri. Vt  
 q̃euenit inclinatis ad suspensionem mentibus: cum timeret Otho: timebat̃. Sed haud  
 secus discrimine senatus q̃ suo territus: & præfectos prætorij ad mitigandas militum  
 iras statim miserat: & abire propere omnes e conuiuio iussit. Tum vero passim magi-  
 stratus proiectis insignibus: vitata comitum & seruorum frequentia: senes scemineq;  
 per tenebras: diuersa vrbis itinera: rari domos: plurimi amicorum tecta: & vt cuiq;

*Neroni Otho a  
matu*

*Rhoxolan*

*Sarmatarum ut*

*Coh. plogi*

*Catafracti*

*& cruro*

*Facili lura &  
et missili pil*

*Seditio ppe vrbi  
excidio fuit*

*Crispinus*

*Apto Armani*

*Vulgus motus  
impulsi*

*Cum timebat Otho  
timebat*

humillimus cliens incertas latebras petiuere. Militum impetus: ne foribus quidem pa-  
latij coercitus: quo minus conuiuium irrumperent: ostendi sibi Othonem expostu-  
lantes: vulnerato Iulio martiale tribuno: & Vitellio Saturnino praefecto legionis du-  
ruentibus obfistunt: Vndiq; arma & minae: modo i centuriones tribunosq; modo in  
Senatum vniuersum Lymphatis caeco pauore animis: & quia neminem vnum  
destinare irae poterant licentiam in omnes poscentibus: donec Otho contra decus im-  
perij thoro insistens: precibus & lachrymis egre cohibuit. Redieruntq; in castra inui-  
ti: neq; innocentes. Postera die velut capta vrbe: clausae domus. rarus per vias populus.  
mesta plebs. deiecti in terram militum vultus. ac plus tristitiae q̄ poenitentiae. Mani-  
pulatim allocuti sunt Licinius & Proculus & Plotius firmus praefecti: ex suo quisq; in  
genio mitius aut horridius. Finis sermonis in eo vt quina milia nummum singulis mi-  
litibus numerarent. Tum Otho ingredi castra ausus. Atq; illum tribuni centuriones  
q; circumfistunt: abiectis militiae insignibus: ocium & salutem flagitantes. Sensit inui-  
diam miles. & compositus in obsequium: auctores. seditionis ad supplicium vltro po-  
stulabat. Otho q̄q; turbidis rebus: & diuersis militum animis: cum optimus quisq; re-  
medium praesentis licentiae posceret: Vulgus & plures seditionibus & ambitioso im-  
perio lati: per turbas & raptus facilius ad ciuile bellum impellerentur: simul reputas  
non posse principatum sceleris quaesitum: subita modestia & prisca grauitate retine-  
ri: sed discrimine vrbis & periculo senatus anxius. postremo ita differuit. Neq; vt affe-  
ctus vestros in amorem mei accederem commilitones: neq; vt animum ad virtutem  
cohortarer: vtraq; n. egregie supersunt: sed veni postulaturus a vobis temperamentum  
vestrae fortitudinis: & erga me modum caritatis. Tumultus proximi initium non cu-  
piditate vel odio: quae multos exercitus in discordiam egere: ac ne detrectatione qui-  
dem aut formidine periculis: nimia pietas vestra acrius q̄ consideratius excitauit.  
Nam saepe honestas rerum causas ni iudicium adhibeas: perniciosi exitus consecunt.  
Imus ad bellum. non oēs nuncios palam audiri: omnia consilia cunctis praesentibus  
tractari ratio reg: aut occasionum velocitas patit. Tam nescire quaedam milites qua  
scire oportet. Ita se ducū auctoritas: sic rigor disciplinae habet: vt multa etiam per cen-  
turiones tribunosq; tantum iuberi expediat. Si vbi iubeantur quærere singulis liceat:  
pereunte obsequio etiam imperium intercudit. An & illic nocte intempesta rapiuntur  
arma? Vnus alterue perditus ac temulentus: neq; n. plures consternatione proxima  
insanisse crediderim: Centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet? Imperatoris sui  
tentorium irrumpet? Vos quidem istud pro me. Sed in discursu ac tenebris: & rerum  
omnium confusione patefieri occasio etiam aduersus me potest. Si Vitellio & satelli-  
tibus eius eligendi facultas detur quem nobis animum: quas mentes imprecentur?  
quid aliud q̄ seditionem & discordiam optabunt? ne miles centurioni: ne centurio tri-  
buno obsequatur. Hinc confusi pedites equitesq; in exitum ruamus. Parendo potius co-  
militones q̄ imperia ducū sciscitando re militares continentur. Et fortissimus in ipso  
discrimine exercitus e: qui ante discrimen quietissim⁹. Vobis arma & animus sic: mihi  
consilium & virtutis vestrae regimen relinquite. Paucorum culpa fuit. duorum poena  
erit. Caeteri abolete memoriam foedissimae noctis: ne illas aduersus senatum voces vl-  
lus vnq; exercitus audiat. Caput imperij & decora omnium puinciarum ad poenam  
vocare: non hercle illi: quos nunc maxime Vitellius in nos ciet germani audeant: Vlli  
ne italiae allumni: & romana vere iuuentus: ad sanguinem & cadem reposcerent or-  
dinem: cuius splendore & gloria sordes & obscuritatem Vitellianae partiū perstrin-

*Laphat con pmo  
ny*

*plus pultu q; po  
mētra  
Manipulatoz*

*mo patu sede q; fitu  
no retmēi modesta*

*Otho Othomf*

*Ta nescio q; ta mli  
tes q; soie oportet*

*excute obsequo ipiu  
mtradi*

*excute obsequo ipiu  
mtradi*



## LIBER. XVII.

gimus: Nationes aliquas occupauit Vitellius: Imaginem quãdam exercitus habet. Senatus nobiscũ e. Sic fit: vt hinc resp. inde hostes resp. cõstiterint. Quid vos pulcherrimã hanc urbẽ domibus & tectis: & congestu lapidũ stare creditis? Muta ista & inania interciderẽ ac reparari promiscue, possunt. Eternitas reꝝ & pars gentium: & mea cum vestra salus: incolumitate senatus firmatur. Hunc auspicato a parente & cõdito re urbis nostrã institutũ & a regibus vsq; ad principes cõtinuum & imortalem: sicut a maioribus accepimus: sic posteris tradamus. Nã vt ex vobis senatores: ita ex senatoribus principes nascũtur. Ea oratio ad perstringendos mulcẽdosq; militum aĩos: & seueritatis modus (neq; n. in plures q̃ in duos aĩaduerti iusserat) grate accepta. Cõpositiq; ad p̃sens: qui coerceri non poterant. Non tñ quies urbis redierat. Strepitus teloz: & facies belli erat militibus: vt nihil in cõe turbãtib; ita sparsis per domos. occulto habitu & maligna cura in oēs: quos nobilitas aut opes: aut aliqua in signis claritudo rumoribus obiecerat. Vitellianos quoq; milites venisse in urbem ad studia partiũ nascenda: plariq; credebant. Vnde plena omnia suspicionum: & vix secreta domum sine formidine. Sed plurimum trepidationis in publico: vt quenq; nuncium fama attulisset aĩum vultumq; conuersis: ne diffidere dubijs ac parum gaudere prosperis viderentur. Coacto vero in curiam senatu: arduus rerum omnium modus: ne contumax silentium: ne suspecta libertas: & priuato Othoni nuper atq; eadem dicẽdi adulatio. Igitur versare sententias: & huc atq; illuc torquere: hostem & parricidam Vitellium vocantes. Prouidentissimus quisq; vulgaribus cõuicijs: quidam vera probra iacere. In clamore tñ: & vbi plurimã voces: aut tumultu verbor; sibi ipsi obstrepentes. Prodigia insuper terrebat diuersis auctoribus vulgata. In vestibulo capitolij omiffas habenas bigã cui victoria institerat. Erupisse cella Iunonis: maiorem humanã speciẽ: statuatam diui Iulij: in insula tyberini amnis sceno & imoto die ab occidente in orientem conuersam. prolocutũ in atruria bouẽ Insolitos animalium partus: & plura alia rudibus sæculis eĩ in pace obseruata: que nunc tñ in metu audiũtur. Sed præcipuus & cũ præsentĩ exitio etiam futuri pauor: subita inundatiõe thyberis qui imenso auctu: pro rupto ponte sublicio: ac strage obstantis molis refusus: nõ modo iacentia: & plana urbis loca: sed secura huiusmodi casuum impleuit. Rapti e publico pleriq; plures in tabernis excubilibus intercepti. Fames in vulgus inopia questus & penuria alimentorum. corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta: dein remeante flumine dilapsa: Vtque primum vacuus a periculo animus fuit: id ipsum quod paranti expeditionem Othoni campus martius & via flaminia iter belli esset obstructum a fortuitis vel naturalibus causis: in omen imminentium cladum uertebatur. Otho lustrata urbe: & expensis bello consilijs quando pœninã coctiãq; alpes: & cæteri Galliar; aditus vitellianis exercitibus claudebantur Narbonensem galliam aggredi statuit: classe valida & partibus fida: q; reliquos cæsorum ad pontem miluium: & saucia Galbæ in custodiam habitos: in numero legionis composuerat: Facta & reliquis spes honoratioris in posterum militiã. Addidit classi urbanas cohortes: & plerosq; e prætorianis viris: ut robur exercitus: atq; ipsis ducibus consiliũ: & custodes. Summa expeditio nis Antonio Nouellio: Suedio clementi primipilaribus: Emilio Pacensi: cui ad eptũ a Galba tribunatum reddiderat: permiffa. Curam nauium Ofcus libertus retinebat: ad obseruandam honestiorum fidem inuitatus. peditum equitumq; copijs Suetoniũ Paulinus: Marius celsus: Anniũ gallus rectores destinati. Sed plurima fides Licinio proculo prætorij præfecto. Is urbanã militiã impiger: bellorum insolens: auctorita-

Sal ex proclum  
natu

& Senatus  
ps

plena om susp  
nuz

prodigijs

plura tẽ  
uic

inundatio tyberis

insularum funda  
lapsa

Lustrata ur

Suetonio Paulino

Paulo bellorum

tem Paulini: vigorem Celsi: maturitatem Galli: vt cuiq; erat criminando: quod facil-  
limum factu est: prauus & callidus: bonos & modestos anteibat. Sepositus per eos  
dies Cornelius Dolabella in coloniam aquinatem: neq; arcta custodia: neque obscura  
nullum ob crimen: sed vetusto nomine & propinquitate Galbæ mōstratus. Multos  
e magistratibus magnam consularium partē Otho non participes aut ministros bel-  
lo: sed comitum specie: secum expedire iubet. In quis & L. Vitellium eodem quo cete-  
ros cultu: nec vt imperatoris fratrem: nec vt hostis. Igitur mota vrbs cura: nullus or-  
do metu aut periculo vacuus. Primores senatus ætate inualidi: & longa pace desides:  
segnis & oblita bellorum nobilitas: ignarus militiæ eques: quāto magis occultare &  
abdere pauorem nitebātur: manifestius pauidi. Nec deerant e contrario qui ambitio-  
ne stolidi conspicua arma: insignes equos quidam luxuriosos apparatus conuiuiorū  
& irritamenta libidinum: vt instrumenta belli mercarentur. Sapiētibus quietis a rei  
pu. cura: leuissimus quisque: & futuri improuidus spe vana tumens: multi afflictā fi-  
de in pace: ac turbatis rebus alacres: & per incerta tutissimi. Sed vulgus & magnitu-  
dine nimia cōmuniū curarum expers populus sentire paulatim belli mala: conuer-  
sa in militum vsu omni pecunia: intentis alimentorum præcijs: quæ motu vindicis  
haud perinde plebem attriuerant: secuta tum vrbe a prouinciali bello: quod inter le-  
giones galliasque velut externum fuit. Nam ex quo diuus Augustus res Cæsarium cō-  
posuit: pcul & in vnus sollicitudinem aut decus populus romanus bellauerat: Sub  
Tyberio & Caio tantum pacis aduersa reipu. pertinuere. Scriboniani contra Claudi-  
um scepta: simul audita & coercita. Nero nūcijs magis & rumoribus: q̄ armis depul-  
sus. Tum legiones classesq; & quod raro alias: prætorianus urbanusque miles: in aci-  
em deducti. Oriens occidentsq; & quicquid vtrinq; virium est a tergo: sub ducibus ali-  
is si bellatum foret: lōgo bello materia. Fuere qui proficiscenti Othoni moras religio-  
nemq; nūndum conditorum ancilium afferrent. Aspernatus omnem contationē: vt  
Neroni quoq; exitiosam: Et Cecina iam alpes transgressus extimulabat: Pridie idus  
Mar. cōmendata patribus rep. reliquias neronianarum sectionum: nōdum in fiscum  
conuersas: reuocatis ab exilio concessit. Iustissimum donum: & in speciem magnificū  
sed festinata iam pridem exactione vsu sterili. Mox vocata contione: maiestatem vr-  
bis: & consensum populi ac senatus: pro se attollēs aduersum Vitellianas partes mo-  
deste differuit: Inscitiam potius legionum q̄ audaciam increpans nulla Vitellij men-  
tione: siue ipsius ea moderatio: seu scriptor orationis sibi metuens: contumelijs in Vi-  
tellium astinuit: quando vt in consilijs militiæ Suetonio: Paulino & Mario Cello: ita  
in rebus urbanis: & Galeri Trachali ingenio Othonem vti credebatur: & erant qui ge-  
nus ipsum orandi noscerent: crebro fori vsu celebre: & ad implendas populi aures: la-  
tum & sonans. Clamor vocesq; vulgi ex more adulandi nimix & falsæ: quasi dictato-  
rem Cæsarem: aut imperatorem Augustum prosequerentur: Ita studijs votisq; certa-  
bāt: nec metu aut amore: sed ex libidine seruitij: vt in familijs priuata cuiq; stimulatio  
& vile iam decus publicum. Profectus Otho quietē vrbs curasq; imperij Saluio Ti-  
tiano fratri permisit.

Struebat iā fortuna in diuersa par-  
te terrarū initia causasq; imperio quod varie ortum: letum reip. aut atrox. Ipsijs p̄cipi-  
bus prosperę aut exitio fuit. Titus Vespasianus e Iudea incolū adhuc Galbæ mis-  
sus a patre: causam profectionis officium erga principem. & maturā petendis hono-  
noribus iuuentam ferebat. Sed vulgus fingendū auidū disperferat accitū in adoptionē

Vitellij fr̄ sc̄pt̄  
Othone.

Sapientibus quietis a rei  
pu. cura.

Inscitiam alimentorum præcijs

Trachali ingenio Othone

Reliquias sectionum

Trachali ingenio Othone  
vsu

xxiii Liber

Titus

LIBER. XVII.

Materia sermonibus: senium & orbitas principis: & intemperantia ciuitatis: donec vnus eligatur: multos destinandi. Augebat famam ipsius Titi ingenium quantacumque fortunæ capax: decori cum quadam maiestate. prospere Vespesiani res: præfaga responsa: & inclinatis ad credendum animis loco omnium est fortuna. Vbi Corinthi achaia vrbe certos nuncios accepit de interitu Galbae: & aderant qui arma Vitellij bellumque afferrent: anxius animo: paucis amicorum adhibitis: cuncta utrinque perlustrat. Si pergeret in urbem nullam officij gratiam in alterius honorem suscepti. ac se Vitellio siue Othoni obsidem fore. Sin rediret: offensam haud dubiam victoris: & incerta adhuc victoria: & concedente in partes patre: filium excusatum. Sin Vespesianus rem suscepere obliuiscendum insensarum de bello agitantibus. His ac talibus inter spem metumque iactatum: spes vicit. Fuere qui accensum desiderio Beronices reginae: vertisse iter crederent. Neque abhorrebat a Beronice iuuenalis animus. Sed gerendis rebus nullum exco impedimentum. Iam voluptatibus adulescentiam egit: suo quam patris imperio modestior. Igitur oram Achaiae & Asiae ac leua maris præteruectus: Rhodum & Cypri insulas: inde spacijs audentioribus Syriam petebat. Atque illum cupido incessit: ad eundem visendumque templum paphiae veneris inclitum per indigenas aduenasque: haud fuerit longum initia religionis: templi situm formam deae: neque. n. alibi sic habetur: paucis differere: Conditorem templi regem venerianum vetus memoria: quidam ipsius deae nomen id peribent. Fama recentior tradit a Cinarasacratum templum. deaque ipsam concipram mari huc appulsam. Sed scientiam arteque aruspicum accitum e cilia myra intulisse. Atque ita pactum ut familiae utriusque posteris ceremonijs præsideret. Mox ne honore nullo regum genus peregrinam stirpem antecelleret: ipsam quam intulerant scientia hospites cessere. Tantum Cinarades sacerdos consulitur. hostiae ut quisque vouisset: mares deliguntur. Certissima fides hedonæ fibris. Sanguinem arae obfundere vetitum. Precibus & igne puro altaria adolentur. nec ullis hymbribus quam in aperto madescunt. Simulachrum deae non effigie humana. Continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metam modo exurgens. Et ratio in obscuro. Titus spectata opulencia donisque regum: quaeque alia latum antiquitatibus graecorum genus incertae vetustati affingit: de nauigatione primum consuluit. Postquam pandi viam: & mare prosperum accepit. de se per ambages interrogat: caesis pluribus hostijs. Sostratus: sacerdotis id nomen erat ubi laeta & congruentia extra magnisque consultis annuere deam vidit: pauca in praesens & solita respondens: petito secreto futura aperit. Titus aucto animo ad patrem prouectus suspensis prouinciarum & exercituum mentibus: ingens rerum fiducia accessit. profligauerat bellum iudaicum Vespesianus oppugnatione Ierosolimorum. Reliqua duro magis & arduo opere ob ingenium gentis & peruicaciam superstitio- nis: quam quo satis virium obsessis ad tollerandas necessitates superesset. Tres ut supra memorauimus: ipsi Vespesiano legiones erant exercitae bello. quattuor Mutianus obtinebat in pace. Sed aemulatio & proximi exercitus gloria repulerat segniciam. Quantumque illis roboris discrimina & labor: tantum his vigoris addiderat integra quies: & in experti belli labor. Auxilia utriusque cohortium alarumque & classes regesque ac nomen dispari fama celebre. Vespesianus acer militiae anteire agmen. locum castris capere. noctu diuque consilio. ac si res posceret: manu hostibus obniti. cibo fortuito. veste habituque vix a gregario milite discrepans. prorsus si auaricia abesset: antiquis ducibus par. Mutianum e contrario magnificentia & opes: & cuncta priuatum modum supergressa extollebant. aptior sermone dispositu prouisusque ciuiliu regum peritus egregium principatus

Templum paphiae  
veneris

Miras

Certissima fides fidei  
hedonae

quiescentia superstitio

Vespasianus Anaximander  
Mutianus

temperamentū: si demptis vtriusq; vitijs: solæ virtutes miscerētur. Cæterz hic Syria: ille Iudea præpositus: vicinis prouincijs administrationibus inuidia discordes: exitu demū Neronis: positus odijs in mediū cōsulere: primū per amicos. Dein præcipua concordia fides Titus: praua certamina cōmuni vtilitate aboleuerat: natura atq; arte cōpositus alliciendis ēt Mutiani moribus. Tribuni Centurionesq; & Vulgus militū: industria: licentia: per virtutes: per voluptates: vt cuiq; ingeniū adsciscerētur. Anteq; Titus aduentaret: sacramētum Othonis acceperat vterq; exercitus precibus vt assollet nuncijs: & tarda mole ciuili belli: quod longa cōcordia quietus oriens: tūc primū parabat. Namq; olim validissima inter se ciuū arma in Italia: Galliaue: viribus occidentis cepta. Et Pompeio Cassio Bruto Antonio: quos oēs trans mare secutum est ciuile bellum: haud prosperi exitus fuerant. Auditiq; sapius in Syria Iudeaq; Cæsares q̄ inspecti. Nulla seditio legionum: tm̄ aduersus parthos minæ vario euentu. Et proximo ciuili bello turbatis alijs incōcussa ibi pax. dein fides erga Galbā. Mox vt Othonem ac Vitellium scelestis armis res romanas raptum ire: vulgatum est: ne penes cæteros Imperij premia: penes ipsos tantum setuicij necessitas esset: fremere miles: & vires suas circūspicere. Septem legiones statim: & cum ingētibus auxilijs Syria Iudea q; Inde continua ægyptus duarq; legiones: hinc Cappadocia Pontusq; & quicquid castroz Armenijs prætenditur. Asia & cæteræ prouinciæ: nec viroz inopes: & pecuniæ opulentæ: quantū insularū mari cingit & parando interim bello seclusum tutūq; ipsum. mare. Nō fallebat duces impetus militū. Sed bellātibus alijs placuit expectari bellum: cū in victores victosq; nunq; solida fides coalesceret. Nec referre Vitellium an Othonem superstitē fortuna faceret. Rebus secundis etiam egregios duces inolescere: discordiā his ignauiam luxuriam: & suismet vitijs alterz bello: alterz victoria periturum. Igitur arma in occasionem distulere Vespasianus Mutianusq; nuper: Cæterum olim mixtis consilijs: optimus quisq; amore reip. Multos dulcedo prædarū stimulat. alios ambigū domi res. Ita boni maliq; causis diuersis: studio pari: bellum oēs cupiebant. Sub idem tps Achaia atq; Asia falso exterritæ velut Nero aduēret: vario super exitu eius rumore. eoq; pluribus viuere eū fingentibus: credētibusq; Cæteroz casus conatusq; in cōtextu operis dicemus. Tūc seruus e ponto: siue vt alij tradidere: libertinus ex Italia cytharæ & cātus peritus. Vnde illi super similitudinē oris ppior ad fallendum fides: adiunctis desertoribus: quos inopia vagos: in gentibus promissis corruerat: mare ingredit. ac vi tempestatum Scythinū insulam detrusus: & militum quosdā ex oriente cōmeantiū asciiuit: & abnuentes interfici iussit: & spoliatis negociatoribus: mancipioz valentissimū quemq; armauit. Centurionemq; Sysennā dextras cōcordiæ signa syriaci exercitus noie ad prætorianos ferentem: varijs artibus aggressus est. donec Sysenna clam relicta insula: trepidus & vim metuēs aufugeret: Inde late terror multis ad celebritatē nominis erectis: rez nouarum cupidine & odio præsentium. Gliscentem in dies famam fors discussit. Gallatiam ac Pamphiliam prouincias Calphurnio asprenati regenda s Galba permiserat Data e classe misenēsi due triremes ad prosequēdum eum: quibus Scythinum insulam tenuit. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. Is in mesticiā cōpositus: & fidem suoz quondam militum inuocans: vt eū in Syria: aut egypto sisterent orabat. Trierarchi nutantes: seu dolo alloquendos sibi milites: & paratis oīum animis reuersuros firmauerūt. Sed asprenati cūcta ex fide nunciata: cuius cohortatione expugnata nauis & interceptus quisquis ille erat. Corpus isigne oculis comaq; & toruitate vultus i asiā: atq; ide

psencho Nero

## LIBER. XVII.

romam peruectum est. In ciuitate discordi & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta: parua quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus: pecunia: potentia: ingenio: iter claros magisque inter bonos. Annius Faustum equestris ordinis: qui temporibus Neronis delationem factitauerat: ad cognitionem senatus vocabat. Nam recens Galbae principatu censuerant patres: ut accusatorum causas noscerentur. Id Senatus consultum varie iactatum: & prout potens vel inops res inciderat: infirmum aut validum retinebatur. Ad hec terroris: & propria vi Crispus incubuerat: delatorem fratris sui peruenire Traxeratque magistratus partem: ut indefensum: & inauditum dedi ad exitium postularet. Contra apud alios nihil a quo peterat quod nimia potentia accusatoris: dari tempus. edi crimina: quis infirmum & nocentem. more tamen audiendum censebant. Et valure primo: dilataque in paucos dies cognitio. mox datus est Faustus: nequaquam eo assensu ciuitatis: quem pessimis moribus meruerat. quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerat. Nec poena criminis: sed ultor displicebat. Leta interim Othoni principia belli: motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quattuor legiones e quibus bina milia praemissa. Ipsa modicis interuallis sequebantur. Septima a Galba conscripta. Veteranae. xj. ac. xij. & praecipua fama quartadecumana rebellione Britanniae compressa. Addiderat gloriam Nero eligendo ut potissimos. Vnde longa illis erga Neronem fides & erecta in Othonem studia. Sed quo plus virium ac roboris: e fiducia tarditas inerat. Agmen legionum alae cohortesque prauehiebant: & ex ipsa urbe haud spernenda manus quinque praetoriae cohortes & equitum vexilla cum legione prima. Ac deforme insuper auxilium duo milia gladiatorum: sed per ciuilia arma et seueris ducibus usurpatum. his copiis rector additus Annius Gallus: cum Vestricio Spurina ad occupandas padis ripas praemissus: quoniam prima consilioque frustra ceciderant: transgressio iam alpes Cecina: quem sibi intra Gallias posse sperauerat. Ipsum Othonem comitabantur spiculatorum lecta corpora: cum ceteris praetorijs cohortibus: Veterani e praetorio: classicoque ingens numerus. Nec illi segne aut corruptum luxu iter. Sed lorica ferrea usus est: & ante signa pedestes: horridus: in comptus: famaeque dissimilis. Blandiebatur ceptis fortuna: possessa per mare & naues: & maiore Italiae parte: penitus usque ad initium maritimaeque alpium: quibus tentandis aggrediendisque prauehiebatur. Narbonensi Suedium clementem Antonium Nouellum: Emiliu pacensem duces dederat. Sed pacensis per licentiam militum victus. Antonio Nouello nulla auctoritas. Suedius clemens ambitioso imperio regebat: ut aduersus modestiam disciplinae corruptus: ita proelioque avidus: Non Italia adiri: nec loca sedesque patriae videbantur. Tanquam externa littora & vrbes hostium vrere: vastare: rapere: eo atrocius quod nihil usque prouisum aduersum metus. pleni agri: aperta domus. occurrentes domini iuxta coniuges & liberos: securitate pacis: & belli malo circumueniebantur. Maritimas tum alpes tenebat procurator Marius maturus. Is concita gente: nec deest iuuentus: arcere prauehiebatur. Sed primo impetu caesi disiectique motani: ut qui bus temere collectis: non castra non ducem noscitantibus. neque in victoria decus esset: neque in fuga flagitium. Irritatus eo proelio Othonis miles: vertit iras in municipium Albitimilium. quippe in acie nihil praedae in opes agrestes: & vilia arma: nec capi poterat pernix genus: & gnari locorum. Sed calamitatibus isontium expleta auaricia. Auxit inuidiam praeclearo exemplo foemina Iygus: quae filio abdito: cum simul pecuniam occultari milites credidissent eoque per cruciatus interrogaret: ubi filium occuleret. utque ostendit

*Vibius Crispus**e fiducia Iardis**Heq in motum  
neq in fuga flag*

dens latere respondit: nec ullis deinde tortoribus: aut morte: constantiam vocis egregiæ mutauit. Imminere puincia Narbonensî in verba Vitellij adactæ: classem Othonis Fabio Valenti trepidi nunciij attulere. Aderant legati coloniarum auxilium orâtes. Duas Turingorum cohortes: quattuor equitum turmas. Vniuersam Treuiorum alam cum Iulio Classico præfecto misit. e quibus pars in colonia foro iulienfi reteta: ne oibus copijs in terrestre iter versis: vacuo mari classis accelleraret. Duodecim equitum turmæ & lectiæ cohortibus aduersus hostem iere. quibus adiuncta lygurarum cohors vetus loci auxilium: & quingenti pannonij nõdum sub signis. Nec mora prælio: sed acie ita instructa: vt pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exurgeret. quãtum inter colles ac littus æqui loci prætorianus miles expleret. In ipso mari vt annexa classis & pugnae parata: conuersa: & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani quibus minor peditum vis in equite robur: alpinos proximis iugis: cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treuiorum turme obtulere se hosti incaute. cum exciperet contra veteranus miles. simul a latere etiam saxis vrgeret: apta ad iaciendum paganorum manus: qui sparsi inter milites strenui ignauique in victoria idem audebant. Additus percussus terror: inuecta in terga pugnantium classe. Ita vndique clausi: Deletæque omnes copiae forent: ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis obiectum obtentui fugientibus. Nec Vitelliani quæ victi quieuerunt. accitis auxilijs: securum hostem: ac successu regis socordius agentem: inuadunt: Cæsi vigiles: perrupta castra: trepidatum apud nauis: donec fidente paulatim metu: occupato iuxta colle defensi. mox irrupere. Atrox ibi cædes: & turingarum cohortium præfecti. sustentata quidem diu acie: telis obruantur. Ne Othonianis quidem incrueta victoria fuit: quorum in prouide secutos conuersi equites circumuenerunt. Ac velut peccatis inducijs: ne hinc classis: inde eques subitam formidinem inferrent: Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium. Othoniani Albingaunum interioris lyguriæ reuertere. Corsicam ac Sardiniam cæterasque proximi maris insulas: fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope afflixit Decumi pacarij procuratoris temeritas: tanta mole belli nihil in summa profutura: ipsi exitiosa. Namque Othonis odio iuuare Vitellium Corsorum viribus statuit: inani auxilio et si prouenisset. Vocatis principibus insulae: consilium aperit. Et contradicere ausos Claudium Phirrhicum trierarchum lyburnicarum ibi nauium. Quintium certum equitem romanum interfici iubet. quorum morte exterriti quæ aderant: simul ignara & alieni metus socia imperitorum turba in verba Vitellij iurauere. Sed ubi delectum agere Pacarius: & incoditos homines fatigare militum muneribus occipit: laborem insolitum perofsi: infirmitatem suam reputabant. Insulam esse quam incolerent. & longe Germaniam viresque legionum. Direptos vastatosque classe et quos cohortes alaque ptegeret. Et auersi repente animi: nec tamen aperta vi. Aptum tempus insidijs legere. Digressis qui pacarium frequenter tabant: nudus & auxiliij inops balneis interficitur. Trucidati & comites. Capita vt hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere. Neque eos aut Otho premio affecit: aut puniuit Vitellius in multa colluue regis maioribus flagitijs permixtos. Aperuerat iam in Italia bellumque transmiserat: vt supra memorauimus. ala syllana: nullo apud quem Othonis fauore: nec quia Vitellium mallent: sed longa pax ad omne seruitium fregerat faciles occupantibus: & melioribus incuriosos. Florentissimum Italiae latus: quantum inter padum alpescumque campos & urbium est: armis Vitellij: Namque & premissa a Cecina cohortes aduenerat: tenebatur. Capta pannoniarum cohors apud Cremonam. Intercepti certum equites: ac mille classici: iter Placentiam Ticinumque. quo successu Vitellianus miles.

## LIBER. XVII.

non iam flumine aut ripis arcebatur. Irritabat quinetiam Batauos tráshenanofq; padus ipse: quem repente cōtra placētiam trágressi raptis quibusdā exploratoribus: ita ceteros terruere: vt adesse omnem Cecinæ exercitum: trepidi ac falsi nunciaret: Certum erat Spurinæ: Is enim Placētiam obtinebat: necdū venisse Cecinā: Et si propinquaret: coercere intra munimenta militem: nec tris pratorias cohortes & mille Vexillarios: cū paucis equitibus veterano exercitui obijcere. Sed indomit⁹ miles: & bellignarus: correptis signis vexillisq; ruere: & retinenti duci tela intentare: spretis ceterionibus tribunisq; prouidētiam ducis laudatibus: qui pro Othone & accitū Cecinā clamitabant. Fit temeritatis alienæ comes Spurina: primo coactus: mox velle simulans: quo plus auctoritatis inesset consilijs: si seditio mitesceret. Postq̄ in cōspectu padus & nox appetebat: vallari castra placuit. Is labor urbano militi insolitus: cōtudit animos. Tum mœstissimus quisq; castigare credulitatem suā: moctum ac discrimen ostēdere. si cum exercitu Cecina patentibus campis tam paucas cohortes circūfudisset. Iamq; totis castris modesti sermones: & inserētibus se Centurionibus tribunisq; laudari prouidētiam ducis: q; Coloniā viriū & opum validam robur ac sedem bello legisset. Ipse postremo Spurina non tam culpam exprobrans: q̄ ratione ostendens relictis exploratoribus: ceteros Placētiam reduxit: minus turbidos: & imperia accipientes. Solidati muri: propugnacula addita: aucta turres: prouisa parataq; non arma modo: sed obsequiū & parendi amor. quod solū illis partib⁹ defuit cum virtutis haud pœniteret. At Cecina velut relicta post alpes sauciā: ac licētia: modesto agmine per Italiā incessit. Ornatum ipsius municipia & coloniæ in superbiam trahebāt: q; versicolore sagulo: brachias tegmen barbaræ indutus: togatos alloqueretur: vxorem quoq; eius Saloninā q̄q̄ in nullius iniuriā: insigni equo ostroq; veheret: tanq̄ lesi grauiabātur: In sita mortalibus natura: recētem aliorū fœlicitatem agris oculis introspicere: modumq; fortunæ a nullis magis exigere: q̄ quos in æquo viderunt. Cecina padū transgressus: tentata Othonianorū fide per colloquium & promissa: isdem petitus: postq̄ pax & cōcordia speciosis & irritis nominibus iactata sunt: cōsilia curasq; in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit: gnarus vt initia belli prouenissent famā in cetera fore. Sed primus dies ipetu magisq; veterani exercitus artibus tráfactus. Aperti incautiq; muros subiere: cibo vinoq; prægraves. In eo certamine pulcherrimū amphitheatri opus situm extra muros conflagrauit: siue ab oppugnantibus incensum: dum faces & glandes: & missilem ignem in obsessos iaculantur: siue ab obsessis dum regerunt. Municipale vulgus prouidētiam ad suspitiones: fraude illata. ignis alimentum credidit a quibusdam e vicinis colonijs: inuidiæ emulatione: q; nulla in Italia molestam capax foret. quocumq; casu accidit: dum atrociora metuebantur: in leui habitū Reddita securitate: tanq̄ nihil grauius pati potuissent: merebant. Ceteræ multo suorum cruore pulsus Cecina: & nox paradisi operibus assumpta. Vitelliani pluteos cratesq; & vineas suffodiendis muris protegēdisq; oppugnantibus: Othoniani sudes & imensas lapidū ac plūbi ærisq; moles: perfringendis operibus: obruendisq; hostibus expediunt. Vtrinq; pudor: vtrinq; gloria: & diuersæ exortationes. hinc legionū & germanici exercitus robur: Inde urbanæ militiæ & pratoriæ cohortium decus attolletum. Illi vt segnem ac desidē: & cito ac theatris corruptū militem: hi peregrinum & externum increpabāt: simul Othonē ac Vitellium celebrantes culpantesq; vberiorib⁹ inter se probris: q̄ laudibus stimulabātur Vix dum orto die: plena propugnantib⁹ moenia. Fulgentes armis virisq; cāpi. densum legionū agmen. sparsa auxiliorū manus

brachias indutus

Retorq; fœlia tēpore  
oculis introspicerepulcherrimū Amphitheatri  
opus

altiora muroꝝ sagittis aut saxis incessere. Neglecta aut euo fluxa cominus aggredi.  
Ingerunt desuper Othoniani pila librato magis & certo ictu: aduersus temere subcū  
tes. Cohortes Germanoꝝ cantu truci: & more patrio nudis corporibus super hume  
ros scuta quatentium: Legionarius pluteis & cratibus tectus subruit muros: instru  
it aggerem: molitur portas. Contra prætoriani dispositos ad id ipsū molares ingē  
ti pondere ac fragore prouoluunt pars subeuntium obruti. pars confixi: & exangues  
ac laceri: cum augeter stragem trepidatio: eoq; acrius e mœnibus vulnerarētur. redie  
re infracta partium fama. Et Cecina fama & pudore cœptæ temere oppugnationis: ne  
irrisus ac vanus iisdem castris affideret: traiccto rursus pado Cremonam petere inten  
dit. Tradidere se abeunt: Turullius cerialis: cum compluribus classicis: & Iulius Bre  
ganticus cum paucis equitum. hic præfectus alæ in Batauis genitus. Ille primipilaris  
& Cecinæ haud alienus. q; ordines i germania duxerat. Spurina cōperto itinere hosti  
um: defensam Placentiam: quæq; acta: & quid Cecina pararet: Anniū gallum per  
litteras docet. Gallus legionem primā in auxilium Placentiæ ducebat: diffusus pauci  
tate cohortium: ne lōgius obsidium & vim germanici exercitus parū tolerarent. Vbi  
pulsū Cecinam pergere Cremonam accepit. egre coercitam legionē & pugnādi ar  
dore vsq; ad seditionem progressam Bebriaci sistit. Inter Veronam Cremonamq; si  
tus est vicus: duabus iam romanis cladibus notus infaususq;. Iisdem diebus a Mar  
tio macro haud procul Cremona prospere pugnatum. Namq; prōptus animi Mar  
tius transuctos nauibus gladiatores in aduersam padū ripam repēte effudit. Turba  
ta ibi Vitellianoꝝ auxilia. & cæteris Cremonam fugientibus: cæsi qui restiterant. Sed  
repressus vincentium impetus: ne nouis præsidijs firmati hostes fortunam prelij mu  
tarent. Suspectum id Othonianis fuit: oīa quæcūq; facta prauè estimantibus. Certa  
tim vt quisq; animo ignauus: procax ore: Anniū gallum & Suetonium paulinum  
& Mariū celsū: nam eos quoq; Otho præfecerat: varijs criminibus incesserant.  
Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta interfectores Galbæ. scelere & mœtu  
vecordes: miscere cuncta: modo palam turbidis vocibus: modo occultis ad Othonē  
litteris: qui humillimo cuiq; credulus. bonos metuens trepidabat: rebus prosperis i  
certus: & inter aduersa melior. Igitur Titianum fratrem accitum bello præposuit. In  
terea Paulini & celsi ductu res egregiæ gestæ angebant Cecinam nequicq; omnia cœ  
pta. Et senescens exercitus sui fama pulsus placētia: cæsis nuper auxilijs: ctiam per cō  
cursum exploratorum crebra magisq; digna memoratu prælia. Inferior propinquan  
te Fabio Valente: ne omne belli decus illuc cōcederet: recuperare gloriam auidius q̄  
consultius properabat. Ad duodecimū a Cremona: locus castroꝝ vocatur: ferocissi  
mos auxiliarium iminentibus viæ lucis occultos imponit. equites procedere longius  
iussit: & irritato prælio sponte refugere: festinationem sequentium elicere: donec insi  
diæ coacerentur. Proditum id Othonianis ducibus. & curā peditum paulinus: equi  
tum Celsus sumpserunt. Tertiædecimæ legionis vexillum quattuor auxilioꝝ cohortes  
& quingenti equites in sinistro locantur. Aggerem viæ tres prætorix cohortes arctis  
ordinibus obtinuerunt. Dextra fronte prima legio incessit: cum duabus vexillaribus co  
hortibus: & quingentis equitibus. Super hos e prætorio auxilijsq; mille equites cumu  
lus prosperis: aut subsidium laborantibus ducebant. Anteq̄ miscerentur acies: terga  
vertentibus vitellianis: Celsus doli prudens: repressit suos: Vitelliani temere exurge  
tes cædente sensim Celso lōgius secuti: vltro in insidias præcipitant. Nam a lateribus  
cohortes legionum aduersa frons: & subito discursu terga cinxerant equites. Signum

bebriacū duab; cla  
dib; infausū



## LIBER. XVII.

Cultor na

pugna non statim a Suetonio Paulino pediti datum. Cunctator natura: & cui cauta potius cōsilia cum ratione: q̄ p̄sp̄era ex casu placerent: Compleri fossas: & aperiri campum: pandi aciem iubebat. satis cito incipi victoriā ratus: vbi p̄uisum foret: ne vinceretur. Ea cūctatione spaciū vitellianis datū in vineas nexu traducum ipeditas refugiēdi. Et modica silua adhærebat: vnde rursus ausi: p̄mptissimos prætorianorū equitum in terfere. vulnerat rex Epiphanes ipigre p̄ Othone pugna ciens. Tum Othonianus pedes erupit: p̄trita hostium acie. Verū in fugam ēt qui subucniebant. Nā Cecina nō simul cohortes: sed singulas acciuerat. quæ res in p̄lio trepidationē auxit: cum dispersos nec vsq̄ validos pauor fugentium abriperet. Orta & i castris seditio: q̄ non vni uersi ducerent. Vinctus p̄fectus castrorū Iulius gratus tanq̄ fratri apud Othonem militati p̄ditionem ageret cū fratrem eius Iuliū frontonē tribunū Othoniani subcodē crimine vinxissent. Cæteræ ea vbiq̄ formido fuit: apud fugiētes occurstantesq̄ in acie p̄ vallo: vt deleri cū vniuerso exercitus Cecinam potuisse: ni Suetoni⁹ Paulinus receptui cecinisset: vtriusq̄ in partibus p̄crebuerit. Timuisse se paulinus ferebat: tantū insuper laboris atq̄ itineris: ne Vitellianus miles recens castris: fessos aggredieret: & percussis nullū retro subsidiū foret. apud paucos ea ducis ratio p̄bata: in vulgus aduerso rumore fuit. haud perinde id dānum vitellianos in metū cōpulit q̄ ad modestiā composuit. Nec solū apud Cecinā qui culpam in militem cōferebat: seditioni magisq̄ p̄lio paratū: sed Fabij quoq̄ Valentis copiarū: iam. n. Ticinū venerat: posito hostium cōtēptu & recuperandi decoris cupidine: reuerētius & æqualius duci p̄cebāt. Grauis alio qui seditio exarserat: q̄ altiore initio: neq̄. n. rex a Cecina gestarū: ordinē interrūpi oportuerat: repetā. Cohortes Bataurū quas bello Neroni a quartadecima legione digressas: cū Britāniā peterent: audito Vitellij motu in ciuitate Lingonū Fabio Valenti adiunctas rettulimus: superbe agebāt. vt cuiusq̄ legionis tētoria accessissent: coercitos a se quartadecimanos: ablatā Neroni Italiā: atq̄ oēm belli fortunā in ipsorū manu sitā iactātes. Cōtumeliosum id militibus: acerbū duci corrupta iurgijs aut rixis disciplina. Ad postremū Valens e petulātia ēt perfidiā suspectabat. Igit̄ nūcio allatō pulsam treuiorū alā Turingosq̄ a classe Othonis & Narbonensem galliā circūiri: simul cura socios tuendi: & militari astu: cohortes turbidas. ac si vna forent p̄ualidas: dispergendi: partem Bataurū ire in subsidium iubet. Quod vbi auditū: vulgatumq̄: merere socij: fremere legiones: orbari se fortissimorū viorū auxilio: veteres illos & tot bellorum victores: postq̄ in conspectu sit hostis: uelut ex acie abduci: si p̄uincia urbe & salute imperij potior sit: oēs illuc sequerent̄. Sin uictoria: sanitas: sustentaculum: columen in Italia uerteretur: non abrumpendos ut corpori ualidissimos artus. Hæc ferociter iactando: postq̄ immissis lictoribus Valens coercere seditionem cceptabat: ipsum inuadunt: saxa iaciunt. fugientem secuntur. Spolia galliarum & Viēensium auxj & pretia laborū suorum occultare clamitantes: dirreptis sarcinis: tabernacula ducis: ipsamq̄ humū pilis & lanceis rimabātur. Nam Valens seruili ueste apud decurionē equitum tegebat. Tum Alphenius Varus p̄fectus castrorū: deflagrāte paulatim seditione addit cōsiliū: Veritis obire vigilias cēturiōibus: omissō tubæ sono: quo miles ad belli munia ciebat. Igit̄ torpere cuncti: circumspectare inter se attoniti: & id ipsum q̄ nemo regeret pauentes: silentio: patiētia: postremo precibus & lachrymis veniā quærebāt. Vt vero deformis & flens: & p̄ter spem icolumis Valēs p̄cessit: gaudiū: miseratio: fauor: uersi i læticiam: ut est uulgus utroq̄ i modicū: laudātes gratatesq̄ circūdatum aquilis signisq̄ in tribunal ferunt. Ille utili moderatione nō supplicium cuiusq̄

poposcit: ac ne dissimulans suspectior foret: paucos incusauit: gnarus ciuilibus bellis plus militibus q̄ ducibus licere. Munientibus castra apud Ticinum de aduersa Cecina pugna allatum. & prope renouata seditio: tanq̄ fraude & contationibus Valentis prelio defuissent. Nolle requiem: non expectare ducem: ante ire signa: vrgerē signiferos: rapido agmine Cecinae iunguntur. Improspere Valentis fama apud exercitum Cecinae erat. Expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebant. Simul in suam excusationem & aduentatium robur per adulationem attolentes: ne vt victi & ignaui despectarent. Et q̄q̄ plus virium ac prope duplicatus legionum auxiliorum q̄ numerus erat: Valentis studia tñ militum in Cecinam inclinabāt: super benignitate animi qua p̄mptior habebat: et vigore ætatis: p̄ceritate corporis: & quodam inani fauore. Hic emulatio ducibus. Cecina vt foedum & maculosum: Ille vt vanum ac tumidum irridebant. Sed condito odio: eandem vtilitatem fauore: crebris epistolis sine respectu veniæ probra Othoni obiectantes: cum duces partiū Othonis quis vberima conuitioꝝ in Vitellium materia abstinerent. Sane ante vtriusq̄ exitum: quo egregiam Otho famam: Vitellius flagitiosissimam meruere: minus Vitellij ignauæ voluptates q̄ Othonis flagrantissimæ libidines timebantur. Addiderat huic terrorem atq̄ odium cædes Galbæ. Contra illi initium belli nemo imputabat. Vitellius ventre & gula sibi ipsi hostis: Otho luxu: sauciæ: audaciæ: reip̄ exitiosior ducebatur. Coniunctis Cecinae ac Valentis copijs: nulla vltra penes Vitellianos mora quin totis viribus certaret. Otho consultauit trahi bellum: an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paulinus dignū fama sua ratus: qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebat: de toto genere belli censere: festinationem hostibus: morā ipsis vtilem differuit. Exercitū Vitellij vniuersum aduenisse: nec multum viriū a tergo: quoniā galliæ tumeant: deserere rheni ripā irrupturis tam ifestis nationibus nō conducit. Britannicū militē hinc & mari distineri: hispanias armis nō ita redundare: p̄uinciam narbonensem icursu classis: & aduerso prelio cōtremuisse: Clausam alpibus & nullo maris subsidio transpadanā Italiam: atq̄ ipso trāsitu exercitus vastatā. Nō frumentū vīq̄ exercitui: nec exercitū sine copijs retineri posse. Iā germanos: q̄d genus militum apud hostes atrocissimū sit: tracto in æstatē bello: fluxis corporibus mutationē soli cæliq̄ haud toleraturos. Multa bella ipetu valida per tedia & moras euauisse. Cōtra ipsos oīa opulēta & fida. Pannoniā: Messiam: Dalmatiā: oriētem cū integris exercitibus: Italiam & caput reꝝ urbem: senatumq̄ & populum nunq̄ obscura nomina & si aliq̄ obumbrent. Publicas priuatasq̄ opes: & immensam pecuniam inter ciuiles discordias ferro validiore. Corpora militum aut Italiæ sueta: aut æstibus. Obiacere flumen padū. tutas viris murisq̄ vrbes: e quibus nullā hosti cessurā: placentiæ defensione exploratū: Proinde ducet bellum paucis diebus. Quartadecimam legionem magnā ipsam fama Messiacis copijs affore. Tum rursus deliberatur: & si prelium placuisset: auctis viribus certaturos: Accedebat sententiæ Paulini Marius celsus. Idē placere Annio gallo paucos ante dies lapsu equi afflicto: missi qui cōsiliū eius sciscitarent: rettulerāt. Otho p̄nus ad decertandū. Frater eius Titianus & præfectus prætorij Proculus iperitia p̄perantes: fortunam & deos & numen Othonis adesse cōsilijs: affore conatibus testabant. Ne quis obuīam ire sententiæ auderet: i adulationem cōcesserant. Postq̄ pugnari placitum interesse pugnae iperatorem: an seponi melius foret: dubitauere: Paulino & celfo iam nō aduersantibus ne principem obiectare periculis viderent. Idē illi deterioris consilij auctores perpulere: vt Brixellū cōcederet: ac dubijs preliorū exemptus: sumæ rerū &

## LIBER. XVII.

imperij se ipsum referuaret. Is primus dies Othonianas partes afflixit. Nāq; & cum ipso prætoriaꝝ cohortium: & spiculatorꝝ equitumq; valida manus discessit: & remanentiū fractus aīus: qñ suspecti duces: & Otho cui vni apud militem fides: dū & ipse non nisi militibus credit. iperīa ducū in incerto reliquerat. Nihil eorꝝ Vitellianos fallebat: crebris vt in ciuili bello transfugijs: & exploratores cura diuerfa sciscitandi: sua nō occultabant. quieti intentiq; Cecina ac Valens: qñ hostis imprudentia rueret. qđ loco sapientia est: alienā stulticiam opperiebant. Inchoato ponte trāsītum padī simulantē: aduersus oppositā gladiatorꝝ manum. ac ne ipsoꝝ miles segne ociū tereret: naues pari iter se spacio validis iter se trabibus cōnexæ aduersum in flumē dirigebant: iactis isuper anchoris quæ firmitatē pontis cōtinerent. Sed anchoraꝝ funes nō extenti fluitabant: vt augescēte flumine: inoffensus ordo nauium attolleretur. Claudebat pontē imposita turris: & in extremam nauem educta: Vnde tormētis ac machinis hostes p pulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant: saxaq; & faces iaculabantur. Et erat insula amne medio: in quam gladiatores nauibus molientes. Germani nando prælabeantur. Ac forte plures transgressos: completis lyburnicis per promptissimos gladiatorꝝ Macer aggredit. Sed neq; ea cōstātia gladiatoribus ad prēlia quæ militibus: nec perinde nutantes e nauibus: q̄ stabili gradu e ripa vulnera dirigebant. Et cum varijs trepidantium inclinationibus immixti remiges propugnatoresq; turbarentur: de silire in vada vltro germani: retentare pupes. scandere foros. aut cominus mergere. quæ concta in oculis vtriusq; exercitus: quanto latiora Vitellianis: tāto acrius Othoniani causam auctoremq; cladis detestabātur. Et preliū quidem abruptis quæ super fuerant nauibus: fuga diremptum. Macer ad exitium poscebatur. Iamq; vulneratum eminus lancea: strictis gladijs inuaferant: cum incurſu tribunorum centurionumq; ptegitur. Nec multo post Vestricius Spurrina iussu Othonis: relicto placentiæ modico præsidio: cum cohortibus subuenit. Dein Flauium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copijs misit: quibus Macer præfuerat: læto milite ad mutationem ducum: & ducibus ob crebras seditiones: tā infestam militiā aspernantibus. Inuenio apud quosdam auctores pauore belli: seu fastidio vtriusq; principis: quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur: dubitasse exercitus: num posito certamine: vel ipsi in medium consultarent: vel senatui permetterēt legere imperatorē. Atq; eo duces Othoniano spacium ac moras suafisse: præcipuæ Paulinum: q̄ vetustissimus cōsiliarium & militia clarus gloriā nomenq; Britānicis expeditionibus meruisset. Ego vt concesserī apud paucos tacito voto quietem pro discordia: bonum & innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitur: Ita neq; Paulinum quæ prudentia fuit: sperasse corruptissimo seculo tantā vulgi moderationē reor: vt qui pacē belli amore turbauerant: bellū pacis caritate deponerent. neq; aut exercitus linguis moribusq; dissonos: i hunc cōsensum potuisse coalescere: aut legatos ac duces magna ex parte luxus: egestatis: scelery: sibi cōscios nisi pollutum obstrictumq; moribus suis principē passuros. vetus ac iam pridē insita mortalibus potentia cupido: cū iperij magnitudine adoleuit: erupitq;. Nā rebus modicis æqualitas facile habebat: sed vbi subacto orbe: & æmulis vrbibus: regibusue excisis: securas opes concupiscere vacuū fuit: prima inter patres plebēq; certamina exarsere. Modo turbulēti tribuni modo cōsules prauvalidi: & in vrbe ac foro tentamēta ciuiliū belloꝝ. Mox e plebe infima. C. Marius: & nobilium sæuissimus. L. Sylla: victam armis libertatē in dominationē verterūt. Post quos. Cn. Pompeius occultior nō melior: & nunq; postea nisi de principatu quæ

*Athena stulticia  
2i. loco sapie t*

*Insita mortalibus  
Etia cupido*

*pomp. occultior  
mcha*

7  
litum: non differe ab armis: in pharsalia ac philippis ciuium legiones: nedum Otho-  
nis ac Vitellij exercitus sponte posituri bellum fuerint. Eadem illos deum ira: eadem  
hominum rabies: eedē scelerum causā in discordiam egere. Quod singulis velut icti-  
bus transacta sunt bella: ignauia principum factum est. Sed me veterum nouorumq;  
morum reputatio longius tulit: Nunc ad rerum ordinem venio. Profecto Brixellum  
Othone: honor Imperij penes Titianum fratrem: ius ac potestas penes Proculū pre-  
fectum. Celsus & Paulinus cum prudentia eorum nemo vteretur: inani nomine du-  
cum: alienæ culpæ prætendebatur. Tribuni Centurionesq; ambigui: q; spretis melio-  
ribus: deterrimi valebant. Miles alacer: qui tamen iussa ducum interpretari q̄ exequi  
mallet. Promoueri ad quartum a Bebrico castra placuit: adeo imperite vt q̄q̄ verno  
tempore anni: & tot circum annibus: penuria aquæ fatigarentur. Ibi de prælio dubi-  
tātū: Othone per litteras flagitante: vt maturarent: militibus: vt Impator pugne ad-  
set poscentibus: plariq; copias trans padum agentes: acciri postulabant. Nec perinde  
dijudicari potest quod optimum factu fuerit q̄ pessimum fuisse quod factum est: nō  
vt ad pugnam sed ad bellandum profecti. Confluentes Padi & Adduæ fluminū. xvi.  
inde milium spacio distantes petebant. Celso & Paulino abnuentibus: militem itine-  
re fessum sarcinis graue: obijcere hosti nō amissuro: quo minus expeditus & vix quar-  
tuor milia passuum progressus: aut incompósitos in agmine: aut dispersos: & vallum  
molientes aggredere. Titianus & Proculus: vbi consilijs vincerentur: ad ius Impe-  
rij transibant. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mādatis: quibus Otho  
increpita ducum segnicia rem in discrimen mitti iubebat: æger mora & spei impatiēs.  
Eodem die ad Cecinam operi pontis intentū: duo prætoriarū cohortium tribuni. col-  
loquium eius postulātes venerunt. Audire cōditiones: ac reddere parabat: cum præci-  
pites exploratores adesse hostem nunciauere. Interruptus tribunorum sermo: eoq; in-  
certum fuit: insidias: an prodicionem: vel aliquod honestum consilium ceptauerint.  
Cecina dimissis tribunis: reuectus in castra: datum iussu Fabij Valentis pugne signū.  
& militem in armis inuenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur: equites pru-  
pere: & mirum dictu a paucioribus Othonianis quo minus in vallum impingerent:  
Italica legionis virtute deterriti sunt: quæ astrictis mucronibus redire pulsos: & pu-  
gnam resumere coegit. Disposita Vitellianarum legionum acie sine trepidatione: &  
enim q̄q̄ vicino hoste. aspectus armorum densis arbutis phibebatur: apud Othonia-  
nos pauidi duces: miles ducibus infensus: mixta vehicula & lixæ: & præruptis vtrin-  
q; fossis. via quieto quoq; agmini angusta. Circūstiterē alij: signa sua querere alij: Incertū  
vndiq; clamor accurretiu: clamatiūq; & vt cuiq; audacia vel formido: in primam po-  
stremāue acie prorumpēbāt. vel reuehebātur: Attonitas subito terrore mētes: falsum  
gaudium in languorē vertit: repertis qui descuuisse a Vitellio exercitum emētirentur.  
Is rumor ab exploratorib; Vitellij dispersus: an in ipsa Othonis pte: seu dolo seu for-  
te surrexerit. parum compertū. Omissio pugne ardore: Othoniani vltro salutauere:  
& hostili murmure excepti: plarisq; suorū ignaris quæ causa salutādi: metū prodicio-  
nis fecere. Tum incubuit hostium acies integris ordinibus: robore & numero præstā-  
tior Othoniani quāq; dispersi: pauciores fessū: præliū tñ acriter sumpsere. Et per locos  
arboribus ac vineis impeditos: nō vna pugne facies: cominus eminus: cateruis & cu-  
neis concurrebant In aggere viæ collato gradu: corporibus & Umbonibus: omissio  
pilorū iactu: gladijs & securibus: galeas loricasq; perrupere. noscētes iter se: cateris cō-  
spicui: in euentū totius belli certabāt. Forte inter padū viāq; patenti cāpo duæ legiōes

iussa mlti plari q̄ bxi  
mallet

## LIBER. XVII.

congressa sunt: pro Vitellio vna & vicesima cui cognomen rapaci: vetere gloria insignis. e parte Othonis: prima adiutrix: non ante in aciem deducta sed ferox & noui de coris auida. Primani stratis vne & vicesimanorū principibus aquilam abstulere: quo dolore accensa legio: & impulit rursus primanos. interfecto Orphidio Benigno legato: & plurima signa vexillaq; ex hostibus rapuit. A parte alia propulsa quintanorū impetu: tertiadecima legio circumuenti plurium accursu quartadecimani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis: Cecina ac valens subsidijs suos firmabant. Accessit recens auxilium Varenus Alphenus cum Batauis fusa gladiatorum manu: quam nauibus transuectam oppositæ cohortes in ipso flumine teucidaucrunt: Ita victores latus hostium inuecti: & media acie perrupta fugere passim Othoniani Bebriacum petentes Immensum id spacium: obstructæ strage corporum viæ. quo plus cedis fuit. Neque enim ciuilibus prælijs capti in prædam vertuntur Suetonius Paulinus & Licinius proculus diuersis itineribus castra vitauere. Vedium aquilam tertiadecimæ legionis legatum iræ militum: inconsultus pauor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus: clamore seditiosorum & fugacium circumstrepitur. Non probris non manibus abstinent. desertorem proditoremq; increpant: nullo proprio crimine eius sed more vulgi suum quisq; flagitium alijs obiectantes. Titianum & Celsum nox iuuit dispositis iam excubijs: compressisq; militibus: quos Annius Gallus præcibus: consilio: auctoritate flexerat: ne super cladem aduersæ pugnæ suismet ipsi cædibus fauissent. Siue finis bello venisset seu resumere arma mallent: vnicum victis in consensu leuamentum. Cæteris fractus animus: prætorianus miles: non virtute se. sed proditiõe victum fremebat. Ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam: pulso equite: rapta legionis aquila. Superesse cum ipso Othone: militum quod trans padū fuerit: Venire mælicas legiones: magnam exercitus partem Bebriaci remansisse: hos certe nondum victos: & si ita ferret: honestius in acie perituros. His cogitationibus truces aut puidi extrema desperatione ad iram sapius q̄ in formidinem stimulabantur. At Vitellianus exercitus ad quintum a Bebriaco lapidem confedit: non ausis ducibus eodem die oppugnationem castrorū. Simul voluntaria deditio sperabat. Sed expeditis & tatum ad prælium egressis: munimentum fuere arma & victoria. Postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate: & qui ferociore fuerant ad penitentiam inclinantibus: missa legatione: apud duces Vitellianos dubitatum quo minus pacem concederent legati paulisper retenti: ea res hesitationem attulit: ignaris adhuc an impetrassent. Mox remissa legatione patuit vallum. Tum victi victoresq; in lachrymas effusi: sortem ciuiliū armorū misera læticia detestantes. Iisdem tentorijs alij fratrum: alij propinquorum vulnera fouebant. Spes & præmia in ambiguo: Certa funera & luctus. Nec quis q̄ adeo mali expers: vt non aliquam mortem mereret. Requisitū Orphidij legati corpus: honore solito crematur. Paucos necessarij ipsorum sepeliere. Cæterum vulgus super humum relictum. Opperiebatur Otho nuncium pugnæ: nequa q̄ trepidus: & consilij certus. Mesta primum fama dein profugi e prælio perditas res patefaciunt. Non expectauit militum ardor vocem Imperatoris: bonum habere animū iubebat. Superesse adhuc nouas vires: & ipsos extrema passuros: ausurosq; neq; erat adulatio. Ire in aciem excitare partium fortunam furore quodam & instinctu flagrabant: qui procul astiterant: tendere manus: & proximi prehensare genua: promptissimo plotio firmo. Is prætorij præfectus identidem orabat. ne fidissimum exercitum: ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari aduersa q̄ reliqui. Fortes & strenuos

Legio cognome  
Spix

Vicus Othoma

Mauē nō toll  
reduca q̄ zto

etiam contra fortunam insistere spei. Timidos & ignauos: ad desperationem formidi-  
 ne pperare. Quas inter voces vt flexerat vultū. aut idurauerat Otho: clamor & gemi-  
 tus. Nec prætoriani tantum: p prius Othonis miles: sed præmissi e Messia eandem ob-  
 stinationem aduentatis exercitus. Legiones aquileiam ingressas nunciabāt. Vt nemo  
 dubitet potuisse renouari bellū atrox: lugubre: incertum victis & victoribus. Ipse auer-  
 sus a cōsilijs belli. Hunc inquit animum: hanc virtutem vestram: vltro periculis obijce-  
 re nimis grande vitæ meæ precium puto. Quanto plus spei ostenditis: si viuere place-  
 ret: pulchrior mors erit. Experti inuicem sumus ego ac fortuna: Nec tempus compu-  
 taueritis. difficilius est temperare felicitati: qua te non putes diu vsurum. Ciuile bellū  
 a Vitellio cœpit: & vt de principatu certaremus armis: initium illic fuit: Ne plusq̄ se-  
 mel certemus penes me exemplum erit. Hinc Othonem posteritas estimet. Fruetur  
 Vitellius ffratre: coniuge: liberis. mihi non vltione neq; solacijs opus est. Alij diutius  
 imperium tenuerunt. nemo tam fortiter reliquerit: An ego tātum romanæ pubis: tot  
 egregios exercitus: sterni rursus: & reip. eripi patiar: Eat hic mecum animus tanq̄ pe-  
 rituri pro me fueritis. Sed este superstites: nec diu moremur: ego incolumitatem ve-  
 stram: vos constantiam meam. Plura de extremis loqui: pars ignauia est. precipuum  
 destinationis meæ documentum habete: q; de nemine queror. Nam incusare deos vel  
 homines: eius ē: qui viuere velit: Talia locutus: vt quiq; ætas aut dignitas: comiter ap-  
 pellatos: irent propere: neu remanendo iram victoris asperaret. Iuuenes auctoritate:  
 senes precibus monebat: placidus ore: intrepidus verbis intempestiuas suorū lachry-  
 mas coercens. Dari naues ac vehicula abeuntibus iubet: libellos epistolasq; studio er-  
 ga se aut in Vitellium contumelijs insignes abolet. Pecunias distribuit parce: nec vt pe-  
 riturus. Mox Saluium Cocceanum fratris filium prima iuuenta trepidum & meren-  
 tem: vltro solatus est: laudando pietatem eius: castigando formidinem. An Vitelliū  
 tam imitit animi fore: vt pro icolumi tota domo: ne hanc quidem sibi gratiam redde-  
 ret: Mereri se festinato exitu clementiam victoris. Non enim vltima desperatiōe: sed  
 poscente prælium exercitu: remisisse reipu. nouissimum casum. Satis sibi nominis: sa-  
 tis posteris suis nobilitatis quesitum Post Iulios: Claudios. Seruios se primum: in fa-  
 miliam nouam imperium intulisse. Proinde erecto animo capefferet vitā neu patruū  
 sibi Othonem fuisse: aut obliuisceretur vnq;: aut nimiu meminisset. Postq̄ dimotis oī-  
 bus. paulum requieuit: atq; illum supremas iam curas animo voluntatem: repens tu-  
 multus auertit: nunciata consternatione ac licentia militum. Namq; abeuntibus exi-  
 tum minitabantur: atrocissima in Verginiū vi: quem clausa domo obsidebant. Incre-  
 pitis seditionis auctoribus regressus: vacauit abeuntiū alloquijs: donec oēs inuolati  
 digrederentur. Vesperascente die: sitim haustu gelidæ aquæ sedauit. Tum allatis pu-  
 gionibus duobus cum vtrunq; pertentasset: alterum capiti subdidit. Et explorato iam  
 profectos amicos. noctem quietam: vtq; affirmatur: non insomnem egit. Luce prima  
 in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis ingressi liberti: seruiq; & Plotius  
 firmus prætorij præfectus: vnū vulnus inuenere. Funus maturatū. ambitiosus id preci-  
 bus petierat: ne amputaretur caput ludibrio futurum. Tulere corpus prætorie cohor-  
 tes: cum laudibus & lachrymis: vulnus manusq; eius exosculātes. Quidam militum  
 iuxta rogam interfecere se: nō noxa neq; ob metum: sed emulatione decoris: & caritate  
 principis Ac postea promiscue Bebrici Placentiæ: alijsq; in castris celebratū id genus  
 mortis. Othoni sepulchrum extructum est modicum & mansurum. hunc vitæ finem  
 habuit septimo & tricesimo ætatis anno. Origo illie municipio Ferētino. Pater cōsula

Verba Othonis

primum si Othoq; fuit  
 se a' obliuisceretur a'  
 nimium meminisset

ambitiosus prætorij præfectus: ne sibi  
 caput amputaretur  
 ludibrio

celebratū id genus  
 mortis

## LIBER. XVIII

ris. auus pratorius. maternum genus impar: nec tamen indecori. puericia ac iuuenta qualē monstrauimus: duobus facinoribus altero flagitiosissimo: altero egregio: tantundem apud posteros meruit bonæ famæ quantum malæ: Vt conquirere fabulosa & fictis oblectare legentium animos procul grauitate cepti operis crediderim: ita vulgatis traditisque demere fidē nō ausim. Die quo Bebriaci certabat: auem iusitata specie: apud Regium lepidum celebri vico consedisse: incolæ memorant: nec deinde cœtu hominum: aut circum volitatum alituum territâ pulsamue: donec Otho se ipse interficeret. Tum ablatâ ex oculis: & tēpora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu conpetisse. In funere eius nouata luctu ac dolore militum seditio. nec erat qui coereret. Ad Verginium versi: modo ut reciperet Imperium: nunc ut legatione apud Cecinam ac Valentem fungeret: minitantes orabant. Verginius per auersam domus portam furtim digressus: irrupentes frustratus est. Earum quæ Brixelli egerant: cohortium preces Rubrius gallus tulit. Et venia statim impetrata: concedentibus ad victorem: per Flauium Sabinum ijs copijs quibus præfuerat. posito ubique bello: magna pars senatus extremum discrimen adiit: perfecta cum Othone ab vrbe: dein Mutinæ relicta. Illuc aduerso de proelio allatum. Sed milites ut falsum rumorem aspernantes: quod infensum Othoni: senatum arbitrabantur custodire sermones. vultum habitumque trahere in deterius: Conuicijs postremum ac probris causam & initium cædis quærebant: cum alius in supermetus senatoribus instaret: ne præualidis iam Vitellij partibus contanter exceperisse victoriam crederentur. Ita trepidi & vtrinque anxij cocunt: nemo priuatim expedito consilio: inter multos societate culpæ tutior Onerabat pauentium curas ordo mutinensis: arma: & pecuniam offerendo appellabatque patres consultos intempestiuo honore. Notabile inde iurgium fuit: quo Licinius Cecina Marcellum Eprium ut ambigua differentem inuasit. Nec ceteri sententias aperiebant. Sed iuisum memoria delationum. expositumque ad inuidiam Marcelli nomen irritauerat Cecinam: ut nouus adhuc: & in senatum nuper adscitus magnis inimicij claresceret. moderatione meliorum direpti. Et rediere omnes Bononiam: rursus consiliaturi. Simul medio tempore plures nuncij sperabant: Bononiæ diuisis per itinera qui recentissimum quemque percontarentur. Interrogatus Othonis libertus causam digressus. habere se suprema eius mandata respondit. Ipsum viuente quidem relictum: sed sola posteritatis cura: & abruptis vitæ blandimentis: Hinc admiratio & plura interrogandi pudor. Atque omnium animi in Vitellium inclinauere. Intererat consilij frater eius. L. Vitellius: sequi iam adulantibus offerebat cum repente Cenus libertus Neronis: atroci mendatio vniuersos perculit: affirmans superuētu. xiiii. legionis: iunctis a Brixello viribus: cesos victores: Versam partium fortunam. Causa fingendi fuit: ut diplomata Othonis quæ negligebantur: latiore nuncio reualescerent. Et Cenus quidem rapidus in urbem vectus. paucos post dies iussu Vitellij pœnas luit. Senatorum periculum auctum: creditibus Othonianis militibus vera esse quæ afferebantur. Intendebat formidinemque publici consilij facie: discessum mutina: desertaque partes forent. Nec ultra in commune congressi: sibi quisque consulere: donec missæ a Fabio valente epistolæ demerent metum. Et mors Othonis quo laudabilior: eo velocius audita. At romæ nihil trepidationis. Cereales ludi ex more spectabantur. ut cessisse vita Othonem: & a Flauio Sabino præfecto urbis: quod erat in vrbe militum in sacramento Vitellij adactum: certi auctores in theatrum attulerunt. Vitellio plaufere: Populus cum laurum ac floribus Galbæ imagines circum templum tulit: congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curtij: quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In senatu cuncta longis aliorum principatibus composita sta-

*Im bonæ fac  
zunt qntu*

*Cereales Lu*

*Galba magis  
monat*

7  
tim decernuntur. Additæ erga germanicos exercitus laudes gratæsq; & missa legatio:  
quæ gaudio fungeretur. Recitata Fabij Valentis epistolæ ad consules scriptæ: haud  
imoderate. Gratiore cecine modestia fuit: q; non scripisset. Cæterum Italia grauius at  
q; atrocius q̄ bello afflictabat. Dispersi per municipia: & Colonias Vitelliani: spolia  
re: rapere. vi & stupris polluere: i omne fas nefasq; auidi: aut venales: nō sacro: non p  
fano abstinebant. Et fuere qui inimicos suos specie militū interficerent: Ipsiq; milites  
regionū gnari: refertos agros: dites dominos in prædā: aut si repugnatū foret. ad exci  
dium destinabāt: obnoxiiis ducibus: & phibere nō ausis. Minus auariciæ in Cecina:  
plus ambitionis. Valens ob lucra & questus infamis: eoq; aliene et culpæ dissimula  
tor. Iam pridē attritis Italiæ rebus: tantū peditū equitumq; vis: dānaq; & iniuriæ agre  
tolerabant. Interim Vitellius victoriæ suæ nescius: vt ad integre bellū: reliquas ger  
manici exercitus vires trahebat. Pauci veterē militū in hybernis relictis: festinatis p gal  
lias delectibus vt remanentiū noīa supplerent. Cura belli Hordeonio Flacco permis  
sa. Ipse e Britānico delectu. octomilia sibi adiunxit. Et paucorū dieꝝ iter pgressus p spe  
ras apud Bebriacum res: ac morte Othonis cōcidisse bellū accepit. Vocata cōcione  
virtutē militū laudibus cumulat. Postulatē exercitu: vt libertū suum asiaticū equestri  
dignitate donaret: inhonestā adulationē cōpescit. Dein mobilitate ingenij: qd̄ malam  
abnuerat: inter secreta cōiuij largit. honorauitq; asiaticū anulis: foedū mācipium: &  
malis artibus ambitiosum. Iisdē diebus accessisse partibus vtrāq; mauritaniā interfecto  
pcuratore albino: nunciij venire. Luceius Albinus a Nerone Mauritaniæ caesariensi  
præpositus: addita per Galbam Tingitanæ puinciæ administratione: haud spernēdis  
viribus agebat. xviii. cohortes: quinq; alæ: ingens Mauroꝝ numerus aderat. per latro  
cinia & raptus apta bello manus: Cæso galba in Othone pnus: nec Africa contentus:  
hispaniæ angusto freto diremptæ iminebat. Inde Cluio rufo metus: & decimā legio  
nem ppinquare littori: vt transmissurus iussit. Præmissi centuriones qui mauroꝝ ani  
mos Vitellio cōciliarent. Neq; arduum fuit magna per puincias germanici exercitus  
fama. Spargebat isuper spreto procuratoris vocabulo: Albinum insigne regis: & Iur  
bæ nomen vsurpare: Ita mutatis aīs: Asinius Polio alæ præfectus: e fidissimis Albino  
& Festus ac Scipio cohortiū præfecti opprimunt. Ipse Albinus dum e Tingitana pu  
incia caesariensem Mauritaniā petit: appulsus littori trucidat. Vxor eius cū se percuf  
soribus obtulisset: simul interfecta est: nihil eorū quæ fierent Vitellio inquirente breui  
auditu quibus magna transibat. Impar curis grauioribus exercitum itinere terrestri per  
gere iubet. Ipse Arare flumine deuchitur: nullo principali apparatu: sed vetere egesta  
te conspicuus: donec Iunius Blesus Lugdunensis Galliæ rector: genere illustri largus  
animo & par opibus: circumdaret principis ministeria: comitaretur liberaliter eo ip  
so ingratus: quauis odium Vitellius humilibus blādicijs velaret: Præsto fuere Lug  
duni victricium victarumq; partium duces. Valentem & Cecinam pro contione lau  
datos: curruli suæ circūposuit. Mox vniuersum exercitum occurrere infati filio iubet.  
Perlato & paludamento opertum sinu retinens: Germanicum appellauit: cinxitq;  
cunctis fortunæ principalis insignibus. Nimiū honos inter secunda: rebus aduersis  
in solacium cessit. Tum interfecti cēturiones proptissimi Othonianorū. Vnde præci  
pua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus: Simul cæteræ legiones cōtactu: &  
aduersus germanicos milites: inuidia: bellū meditabātur. Suetonium paulinū ac Li  
cinius proculū tristi mora squalidos tenuit donec auditi necessarijs magis defensio  
nibus q̄ honestis uterent. Proditionē ultro imputabāt: Spacium lōgi ante plium itine

Ho sacro no p fwo  
abstinebant

Asiatian bpnora  
Annalis

aliter et co. au  
uli sunt occupat

omnes mt 2. adu  
solatio tuit

part



## LIBER. XVIII

ris: fatigationē othonianoz: permixtū vehiculis agmen: ac pleraq; fortuita fraudi sue  
 assignantes. Et Vitellius credidit de perfidia: & fidē absoluit. Saluius Titianus Otho  
 nis frater: nullum discrimen adiit: pietate & ignauia excusatus. Mario celfo consula-  
 tus seruatur. Sed creditū fama: obiectumq; mox in senatu Cecilio simplici & eum ho-  
 norē pecunia mercari: nec sine exitio celsi voluisset. Restitit Vitellius. deditq; postea  
 cōsulatum Simplici: Innoxium & inemptū: Thracalū aduersus criminantes: Galle-  
 ria vxor Vitellij protexit. Inter magnoz viroz discrimia: pudēdum dictu Mariccus  
 quidā e plebe Boioz inferere sese fortunæ: & prouocare arma romana: simulatiōe nu-  
 minū ausus est. Iāq; assertor Galliaz & deus: nam id sibi indiderat: cōcitis octo mili-  
 bus hoīum: proximos heduoꝝ pagos trahebat. cū grauissima ciuitas electa iuuētute  
 adiectis a Vitellio cohortibus: fanaticā multitudinē disiecit. Captus in eo prelio Ma-  
 riccus: ac mox feris obiectus: quia nō laniabat: stolidum vulgus inuiolabilem crede-  
 bat: donec spectante Vitellio interfectus est. Nec vltra in defectores aut bona cuiusq;  
 fauitem. Rata fuere eoz qui acie othoniana ceciderant: testamēta: aut lex intestatis:  
 Prorsus si luxuriæ temperares: auariciā non timeres. Epulaz foeda & inexplēbilis libi-  
 do. Ex vrbe atq; Italia irritamenta gulæ gestabātur: strepentibus ab vtroq; mari itine-  
 ribus: exhausti conuiuioꝝ apparatus principes ciuitatū. vastabātur ciuitates dege-  
 nerabat a labore ac virtute miles: assuetudine voluptatum & contēptu ducis. Præmi-  
 sit in urbē edictū: quo vocabulū augusti differret: Casaris nō reciperet: cū de potesta-  
 te nihil detraheret. Pulsi Italia mathematici. Cautum seuerē: ne equites ro. ludo & are-  
 na polluerētur. Priores id principes pecunia & sapius vi perpulerāt. Ac pleraq; mu-  
 nicipia & coloniæ amulabātur corruptissimum quemq; adolescētium pretio illicere.  
 Sed Vitellius aduētū fratris: & irrepētibus dominationis magistris: sup̄ior & atro-  
 cior occidi Dolobellam iussit: quem in Coloniā aquinatē sepositum ab Othone ret-  
 tulimus. Dolobella audita morte Othonis urbē introierat. Idē Platius varus pratu-  
 ra functus: ex intimis Dolobellæ amicis apud Flauium Sabinū præfectum vrbis ob-  
 iecit: tanq̄ rupta custodia: ducē se victis partibus ostētasset. Addidit temptatā cohor-  
 tem: quæ hostiæ ageret. nec vllis tantoꝝ criminum probatōibus: in penitētiā versus  
 feram veniā post scelus quærebat. Cōtatem super tāta re Flauium Sabinū Triara. L.  
 Vitellij vxor: vltra scēminā ferox terruit: e periculo principis famā clemētiæ affecta.  
 Sabinus Suopte ingenio mitis: vbi formido incessisset: facilis mutatu: & in alieno di-  
 scrimine sibi pauēs: ne alleuasse videret: impulit ruētē. Igit̄ Vitellius metu & odio  
 q; petroniam vxorē eius: mox Dolobella in matrimoniū accepisset: vocatū per episto-  
 las: vitata flaminiaz vię celebritate: diuertere Interānam: atq; ibi interfici iussit. Longū  
 interfectori visum: in itinere ac taberna: pietū humi iugulauit magna cū inuidia no-  
 uī principatus: cuius hoc primū specimen noscebat. Et Triariæ licentiā modestum  
 e proximo exēplum onerabat. Galeria imperatoris vxor nō minax tristibus: & pari p-  
 bitate mater Vitellioꝝ Sextilia antiqui moris dixisse quin ēt ad primas filij sui episto-  
 las ferebat: non germanicū a se: sed Vitelliū genitum. Nec vllis postea fortunæ illece-  
 bris: aut ambitu ciuitatis in gaudiū euecta domus suę tm̄ aduersa sensit. Digressum a  
 Lugduno Vitelliū. M. Cluius rufus assequit̄: omisā hispania: laticia & gratulatio-  
 nem vultu ferēs: aīo anxius: & petitū se criminationibus gnarus. Hilarius Casaris li-  
 bertus detulerat: tanquā audito Vitellij & Othonis principatu: propriam ipse potē-  
 tiam: & possessionem hispaniaz tentasset. Eoq; diplomatibus nullum principem præ-  
 scripisset: Interpretabatur quædam exhortationibus eius contumeliosa in Vitel-

*pulsi Italia Ma*  
*Arcne lud' p b*

7  
lium: & pro se ipso popularia. Auctoritas Cluij prauauit: vt puniri vltro libertum suum Vitellius iuberet. Cluius comitatu principis adiectus: non adempta hispania qua rex absens: exēplo. L. arruncij: quem Ty. Caesar ob metum: Vitellius cluiū nulla formidine retinebat. Nō idem Trebellio maximo honos. profugerat Britannia ob iracundiā militum. Missus ē. in locū eius Bectius bolanus. e præsentibus angebat Vitellium victarū legionum haud quaquam fractus aīus. Sparsa per Italiā & victoribus permixta hostilia loquebantur: præcipua quartadecimanorū ferocia: qui se victos abnuebant. Quippe bebriacensi acie vexillarijs tm̄ pulsas vires legionis non affuisse. Remitti eos in Britāniam: vnde a Nerone exciti erant: placuit. atq; interim Batauorū cohortes vna tendere: ob veterem aduersus quartadecimanos discordiā. Nec diu in tātis armatorū odijs quies fuit. Augustæ taurinorū dum opificem quendam Batauus vt fraudatorem infectatur: legionarius vt hospitem tuetur: sui cuiq; cōmilitones aggregati: conuicijs ad cædē transiere: & prælium atrox arsisset: ni duæ pratorix cohortes causam quartadecimanorū secutæ: his fiduciam: & metum Batauis fecissent: quos Vitellius agmini suo iungi vt fidos: Legionem grais alpibus traductam eo flexu itineris ire iubet: quo Viennam vitarent. Namq; & viēenses timebantur. Nocte qua proficiscatur legio: relictis passim ignibus: pars Taurinæ coloniæ ambusta. Quod dānū vt plarāq; belli mala: maioribus aliarū vrbiū cladib⁹ obliteratū. Quartadecimani post q̄ alpibus digressi sunt: seditiosissimus quisq; signa viennam ferebant: consensu meliorum compressit. Et legio in Britāniam transuecta. Proximus Vitellio e pratorijs cohortibus metus erat Seperatæ primum. deinde addito honestæ missionis lenimento arma ad tribunos suos ferebant: donec motum a Vespesiano bellum creberet. Tū resumpta militiā robur Flauianarū partium fuere. prima classicorū legio in hispaniam missa: vt pace & ocio mitesceret. Vndecima ac septima suis hybernīs redditæ. Tertiā decimam struere amphiteatra iussit. Nam Cecina Cremonæ: valens Bononiæ spectaculum gladiatorū edere parabant: nunq̄ ita ad curas intēto Vitellio: vt voluptates obliuisceretur. Et quidē partes modeste distinxerat. apud victores orta seditio ludicrorū initio: numerus cesorum inuidiam bello auxit. Discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio. Legati tribuniq; ex moribus imperatorū seueritatem emulantur: vel tempestiuis conuiujs gaudent. perinde miles intentus aut licentiosus. Apud Vitellium omnia indisposita: temulenta: peruigilijs ac bachanalibus q̄ disciplina & castris propiora. Igitur duobus militibus altero legionis quintæ: altero e gallis auxiliarijs: per lasciuiam ad certamen luctādī accensus: postq̄ legionarius prociderat: insultante gallo: & ijs qui ad spectandū conuenerant: in studia deductis: erupere legionarij in perniciem auxilio: ac duæ cohortes interfecte. Remedium tumultus fuit alius tumultus. Puluis procul & arma aspiciabant. Conclamatum repente. xiiij. legionem verso itinere ad prælium venire. sed erant agminis coactores. Agniti dēpsere sollicitudinē. Interim Verginij seruus forte obuius: vt percussor Vitellij insimulatur: & ruebat ad cōuiuium miles mortem Verginij exposcens. Ne Vitellius quidē quanq̄ ad omnes suspitiones pavidus: de innocentia eius dubitauit. ægre tm̄ cohibiti qui exitum viri consularis: & quōdam ducis sui flagitabant. Nec quenq̄ sapius q̄ Verginium oīs seditio infestauit. Manebat admiratio uiri & fama: sed oderāt vt fastiditi. Postera die Vitellius senatus legatione quam vbi operiri iusserat audita: trāsgressus in castra: vltro pietatem militum collaudauit: fremētibus auxilijs: tātum impunitatis atq; arrogantiæ legionarijs accessisse. Cohortes Batauorum: ne quid truculentus aude-

## LIBER. XVIII

rent: in germaniam remissæ principium in terno simul externoq; bello parantibus fa-  
 tis. Reddita ciuitatibus galloꝝ auxilia: ingens numerus: & prima statim defectioe in-  
 ter inania belli assumptus Caterꝝ vt largitionibus affectæ: tamen imperij opes suffice-  
 rent amputari legionum auxiliorũq; numeros iubet: vetitis supplementis: Et promi-  
 scuæ missiones offerebant. exitiale id reip. ingratum militi: cui eadẽ munia inter pau-  
 cos: periculaq; ac labor crebrius redibant: & vires luxu corrũpebantur: cõtra veterem  
 disciplinã: & instituta maiorũ. apud quos virtute q̃ pecunia res ro. melius stetit. Inde  
 Vitellius Cremonã flexit. & spectato munere Cecinæ: insistere bebriacensibus cãpis:  
 ac vestigia recentis victoriæ lustrare oculis concupiuit: foedũ atq; atrox spectaculum  
 intra. xl. pugnæ diem: lacera corpora: trunci artus: putres viroꝝ equoꝝq; forma: infe-  
 ctatabo humus: p̃tritis arboribus atq; frugibus: dira vastitas. nec minus inhumana  
 pars viæ: quam cremonenses lauru rosũq; cõstrauerant: extractis altaribus: celsiq; vi-  
 ctimis: regium in morẽ. quæ lata in præfens: mox perniciem ipsis fecere. Aderant Va-  
 lens & cecina: monstrabantq; pugnæ locos. hinc erupisse legionũ agmen hinc equites  
 cohortos. Inde circumfusas auxiliorum manus. Iam tribuni præfectiq; sua quisq; facta  
 extollentes: falso vera aut maiora vero miscebant. Vulgus quoq; militum clamore &  
 gaudio: deflectere viã: spacia certaminum recognoscere. aggerem armorũ: strues cor-  
 porum intueri: mirariq;. Et erant quos varia fors rerum: lachrymæq; & misericordia  
 subiret. At non Vitellius flexit oculos. nec tot milia insepulorum ciuium exhorruit:  
 Lætus vltro: & tam propinquæ fortis ignarus: instaurabat sacrum dijs loci. Exin Bo-  
 noniã a Fabio valente gladiatorum spectaculũ editur: aduecto ex vrbe cultu. quanto  
 q; magis propinquabat: tãto corruptius iter immixtis hystriõibus & spadonũ gre-  
 gibus: & cetero neronianæ aulæ ingenio. Namq; & Neronem ipsum Vitellius admi-  
 ratione celebrabat: sectari cantantem solitus: nõ necessitate qua honestissimus quisq;  
 sed luxu & saginæ mancipatus emptusq;. Vt Valenti & Cecinæ vacuos honoris men-  
 ses aperiret: cohartati aliorum consulatus: dissimulatus. M. Macri: tanq; Othoniana-  
 rum partium ducis: Et Valerium Marinũ destinatũ a Galba consulem distulit: nul-  
 la offensa: sed mitem & iniuriam segniter laturum. Pedianus costa omittitur ingrat⁹  
 principi. vt aduersus Neronem aulus: & Verginij extimulator. Sed alias ptulit cau-  
 sas: actæq; insuper Vitellio gratiæ consuetudine seruitij. Non vltra paucos dies quan-  
 q̃ acribus initijs coeptum mendacium valuit. Extiterat quidam Scribonianũ se came-  
 rinum ferens: neronianoz temporum metu in histria occultatum: q; illic clientelæ &  
 agri veterum crassorum ac nominis fauor manebat. Igitur deterrimo quoq; in argu-  
 mentum fabulæ assumpto: vulgus credulum: & quidã militum errore veri seu turba-  
 rum studio: certatim aggregabantur. Cum pertractus ad Vitellium: interrogatus  
 quis nam mortalium esset: postquã nulla dictis fides & a domino noscebatur cõditio-  
 ne fugitiuus nomine Geta: sumptum de eo supplicium in seruilem modum Vix cre-  
 dibile memoratu est: quantum superbiæ socordiaq; Vitellio adoleuerit. postq̃ specu-  
 latores e Syria Iudeaq; adactum in verba eius orientem nunciauere. Nam & si vagis  
 adhuc & incertis auctoribus: erat tamen in ore fama q; Vespasianus: ac plerũq; ad no-  
 mē eius Vitellius excitabatur. Tum ipse exercitusq; vt nullo æmulo: sæuicia: libidine:  
 raptu: in externos mores proruperant. At Vespasianus bellum armaq; & procul vel  
 iuxta fitas vires circũspectabat. Miles ipsi adeo paratus: vt præcuntē sacramētum: &  
 fausta Vitellio omnia precantem: per silērium audierint. Mutiani aius nec Vespasia-  
 no alienus: & in Titũ pnior. præfectus ægypti alexãder: consilia sociauerat. Tertiã le

7  
gionem q̄ de Syria in Mœsiam transisset: suam numerabat. cæteræ Illirici legiones se-  
cuturæ sperabantur. Namq; omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium a  
Vitellio militum: q; truces corpore: horridi sermone cæteros vt impares irridebant.  
Sed inerat a mole belli plerunq; contatio: & Vespasianus modo in spem erectus. ali-  
quando aduersa reputabat. Quis ille dies foret. quo. lx. ætatis annos: & duos filios iu-  
uenes bello permitteret. Esse priuatis cogitatioibus progressum: & prout velint plus  
minusue sumi ex fortuna. Imperium cupientibus: nihil medium inter summa aut præ-  
cipitia. Versabatur ante oculos germanici exercitus robur: notum viro militari. Su-  
as legiones ciuili bello inexpertas: Vitellij victrices: & apud victos plus querimonia-  
rum q̄ virium. Fluxam per discordias militum fidem: & periculum ex singulis. Quid  
enim p̄ futuras cohortes alasq; si vnus alterq; præsentis facinori paratū ex diuerso præ-  
mium petat: Sic Scribonianū sub Claudio interfectum: Sic percussorem eius Vola-  
giniū e gregario ad summa militiæ p̄uectum. Facilius vniuersos impelli: q̄ singulos  
vitari. His pauoribus nutantē: & alij legati amiciq; firmabant. Et Mutianus post mul-  
tos secretosq; sermones: iam & coram ita locutus. Omnes qui magnarum rerū confi-  
lia suscipiunt: estimare debent: an quod incohatur: reip. vtile: ipsis gloriosum: aut p̄m-  
ptum effectu: aut certe nō arduum sit. Simul ipse qui suadet considerandus est: adijci  
at ne consilio periculum suum: & si fortuna ceptis affuerit: cui summum decus acqui-  
ratur. Ego te Vespasiane ad imperium voco: tam salutare reip. q̄ tibi magnificentum. Lux-  
ta deos in tua manu positum est. Nec speciem adulantis expaueris: a contumelia q̄ a  
laude propius fuerit: post Vitellium eligi. Non aduersus diui Augusti acerrimam  
mentem: nec aduersus cautissimam Tyberij senectutem: nec contra Cai quidem aut  
Claudij vel Neronis fundatam longo Imperio domum exurgimus: Cæssisti ēt Gal-  
bæ imaginibus. Torpere vltra: & polluendam perdendamq; reputare relinquere: sopor  
& ignauia videret: etiam si tibi q̄ inhonesta. tam tuta seruitus esset. Abijt iam & trans-  
uectum est tempus: quo posses videri concupisse. Confugiendum est ad imperiū. An  
excidit trucidatus Corbulo splēdidior orrigine q̄ nos sumus: Fateor. Sed & Nero no-  
bilitate natalium Vitellium antebat. Satis clarus est apud timentem: quisquis time-  
tur. & posse ab exercitu principem fieri: sibi ipse Vitellius documento est: nullis stipē-  
dijs: nulla militari fama Galbæ odio prouectus. Ne Othonem quidē ducis arte: aut  
exercitus sui: sed præpropere ipsius desperatione victum: iam desiderabilem & ma-  
gnum principem fecit. Cum interim spargit legiōes: exarmat cohortes: nona cottidie  
bello semina ministrat: siquid ardoris ac ferociæ miles habuit: popinis & comessatioi-  
bus. & principis imitatione deterit. Tibi e Iudea & Syria & ægypto nouem legiōes in-  
tegræ: nulla acie exhaustæ: non discordia corruptæ. Sed firmatus vsu miles: & belli do-  
mitor externi Classium: alarum cohortium robora: & fidissimi reges: & tua ante om-  
nes experientia. Nobis nihil vltra arrogabo q̄ ne post Valentem & Cecinam numere-  
mur. Ne tamen Mutianum socium spreueris: quia æmulum non experiris: me Vitel-  
lium antepono: te mihi. Tuæ domui triumphale nomen: duo iuuenes: capax iam im-  
perij alter: & primis militiæ annis apud germanicos quoq; exercitus clarus. Absurdū  
fuerit: non cædere Imperio: ei cuius filium adoptaturus essem: si ipse imperarem. Cæ-  
terum inter nos nō idem prosperarū aduersarumq; rerum ordo erit. Nam si vincimus  
honorem quem dederis habebō: discrimen ac periculum ex æquo patiemur: immo vt  
melius est: tu hos exercitus rege. mihi bellum: & præcliorum incerta trade. Ac riore ho-  
die disciplina victi q̄ victores agunt: hos ira: odium: vltionis cupiditas ad virtutē accē-

## LIBER. XVII.

dit. Illi per fastidium: & contumaciam hebescunt. Aperiet & recludet contecta victri-  
cium partium & tumescencia vulnera bellum ipsum. Nec mihi maior in tua vigilancia  
parsimonia sapientia: fiducia est: q̄ in Vitellij torpore: inscitia saeuicia. Sed & meliore  
in bello causa q̄ in pace habemus. Nam qui deliberant descuerunt. post Mutiani ora-  
tionem caeteri audentius circumfistere: hortari responsa vatum: & syderum motus re-  
ferre. Nec erat in tactus tali superstitione: vt qui mox rex dominus Seleucum quen-  
dam mathematicum: rectorem & praescium palam habuerit. Recursabat animo ve-  
tera omnia. Cupressus arbor in agris eius conspicua altitudine: repente prociderat:  
ac postera die eodem vestigio: resurgens procera & latior virebat: Grande id prosperu  
q̄ consensu aruspiciu: & summa claritudo iuueni admodu Vespesiano promissa. Sed  
primo triumphalia & consulatus: & Iudaicae victoriae decus implese fidem ominis vi-  
debantur. Vt haec adeptus est: portedi sibi imperiu credebat. Est Iudeam inter Syriam  
q̄ Carmelus: Ita vocant montem: deumq̄: nec simulachrum deo: aut templum: sic  
tradidere maiores: aram tantum & reuerentiam Illic sacrificanti Vespesiano: cu spes  
occultas versaret animo Basilides sacerdos inspectis identidem extis: quicquid est in-  
quit Vespesiane quod paras: seu domu extruere: seu prolatare agros siue ampliare ser-  
uitia: datur tibi magna sedes: ingetes termini: multum hominum. Has ambages &  
statim exceperat fama & tuc aperiebat: nec quicq̄ magis in ore vulgi crebriores apud  
ipsum sermones: q̄to sperantibus plura dicuntur: haud dubia destinatione discessere:  
Mutianus Antiochiam. Vespesianus Caesaream. Illa Syriae: haec Iudaeae caput e. Initi-  
um ferendi ad Vespesianum Imperij alexandriae ceptum. festinante Tyberio Alexan-  
dro: qui Kal. Iul. sacramento eius legiones adegit. Isque primus principatus dies in po-  
sterum celebratus: quis Iudaicus exercitus. v. nonas Iul. apud ipsum iurasset: eo ardo-  
re: vt ne Titus quidem filius expectaretur: Syria remeans: & consiliorum inter Mu-  
tianum ac patrem nuncius. Cuncta impetu militum acta: non parata cognitione: no-  
coniunctis legionibus: dum quaeritur tempus locusq̄: quodq̄ in re tali difficilimu est  
prima vox: dum animo spes: timor: ratio: casus obuersantur. Egressum cubiculo Ve-  
spesianum pauci milites solito assistunt ordine: vt legatum salutari: Imperatorem sa-  
lutauerunt. Tum caeteri accurrere: Caesarem & augustum: & omnia principatus vo-  
cabula cumulare. Mens a metu ad fortunam transierat. In ipso nihil tumidum: arro-  
gas: aut in rebus nouis nouum fuit. Vt primu tantae multitudinis offusam oculis ca-  
liginem disiecit: militariter locutus: leta omnia: & affluentia exceperit. Nam id ipsum  
opperiens Mutianus: alacre milite in verba Vespesiani adegit. Tu antiocheniu thea-  
tru ingressus: vbi illis consultare mos est: concurrentes & in adulationem effusos allo-  
quit: Satis decorus et greca facundia oiumq̄: quae diceret atq̄ ageret: arte quadam oste-  
tator. Nihil eque prouincia exercitumq̄ accedit: q̄ q̄ asseuerabat Mutianus: statuisse  
Vitelliu vt germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamq̄ transfer-  
ret. Contra Syriacis legionibus germanica hyberno celo ac laboribus dura mutaret.  
Quippe & prouinciales sueto militum contubernio gaudebat: plariq̄ necessitudini-  
bus & propinquitatibus mixti: & militibus vetustate stipendioq̄ nota & familiaria ca-  
stra in modum penatiu diligebatur. Ante Idus Iul. Syria omnis in eode sacramento  
fuit. Accessere cu regno Sohemus haud spernedis cu viribus: Antiochus vetustis opi-  
bus ingens: & in seruietium regum ditissimus. Mox per occultos suorum nuncios ex-  
citus ab vrbe Agrippa: ignaro ad hoc vitellio celeri nauigatione properauerat. Nec  
minore animo regina Beronica partes iuuabat: florens atate formaque & seni quo-

*Carmelus n**Antiochia s  
Caesarea ju**Vespas. Impat  
tut**Anthio. Tertiu**beronica*

7  
que Vespesiano magnificentia munerum grata. Quicquid prouinciæ alluitur mari. Asia atq; achaia tenuis: quantumq; introrsus in pontû & armenios patefcit: iurauere. Sed inermes legati regebant: nûdum additis Cappadociæ legionibus. Consilium de sùma rerum Briti habitum. Illuc Mutianus cum legatis tribunisq; & splèdidissimo quoq; ceturionum ac militum venit. Et e iudaico exercitu lecta decora. Târùm simul peditum equitumq; & æmulantium inter se regum paratus: speciem fortunæ principalis affecerant. Prima belli cura: agere delectus reuocare veteranos. Destinantur validæ ciuitates exercendis armorum officinis. Apud antiochenes aurum argentumque signatur. eaq; cuncta per idoneos ministros suis quæq; locis festinabatur. Ipse Vespesiano adire: hortari: bonos laude: segnes exèplo incitare sapiusq; coercere: vitia magis amicorum q̄ virtutes dissimulans. Multos præfecturis & procurationibus: plærosq; senatorij ordinis honoꝝ percoluit. egregios viros & mox summa adeptos: Quibusdam fortuna pro virtutibus fuit Donatiua militi neq; Mutianus prima contione. nisi modice ostenderat: nec Vespesiano quidem plus ciuili bello obtulit: q̄ alij in pace: egregie firmus aduersus militarem largitione: eoq; exercitu meliore. Missi ad partem armenumq; legati prouisumq; ne versis ad ciuile bellum legionibus terga nudarentur. Titum instare Iudææ: Vespesianum obtinere claustra egypti placuit. Sufficere videbantur aduersus Vitellium pars copiarum & dux Mutianus: & Vespesiano nomen: ac nihil arduum fatis: ad omnes exercitus legatosq; scriptæ epistolæ: præceptûq; vt prætorianos Vitellio infensos: recuperandæ militiæ præmio inuitarent. Mutianus cum expedita manu: socium magis Imperij q̄ ministrum agens: non lento itinere: ne contari videretur: neq; tamen properans gliscere famam ipso spacio sinebat: gnarus modicas vires esse sibi: & maiora credi de absentibus. Sed legio. vi. &. viij. vexilliariorum milia ingenti agmine sequebantur: Classem e ponto Bizantium adigi iussit: ambiguus consilij: num omiſſa Mæſia Dyrrachium pedite atq; equite. peteret. Simul longis nauibus versum in Italiam mare clauderet. Tuta pone tergum achaia asiaq; quasi inermes exponi Vitellio: ni præsidijs firmarentur: atq; ipsum Vitellium in incerto fore: quam partem Italiæ protegeret: si sibi Brundisium Tarentumque & Lucaniæ Calabriæq; littora infestis classibus peterentur. Igitur nauium militum: armorum paratu strepere prouinciæ. Sed nihil æque fatigabat: q̄ pecuniarum conquisitio. Eos esse belli ciuilis inermes dictitans Mutianus: non ius aut verum in cognitionibus sed solam magnitudinē opum spectabat. passim delationes & locupletissimus quisq; in prædam correpti: quæ grauiataq; intolleranda: sed necessitate armorum excusata etiam in pace mansere. Ipso Vespesiano inter initia imperij ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinato. donec indulgentia fortunæ & prauis magistris didicit aususq; e. Proprijs quoq; opibus Mutianus bellum iuuuit: largus priuatim: quod auidius de rep. sumeret. Ceteri conferendæ pecuniæ exemplum secuti: carissimus quisq; eandem in recuperando licetiam habuerunt. Accelerata interim Vespesiano cœpta: Illyrici exercitus studio trāsgressi in partes. Tertia legio exemplum ceteris Mœsiæ legionibus præbuit. Octaua erat ac septima claudiana imbutæ fauore Othonis: quis prælio non interfuissent: Aquileam iam progressæ: proturbatis qui de Othone nunciabant: laceratisq; vexillis nomen Vitellij præferentibus: rapta postremo pecunia: & inter se diuisa: hostiliter egerant. Vnde metus: & ex metu cõsilium: posse imputari Vespesiano: quæ apud Vitellium excusanda erāt Ita tres Mœsiæ legiones per epistolas alliciebant pannonicum exercitum: aut abnueti vim parabant. In eo metu. Aponius Sa

*causa belli nauis*

## LIBER. XVIII.

turninus Mœsiæ rector: pessimum facinus audet: misso centurione ad interficiendum  
 Tectium Iulianum. vij. legionis legatum ob simultates: quibus causam partium præ  
 tendebat: Iulianus comperto discrimine: & ignaris locorum adscitis: per auia Mœsiæ vl  
 tra motem hemum profugit. nec deinde ciuili bello interfuit: per varias moras susceptum  
 ad Vespasianum iter trahens: & ex nuncijs contabundus aut properans. At in pannonia  
 xij. legio ac. vij. galbiana: dolorem iramque bebriacensis pugnae retinentes: haud cotan  
 ter Vespesiano accessere: vi præcipua primi Antonij Is legibus nocens & tpe Neronis  
 falsi datus: inter alia belli mala: senatorium ordinem recuperauerat: præpositus a Gal  
 ba septimæ legioni scriptitasse Othoni credebatur: ducem se partibus offerens: a quo  
 neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit Labantibus Vitellij rebus Vespasianum  
 secutus: græde momentum addidit: strenuus manu: sermone proptus: serendæ in alios  
 inuidiæ artifex: discordijs & seditionibus potens: raptor: largitor: pace pessimus. bel  
 lo non spernendus. Iuncti inde Mœsici ac pannonici exercitus: dalmaticum militem tra  
 xere: quæ consularibus legatis nihil turbantibus. Titus Fabianus pannoniam: Pompe  
 ius Syllanus Dalmatiam tenebant: diuites senes. Sed procurator aderat Cornelius  
 Fuscus vicens ætate: claris natalibus: prima iuuetate quietis cupidine: senatorium ordi  
 nem exurat. Idemque pro Galba dux coloniarum suarum: eaque opera procuracionem adeptus:  
 susceptis Vespesiani partibus: acerrimam bello faciem pratulit: non tam præmijs pe  
 riculorum: quam ipsis periculis lætus pro certis & olim partis: noua: ambigua: & ancipi  
 tia malebat. Igitur mouere & quatere quicquid usque agrum foret: aggrediuntur. Scri  
 ptæ in Britanniam ad quartadecimanos in hispaniam ad primanos epistolæ: quæ vtra  
 que legio pro Othone aduersa vitellio fuerat. Sparguntur per gallias litteræ: momen  
 toque temporis flagrabat ingens bellum: Illyricis exercitibus palam descendentibus Cæ  
 teris fortunam secuturis. Dum hæc per prouincias a Vespesiano ducibusque partiū ge  
 runtur. Vitellius contemptior in dies segniorque: ad omnes municipiorum villarumque ameni  
 tates resistens: graui urbem agmine petebat. lx. milia armatorum sequebantur: licetia cor  
 rupta. Calorum numerus amplior: procacissimis etiam inter seruos lixarum ingenijs. tot  
 legatorum amicorumque comitatus: inhabilis ad parendum: etiam si summa modestia re  
 geretur. Onerabant multitudinem obuij ex urbe senatores: equitesque: quidam metu:  
 multi per adulationem: Cæteri ac paulatim omnes: ne alijs proficiscerentibus: ipsi rema  
 nerent. Aggregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti: scurræ histrio  
 nes: aurigæ: quibus ille amiciciarum dehonestamētis mire gaudebat. Nec coloniarum mo  
 do aut municipia congestu copiarum: sed ipsi cultores aruarumque maturis iam frugibus vt  
 hostile solum vastabantur. Multæ & atroces inter se militum cædes: post seditionem  
 Ticiniam ceptam: manente legionum auxiliorumque discordia: vbi aduersus paganos  
 certandum foret: consensu. Sed plurima strages ad septimum ab urbe lapidem Singu  
 lis ibi militibus Vitellius paratos cibos vt gladiatoriam saginam diuidebat. Et effusa  
 plebs totis se castris miscuerat. Incuriosos milites vernacula utebantur urbanitate. qui  
 dam spoliare abscessis furtim balteis: an accincti forent rogantes. Non tulit ludi  
 brium insolens contumeliæ animus. Inermem populum gladijs inuasere. Cæsus in  
 ter alios pater militis cum filium comitaretur deinde agnitus: & vulgata cæde: tempe  
 ratum ab innoxijs. In urbe tamen trepidatum præcurreribus passim militibus. Forū  
 maxime petebant: cupidine visendi locum in quo Galba iacuisset. Nec minus sæuum  
 spectaculum erant ipsi: tergis ferarum & ingentibus telis horrentes: cum turbam po  
 puli per inscitiam parum vitarent: aut vbi lubrico viæ vel occursum alicuius procidis

*Anto. puer pessim  
 bello non spernendus*

7  
sent: ad iurgium: mox ad manus & ferrum transirent. Quia & tribuni prefectiq; cum  
terrore & armatorum cateruis volitabant Ipse Vitellius a ponte miluio, insigni equo pa-  
ludatus accinctusq; senatum & populum ante se agens: quo minus vt captam urbem  
ingrederetur: amicorum consilio deterritus: sumpta praetexta: & composito agmine  
incessit. Quattuor legionum aquilae per frontem: totidemq; .cc. e legionibus alijs ve-  
xilla: mox .xij. alarum signa: & post peditum ordines eques: dein quatuor & .xxx. cohor-  
tes vt nomina gentium aut species armorum forent discretae. Ante aquilam praefecti ca-  
stroq; tribuniq; & primi centurionum candida veste: ceteri iuxta suam quisq; centuri-  
am armis donisq; fulgentes. Et militum phalerae: torquesq; splendebant decora faci-  
es: & non Vitellio principe dignus exercitus. Sic capitolium ingressus: atq; ibi matrem  
complexus. Augustae nomine decorauit. postera die tanquam apud alterius ciuitatis  
senatum populumq; magnificam orationem de semetipso prompsit: industriam tem-  
perantiamq; suam laudibus attollens: conscijs flagitiorum ipsis qui aderant: omniq; Ita-  
lia: per quam somno & luxu pudendus inceserat. vulgus tamen vacuum curis: & sine fal-  
si veriq; discrimine: solitas adulationes edoctum: clamore & vocibus adstrepebat: ab-  
nuentiq; nomen Augusti expressere vt assumeret: tam si frustra quae recusauerat. Apud ci-  
uitatem cuncta interpretatam funesti ominis loco acceptum est: quod maximam pon-  
tificatum adeptus Vitellius: de caerimonijs publicis. xv. Kal. Augu. edixisset: antiqui-  
tus infausto die Cremerensi alienisq; cladibus: adeo omnis humani diuinisq; iuris ex-  
pers. pari libertorum amicorumq; socordia: velut inter temulentos agebat. Sed comi-  
tia consulum cum candidatis ciuilitate celebrans: omnem infimae plebis rumorem: in thea-  
tro vt spectator: in circo vt fautor affectauit. quae grata sane & popularia: si a virtuti-  
bus proficiscerentur: memoria vitae prioris: indecora: & vilia accipiebantur. Venerabat  
in senatum: etiam cum paruis de rebus patres consulerentur. ac forte priscus heluidi-  
us praetor designatus: contra studium eius censuerat. Comotus primo Vitellius: non  
tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spectatae potestatis aduocauit. Mox mitiga-  
tibus amicis: qui altiore iracundiam eius verebantur: nihil noui accidisse respondit:  
quod duo senatores in republica dissentirent. solitum se etiam Thraseam contradicere.  
Irisere pleriq; impudentiam aemulationis. alijs id ipsum placebat: quod non ex pra-  
potentibus: sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset. praeposuerat praetorianis  
P. Sabinum: ad praefecturam cohortis Iulium priscum: dum centurio esset. Priscus  
Valentis: Sabinus Cecinae gratia pollebant. Inter discordes Vitellio nihil auctorita-  
tis: munia imperij Cecina ac Valens obibat: olim anxij odij: quae bello & castris ma-  
le dissimulata: prauitas amicorum: & fecunda gignedis inimicitijs: ciuitas aucerat: dum  
ambitu: comitatu: & imensis salutarium agminibus. contendunt. comparanturq; va-  
rijs in hunc aut illum Vitellij inclinationibus. nec vnquam satis fida potentia: vbi ni-  
mia est. Simul ipsum Vitellium subitis offensis: aut intempestiuis blandicijs mutabi-  
lem contemnebant: metuebantq;. Nec eo segnius inuaserant domos: hortos: opesq;  
imperij: cum flebilis & egens nobilium turba: quos ipsos liberosq; patriae Galba red-  
diderat: nulla principis misericordia iuuaretur. Gratum primoribus ciuitatis: etiam  
plebs approbauit: quae reuersis ab exilio iura libertorum concessisset. quanquam id om-  
nino seruilia ingenia corrumpebant: abditis pecunijs per occultos aut ambitiosos fi-  
nus. Et quidam in domum Caesaris transgressi atq; ipsis dominis potetiores: Sed mi-  
les plenis castris & redundante multitudine: in porticibus aut delubris: & vrbe tota va-  
gus: non principia noscere: non seruare vigilias: neq; labore firmari per illecebras urbis:

M<sup>o</sup> Vitellij Augustae  
d<sup>o</sup>cti



## LIBER. XVIIII

& inhonesta dictu: corpus ocio: animum libidinibus imminuebat. Postremo ne salutis quidem cura: infamibus Vaticani locis magna pars tetendit. Vnde crebra in vulgus mortes: & adiacentia tyberi germanorum Gallorumq; obnoxia morbis corpora: fluminis auiditas: & æstus impatientia labefecit. Insuper confusus prauitate vel ambitu: ordo militiæ. Sedecim prætoriarum: quatuor urbanæ cohortes scribebant: quis singula milia inessent. Plus in eo delectu Valens audebat: tanquam ipsum Cecinam periculo excmisset. Sane aduentu eius partes conualuerant: & sinistra lenti itineris rumorem prospero proclio verterat. Omnisq; inferioris Germaniæ miles Valentem affectabatur. Vnde primum creditur Cecinæ fides fluitasse. Ceteræ non ita ducibus indulgit Vitellius: vt non plus militi liceret. Sibi quisq; militiam sumpserit: quanuis indignus: si ita maluerat: urbanæ militiæ ascribebat. Rursus bonis remanere inter legionarios: aut alares volentibus permissum. Nec deerant qui vellent fessi morbis: & itemperiam cæli incusantes: robora tamen legionibus alijsq; subtracta. Conuulsum castrorum decus. xx. milibus e toto exercitu permixtis magisquam electis Contionante Vitellio: postulantur ad supplicium Asiaticus & Flavius & Rufinus duces galliarumq; pro vindice bellassent. Nec cohercebat eiusmodi voces Vitellius: super insitam animo ignauiam: cõsciis sibi instare donatiuum & deesse pecuniam: Omnia alia militi largiebatur. Liberti principum conferre pro numero mancipiorum vt tributum iussi. Ipse sola perdendi cura: stabula aurigis extruere. Circum gladiatorum ferarumq; spectaculis opplere: tanquam in summa abundantia pecuniæ illudere. Quin & natalem Vitellij diem Cecina & Valens editis tota urbe vicatim gladiatoribus: celebrauere ingenti paratu: & ante illum diem insolito. Latum scædissimo cuiq; apud bonos inuidiæ fuit: q; extractis in campo martio aris: inferias Neroni iecisset. Cæsæ publice victimæ cremataq; faces augustales subditæ. quod sacerdotium vt Romulus Tatius regi: ita Cæsar Tyberius iulii genti sacrauit. Nõ dum quartus a victoria mensis. & libertus Vitellij asiaticus polydotos patrobios & vetera odiorum nomina æquabat. Nemo in illa aula probitate aut industria certauit. Vnum ad potentiam iter: prodigis epulis: & sumptum Caiarum aquarum: satiare inexpleriles Vitellij libidines. Ipse abunde ratus: si presentibus frueretur: nec in longius consultans: nouies milies sceteretium paucissimus mensibus interuertisse creditur. Magna & misera ciuitas eodem anno Othonem Vitelliumq; passa: inter Iunios Fabios: Icellos: Asiaticos: varia & pudenda sorte agebat: donec succedere Mutianus & Marcellus: & magis alij homines: quam alij mores. Prima Vitellio tertiæ legionis defectio nunciatur: missis ab Aponio Saturnino epistolis: antequam is quoq; Vespesiani partibus aggregaretur. Sed neq; Aponius cuncta vt trepidans re subita perscripserat: & amici adulantes: nullius interpretabantur vnus legionis eam seditionem. Cæteris exercitibus constare fidem. In hunc modum etiam Vitellius apud milites differuit prætorianos nuper exauctoratos infectatus. a quibus falsos rumores dispergi: nec vllum ciuilibus belli metum asseuerabat: suppresso Vespesiani nomine: & vagis per urbem militibus: qui sermones populi coercerent. Id præcipuum alimentum famæ erat. Auxilia tamen e Germania Britaniaq; & hispanijs exciuit segniter: & necessitatem dissimulans. Perinde legati prouinciæq; contabantur. Hordeonius Flaccus suspectis iam Batauis anxius proprio bello: Vectius Bolanus. nunquam satis quieta Britannia & vterq; ambigui neq; ex hispanijs properabatur: nullo tum ibi consulari. Trium legionum legati pares iure: & prosperis Vitelli rebus certaturi ad obsequium: aduersam eius fortunam ex æquo detrectabant. In africa legio cohortesq; delectæ a

7  
Clodio Macro: mox a Galba dimissæ: rursus iussu Vitellij militiam cœpere. Simul  
cætera iuuentus dabat impigre nomina. Quippe integrum illic ac fauorabilem pcon  
sulatum Vitellius: famosum inuisumq; Vespesianus egerat. Proinde socij de imperio  
vtriusq; coniectabant. Sed experimentum contra fuit. Ac primo Valerius Festus le  
gatus studia puincialium cum fide iuuit. mox nutabat: palam epistolis edictisq; Vi  
tellium: occultis nuncijs Vespesianum fouens. & hæc illaue defensurus: prout inua  
luisent. Deprehensi cum litteris edictisq; Vespesiani per Rhetiam & Gallias: mili  
tum & centurionum quidam ad Vitellium missi necatur. plures sefellere. fide amico  
rum: aut suomet statu occultati. Ita Vitellij paratus noscebant. Vespesiani consilioꝝ  
plæra q; ignota: primum socordia Vitellij: deinde Pannonicæ alpes præsidijs infestæ  
nuncios retinebant. Mare quoq; ethesiæ flabant. hæc flatu in orientem nauigantibus  
secundum inde aduersum erat. Tandem irruptione hostium: atrocibus vndiq; nunci  
is exeritus. Cecinam ac Valentem expediri ad bellum iubet. Præmissus Cecina. Va  
lentem e graui corporis morbo tum primum assurgentem: infirmitas tardabat. Lon  
ge alia proficiscentis ex vrbe germanici exercitus species. Non vigor corporibus: non  
ardor animis: Lentum & raræ agmen: fluxa arma: segnes equi: impatiens solis pulue  
ris tempestatum: quantumq; hebes ad sustinendum laborem miles: tanto ad discor  
dias promptior. Accedebat huc Cecinæ ambitio vetus: torpor recens: nimia fortunæ  
indulgentia: soluti in luxum: seu perfidiam meditatio: infringere exercitus virtutem in  
ter artes erat. Credidere plæriq; Flauij Sabini consilijs concussam Cecinæ mentem:  
ministro sermonum Rubrio Gallo: Rata apud Vespesianū fore pacta transitionis:  
Simul odiorum inuidiæq; erga Fabium Valentem admoncebatur: vt impar apud Vi  
tellium: gratiam viresq; apud nouum præcipem pararet. Cecina cõplexu Vitellij: mul  
to cum honore digressus: partem equitum ad occupadã Cremonã præmisit. Mox  
vexillarij quartadecimæ & sextadecimæ legionum: dein quinta & duodeuicesima se  
cutæ: postremo agmine vna & vicesima rapax: & prima Italica incessere cum vexilla  
rijs hystris Britannicæ legionum & electis auxilijs. Profecto Cecina: scripsit Fabius  
Valens exercitui: quem ipse ductauerat: vt in itinere opperiretur: Sic sibi cum Cecina  
conuenisse. qui præsens: eoq; validior: immutatum id consilium finxit: vt ingruenti bel  
lo tota mole occurreretur. Ita accellare legiones Cremonam: pars Hostiliam petere  
iussæ. Ipse Rauennam diuertit: prætextu Classẽ alloquendi. Mox Patauij secretum  
componendæ proditiõis quæsitum. Namq; Lucilius Blesus post præfecturam alæ:  
Rauennati simul ac Misenenfi classibus a Vitellio præpositus: q; nõ statim præfectu  
ram prætorij adeptus foret: iniquam iracundiã flagitiosa perfidia vlciscebatur. Nec sci  
ri potest traxerit ne Cecinam: an quod euenit inter malos: vt & similes sint: eadem il  
los prauitas impulcrit. Scriptores temporũ: qui potiente rerum Flauia domo: monu  
menta belli huiusce composuerunt: curam pacis & amorẽ rei publicæ corrupti in adu  
lationem: causas tradidere. Nobis super insitam leuitatem: & prodito Galba: vilem  
mox fidem: emulatione etiam inuidiæq; ne ab alijs apud Vitellium anteirẽtur peruer  
tisse ipsum Vitellium videntur. Cecina legiones affecutus: centurionum militumque  
animos obstinatos pro Vitellio: varijs artibus subruebat. Basso eadem molienti mi  
nor difficultas erat: lubrica ad mutandam fidem classe: ob memoriam recentis pro  
Othone militiæ.

Septimusdecimus & Octauusdecimus confusi simul expliciunt.

Ethesiæ

## LIBER .XIX.

CORNELII TACITI ACTORVM DIURNALIVM HISTORIAE  
AVGVSTAE. LIBER. XIX. INCIPIT. ]

Eliore fato fideq; partium flauianarū duces cōsilia belli tractabāt. Pætonionem in hyberna. xiiij. legionis conuenerant. Illic agitauere  
 m placeret ne: obstrui Pānoniæ alpes: donec a tergo vires vniuersæ cō  
 surgerent: an ire cominus: & certare p̄ italia cōstantius foret. q̄bus  
 opperiri auxilia: & trahere bellum videbat: germanicarū legionum  
 vim famamq; extollebāt: & aduenisse mox cum Vitellio Britānici  
 exercitus robora. Ipsi nec numerū parem pulsarū nuper legionum: Et q̄q; atrociter lo  
 querent: minorē esse apud victos aiū. Sed inessis interim alpibus: venturū cū copi  
 is orientis Mutianū. Superesse Vespesiano mare: classes: studia puinciāre: per quas  
 velut alterius belli molē ciceret. Ita salubri mora: nouas vires affore: & presentibus ni  
 hil periturū. Ad ea Antonius primus: Is acerrimus belli cōcicator festinationē ipsis uti  
 lem Vitellio exitiosam differuit. plus socordiē q̄ fiducia accessisse victorib⁹. neq; n. in  
 p̄cinctu & castris habitos: per oīa Italiæ municipia desides: tantū hospitibus metuen  
 dos: quanto ferocius ante se egerint: tanto cupidius insolitas voluptates hausisse. Cir  
 co quoq; ac theatris & amenitate vrbis emolitos: aut valetudinib⁹ fessos. Sed addito  
 spacio: rediturū & his robur meditatiōe belli. Nec p̄cul Germaniam vnde vires: Britā  
 niam freto dirimi: Iuxta gallias: hispaniasq; Vtrinq; viros: equos: tributa: ipsamq; Ita  
 liam & opes vrbis: ac si i ferre arma vltro velint: duas classes vacuūq; Illyricum mare.  
 Quid tum claustra montium p̄futura: quid tractum in æstatem aliam bellum: vn  
 de interim pecuniam & cōmeatus: quin potius eo ipso vterent: q̄ pannonicæ legiones  
 deceptæ: magisq; victæ: resurgere in vltionem p̄perent: Mœsici exercitus integras vi  
 res attulerint. Si numerus militum potiusquam legionum putet: plus hinc roboris:  
 nihil libidinū & profuisse disciplinæ ipsum pudorem. Equites vero ne tum quidem vi  
 ctos: sed quanq̄ rebus aduersis: disiectam Vitellij aciem. Duæ tūc Pānonicæ ac mœsi  
 cæ alæ: perrupere hostē. Nūc. xvi. alarū cōiuncta signa: pulsu sonituq; & nube ip̄a ope  
 rient ac superfundēt oblitos præliorū equites equosq;. Nisi quis retinet: idem suasor:  
 auctorq; cōsiliij ero. Vos quibus fortuna in itegro ē: legiones continete. mihi expeditē  
 cohortes sufficient. Iam referata militia impulsas Vitellij res audietis. Iuuabit sequi: &  
 vestigijs vincentis insistere. Hac & talia flagrans oculis: truci voce: quo latius audire  
 tur: & enim se centuriones & quidam militum consilio miscuerant: ita effudit: vt cau  
 tos quoq; ac prouidos permoueret: Vulgus & cæteri vnum virū ducemq; spreta alio  
 rum segnicia laudibus ferrent. Hanc sui famam ea statim contione commouerat: qua  
 recitatis Vespesiani epistolis: non vt pleriq; incerta differuit. huc illuc tractur⁹ interp̄  
 tationem: put conduxisset. Aperte descendisse in causam videbatur: eoq; gratior mili  
 tibus erat: culpæ vel gloriæ socius. Proxima Cornelij fusti procuratoris auctoritas. Is  
 quoq; inclementer in Vitellium inuehi solitus. nihil spei sibi inter aduersa reliquerat.  
 Titus Appius Flauianus: natura ac senecta contatior: suspitiones militum irritabat:  
 tāquā affinitatis cum Vitellio meminisset. Idemq; q̄ cceptante legionū motu profu  
 gus: dein sponte remeauerat: perfidiæ locum quæsiisse credebatur. Nam Flauianum  
 omiſsa Pannonia ingressum Italiam: & discrimini exemptum: rerum nouarum cupi  
 do legati nomen resumere: & misceri ciuilibus armis impulerat: suadente Cornelio  
 Fusto: non quia industria Flauiani egebat: sed vt consulare nomen surgentibus tum

Antonius primus

maxime partibus: honesta specie prætenderetur. Cæterum vt transmitteret in Italiam impune: & eo vsui foret: scriptum Aponio socium reuiescere crederet. Quæsitum in de qua sedes bello legeretur. Verona potior visa: patentibus circum campis ad pugnam equestrem: qua præualebant: Simul coloniam copijs validam: auferre Vitellio: in re famamq; videbatur. Possessa ipso transitu Vincentia. qd' per se parum: Etenim modica municipio vires: Magni momenti locum obtinuit: reputantibus illic Cecinam genitum. & patriam hostium duci ereptam: In Veronensibus pretium fuit: exemplo opibusq; partes iuuere. Et interceptus exercitus per Rhetiam Iuliasq; alpes. ac ne per uium illa germanicis exercitibus foret: obsepserat. quæ ignara Vespesiano aut vetita. quippe aquileie fisti bellum: expectariq; Mutianum iubebat: Adijciebatq; imperio consilium. quando ægyptus claustra annonæ: vectigalia opulentissimarum prouinciæ obtinerentur: posse Vitelli exercitum egestate stipendij frumentiq; ad deditioem subigi. Eadē Mutianus crebris epistolis monebat: incruentam & sine luctu victoriam: & alia huiuscemodi prætexendo. sed gloriæ audius: atq; omne belli decus sibi retinēs. Cæterum ex distantibus terrarum spacijs consilia post res afferebantur. Igitur repētino incurfu Antonius stationes hostium irrumpit. tentatisq; leui proelio animis: ex æquo discessum. Mox Cecina iter hostiliam vicum veronensium: & paludes Tartari fluminis: castra permuniit: tutus loco: cum terga flumine latera obiectu paludis tegerent q; si affuisset fides: aut opprimi vniuersis Vitelianorū viribus duæ legiones nondum coniuncto messico exercitu potuere: aut retro actæ: deserta Italia turpem fugam consciuisent. Sed Cecina per varias moras prima hostibus prodidit tempora belli: dum quos armis pellere promptum erat: epistolis increpat: donec per nuncios pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus cū legione septima claudiana aduenit. Legionis tribunus Vipsanus Messala præerat: claris maiorib; egregius ipse: & qui solus ad id bellū artes bonas attulisset: Has ad copias nequaquā Vitellianis pars: quippe tres ad hoc legiones erāt: misit epistolas Cecina: temeritatem victa arma tractantium incusans: Simul virtus germanici exercitus laudibus attollebat: Vitellij modica & vulgari mentione: nulla in Vespesianum contumelia. Nihil profus. quod aut corrumpere. hostem aut terreret. Flauianarū partium duces: omnia prioris fortunæ defensione: pro Vespesiano magnifice p causa fidenter: de exercitu securi: Vitellium vt inimici: vt innocuum exercitum messicum celebrare. ac ne inermes prouinciæ barbaris nationib; exponerentur: principes Sarmatarū lazugum: penes quos ciuitatis regimē in commilitium adsciti: plebē quoq; & vim equitum: qua sola valent offerebāt. omissum id munus: ne inter discordias externa molirentur: Ac maiore ex diuerso mercede: ius fasque exuerent. Trahuntur in partes Sydo atq; Italicus reges Sueuorū. quib; vetus obsequium erga romanos: & gens fidei commissę patientior: posita in latus auxilia. Infesta Rhetia: cui Portius Septiminus procurator erat: icorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius felix cum ala auriana & viij. cohortibus. ac Noricorum iuuentute: ad occupandam ripam Rheni fluminis: quod Rhetos noricosq; interfluit: missus Nec his aut illis proelium tentantibus: fortuna partium alibi trāfacta. Antonio vexillarios e cohortibus: & partem equitum ad inuadendā Italiā rapienti: comes fuit Arrius Varrus strenuus bello: quam gloriā & dux Corbulus: & prosperę in Armenia res addiderant. Idē secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Unde infami gratia primumpilum adeptus: læta ad præsens maleperta: mox in perniciē vertere. Sed Primus ac Varus occupantes aquileiæ proxima queq; & Opitergij & al

*Verona bello sedes*

*Cecina victa ost*

## LIBER .XIX.

tini latis animis accipiuntur: Relictum Altini præsidium: aduersus classem Rauennatam: nondum defectione eius audita: Inde Patauium & acceste partibus adiunxere: Illic cognitum tris vitellianas cohortes: & alam cui scribonianæ nomen ad fori alieni ponte iuncto coesedisse. Placuit occasio inuadendi incuriosos: Nam id quoque nunciabatur: Luce prima inermes plerosque oppressere. Prædictum ut paucis interfectis: ceteros pauore ad mutandam fidem cogerent. Et fuere qui se statim dedrent. Plures abrupto ponte: instanti hosti viam abstulerunt. vulgata victoria post principia belli secundum Flavianos duæ legiones septima galbiana. xiiij. gemina cum Vidio aquila legato Patauium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumpti & Minutius Iustus præfectus castrorum legionis septimæ: quia audacius quam ciuili bello imperitabat: subtractus militum iræ ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res interpretatione gloriæ in maius accipitur: postquam Galbæ imagines discordia temporum subuersas in omnibus municipiis recoli iussit Antonius: decorum pro causa ratus: si placere Galbæ principatus. Et partes præsumpsere. facta a tribunis & centurionibus retinendi quæ Vitellius indulgisset spe: atque ipsum Cecinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitata per contione epistola addidere fiduciam: quod submisit Cecina velut offendere Vespasianum timens: ipsorum duces: contemptim. tanquam insultantes Vitellio scripsissent. Aduentu deinde duarum legionum: e quibus tertiam Dillius Apontanus: octauam Numisius Lupus ducebant: ostentare vires: & militari vallo Veronam circumdare placuit. Forte Galbæ legioni in aduersa fronte valli opus cesserat. & visi procul sociorum equites: vanam formidinem ut hostes fecere. Rapiuntur arma: & ut proditoris ira militum in Titum apium flavianum incubuit: nullo criminis argumento: Sed iam pridem inuisus turbine quodam ad exitium poscebatur: propinquum Vitellij: proditorem interceptorem donatiui clamitabant. Nec defensionis locus: quæque supplices manus tenderet: humi plerumque stratus: lacera veste: pectus atque ora singultu quatiens. Id ipsum apud infensos incitamentum erat: tanquam nimius pauor conscientiam argueret: Obturbabatur militum vocibus Aponius cum loqui ceptaret: fremitu & clamore ceteros aspernantur. vni Antonio aperta militum aures. Namque & facundia aderat mulcendique vulgum artes & auctoritas. Vbi crudescere seditio: & a conuicijs ac probris: ad tela & manus transibant: iniici cathenas Fauiano iubet. Sensit ludibrium miles. disiectisque qui tribunal tubatur: extrema vis parabatur. Opposuit sinum Antonius stricto ferro: aut militum se manibus: aut suis moribus obtestans: Ut quæque notum: & aliquo militari decore insignem aspexerat: ad ferendam opem nomine ciens. Mox conuersus ad signa & bellorum deos: hostium potius exercitibus illum furorem: illam discordiam iniicerent: orabat: donec fatiscere seditio: & extremo iam die sua quisque intentoria dilaberetur. Profectus eadem nocte flavianus obuijs Vespesiani litteris discrimini exemptus est. Legiones veluti tabe infectæ Aponium Saturninum Mœsici exercitus legatum: eo atrocius aggrediuntur: quod non ut prius labore & opere fessæ: sed medio diei exarserant: vulgatis epistolis: quas Saturninus ad vitellium scripsisse credebatur: ut olim virtutis modestiæque tunc procacitatis & petulantiæ certamen erat. ne minus violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent. Quippe Mœsiciæ legiones adiutam a se Pannoniorum ultionem referentes: & Pannonici velut absoluerentur aliorum seditio: ne iterare culpam gaudebant. In hortos in quibus diuertebatur Saturninus pergunt. Nec tam primus & Aponianus & Messalla quam omnimodo nixi eripere Saturninum quam obscuritas latebrarum: quibus occulebatur Vacantium forte balnearum fornicibus

abdatus. Mox omiſſis licitoribus Patauium conſeſſit. Digreſſu conſularium vni An-  
tonio vis ac poteſtas in vtrunq; exercitum fuit: cædētibus collegis: & obuertiſ militū  
ſtudijs. Nec deerant qui crederent vtranq; ſeditionem fraude Antonij cœptam: vt ſo-  
lus bello fruereſetur. Ne in Vitellij quidem partibus quietæ mentes. exitioſiore diſcor-  
dia. non ſuſpitionibus vulgi: ſed perfidia ducum turbabantur. Lucilius baſſus claſſis  
rauenatis præfectus: ambiguos militum animos: q; magna pars dalmatę Pannonijq;  
erant: quæ Prouinciæ Veſpeſiano tenebantur: partibus eius aggregauerat. Nox pro-  
ditioni electa: vt cæteris ignaris: ſoli in principia defeſtores coiret. Baſſus pudore ſeu  
metu quiſnam exitus foret: itra domum operiebatur. Trierarchi magno tumultu Vi-  
tellij imagines inuadunt: & paucis reſiſtentium obruncatis: cæterę vulgus rerum inno-  
uarum ſtudio: in Veſpeſianum inclinabat. Tum progreſſus Lucilius auctorem ſe pa-  
lam præbet claſſis: Cornelium Tuſcum præfectum ſibi deſtinat: qui prope accurrit.  
Baſſus honorata cuſtodia lyburnicis nauibus: hadriã peruectus: a præfecto alæ Men-  
nio Rufino præſidium illic agitante vincitur. Sed exoluta ſtatim vincula interuentu  
hormi Cęſaris liberti. Is quoq; inter duces habebatur. At Cecina defeſtione claſſis vul-  
gata primores centurionum: & paucos militum: cæteris per militia munera diſperſis:  
ſecreta caſtroꝝ affectans: in principia vocat. Ibi Veſpeſiani virtutem viresq; partium  
extollit: Tranſſugiffe claſſem: In arcto com meatum: aduerſas gallias hispaniaſq; ni-  
hil in vrbe fidum: atq; omnia de Vitellio in deterius. Mox incipientibus qui cõſeij ade-  
rant: cæteros re noua attonitos: i verba Veſpeſiani adigit. Simul Vitellij imagines di-  
reptæ: & miſſi qui Antonio nunciarent. Sed vbi totis caſtris in fama proditione: recurrēs  
in principia miles præſcriptum Veſpeſiani nomen: proiectas Vitellij effigies aſpexit:  
vaſtum primo ſilentium: mox cuncta ſimul erumpunt huc cecidiſſe germani exerci-  
tus gloriã: vt ſine prælio: ſine vulnere: iunctas manus & capta traderent arma. Quas  
enim ex diuerſo legiones: Nempe victas. & abeſſe vnicum Othoniani exercitus robur  
primanos quartadecimanoſq; quos tamē iſdem illis campis fuderit ſtrauerintq;. Vt  
tot armatorum milia velut grex venalium exuli Antonio donum darentur. Octo ni-  
miſq; legiones vnius claſſis acceſſionem fore. Id Baſſo. id Cecinæ viſum poſtq; domos:  
hortos: opes: Principi abſtulerint: etiam militibus principem auferre. Licet integros  
incruentofq; flauianis quoq; partibus viles: quid dicturos repoſcentibus aut proſpe-  
ra aut aduerſa: Hæc ſinguli hæc vniuerſi: vt quęq; dolor impulcrat: vociferantes. ini-  
tio a quinta legione orto: repoſitis Vitellij imaginibus: vincla Cecinæ iniiciunt. Fabi-  
um Fabulum quintæ legionis legatum: & Caſſium longum præfectum caſtroꝝ du-  
ces diligunt. Forte oblatos trium liburnicarum milites ignaros & inſontes: trucidant.  
Relictis caſtris: abrupto ponte hoſtiliam rurfus: inde Cremonam pergūt: vt legioni-  
bus primæ Italicæ & vndeviceſimæ rapaci iungeretur: quas Cecina ad obtinendã Cre-  
monam cum parte equitum præmiſerat. Vbi hæc comperta Antonio diſcordes ani-  
mis: diſcretos viribus hoſtium exercitus aggregdi ſtatuit: anteq; ducibus auctoritas:  
militi obſequiũ & iunctis legionibus fiducia rediret. Namq; Fabium Valentẽ profe-  
ctum ab vrbe. acceleraturumq; cognita Cecinæ proditione coniectabat. Et fidus Vitel-  
lio Fabius: nec militia ignarus. Simul ingens Germanoꝝ vis: per Rhetiam timebat  
& ex Britania galliaq; & hispania auxilia Vitellius acciuerat: immenſam belli lucerni  
Antonius id ipſum metuens feſtinato prælio victoriam præcepiſſet Vniuerſo cū exer-  
citu ſecundis a Verona caſtris Bebriacum venit. Poſtero die legionibus ad muniendũ  
dum retentis: auxiliares cohortes in cremonenſem agrum miſſæ: vt ſpecie paranda

## LIBER .XIX.

rum copiarum: ciuili præda miles imbueretur. Ipse cum quatuor milibus equitum ad octauum a Bebrico progressus: quo licentius popularentur: exploratores ut mos est: longius curabant. Quinta ferme hora diei erat: cum citus eques aduentare hostes progredi paucos: motum fremitumque late audiri nunciauit. Dum Antonius quidnam agendum consultat. auiditate nauandæ operæ arius varus cum promptissimis equitum prorupit. Impulitque Vitellianos modica cæde. Nam plurimum accursu versa fortuna: & acerrimus quisque sequentium fugæ ultimus erat: nec sponte Antonij properatum: & fore quæ acciderant rebatur. Hortatus suos ut magno animo capefferent pugnam: diductis in latera turmis: vacuo medio relinquit iter: quo varum equitesque eius reciperet. Iussæ armari legiones: datum per agros signum: ut qua cuique proximum: ommissa præda: prælio occurrerent. Pavidus interim varus: turbæ suorum miscetur: intulitque formidinem. Pulsi cum saucijs integri Suometipsi metu: & angustijs viarum conflictabantur. Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortissimi militis officium omisit. Occursare pauentibus. retinere cadentes. Vbi plurimus labor: unde aliqua spes: consilio: manu voce insignis hosti conspicuus suis. Eo postremo ardoris puectus est: ut Vexillarium fugientem hasta transuerberaret. mox raptum vexillum in hostem vertit. quo pudore haud plures quam ceterum equites restittere: Iuuat locus arctiore illic via: & fracto interfluentis riuu ponte: qui incerto alueo: & præcipitibus ripis fugam impediabat. Ea necessitas seu fortuna lapsas iam partes restituit. Firmati inter sedentis ordinibus: excipiunt Vitellianos temere effusos: atque illic consternuntur: Antonius instare periculis: sternere obuios. Simul ceteri ut cuique ingenium: spoliari capere arma: equosque abripere. Exciti prospero clamore qui modo per agros fuga pallabant: victoriæ se miscebant. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa: rapacis atque Italica: lato inter initia equitum suorum prælio illuc usque puecta. Sed ubi fortuna contra fuit: non laxare ordines. non recipere turbatos: non obuiam ire: ultroque aggredi hostem: tantum per spacium cursu & pugnando fessum: forte victi: haud perinde rebus prosperis ducem desyderauerant: atque in aduersis deesse intelligebant: Nutantem aciem victor equitatus incurfat. Et Vipsanus Messalla tribunus cum mœsicijs auxiliarijs assequitur. quos militiæ gloria legionarijs quæ raptim ductos: equabat. Ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen. Et propinqua Cremonensium moenia quanto plus spei ad effugium: tanto minorem ad resistendum animum dabant. Nec Antonius ultra institit: memor laboris ac vulnery. quibus tam anceps belli fortuna quam prospero fine: equites equosque afflictauerat. Inumbrante vespera vniuersum flauiani exercitus robur aduenit. Utque Cumulos super & recetia cæde vestigia incessere: quasi delatum foret pergere Cremonam: & uictos in deditioem accipere: aut expugnare deposcunt. Hæc in medio pulchra dictu. Illa sibi quisque posse coloniam in plano sitam impetu capi. Idem audaciæ per tenebras irrumpentibus: & maiorem rapiendi licentiam. Quod si lucem opperiatur: iam pacem: iam preces: & pro labore ac vulneribus: clementiam & gloriam inania laturos. Sed opes cremonensium in sinu præfectorum legatorumque fore. Expugnata urbis prædam ad militem: dedita ad duces pertinere. Spernantur ceterationes tribuni que. ac ne uox cuiusque audiat: quatiunt arma: rapturi imperium niducantur. Tum Antonius inserens se manipulis: ubi aspectu & auctoritate silentium fecerat: non se decus neque precium eripere tam bene meritis affirmabat. Sed diuisa inter exercitum ducesque munia. Militibus pugnandi cupidinem conuenire: duces puidendo: consultando: contatione sapius quam temeritate pdesse. Ut pro uirili portione armis ac ma

nu victoriam iuuerit: ratione & consilio proprijs ducis artibus p̄ futurum. Neq; enim  
ambigua esse quæ occurrāt: noctem: & ignotæ situm vr̄bis. Intus hostes: & cuncta in  
sidijs opporrūna Non si pateant portæ: nisi explorato: nisi die intrādum. An oppu-  
gnationem inchoaturos: adempto omni prospectu: quis æquus locus: quanta altitu-  
do mœnium: tormentis ne & telis: an operibus & vineis aggrediēda vr̄bs foret? Mox  
conuersus ad singulos: num secures dolabraſq; & cetera expugnandis vr̄bibus: secum  
attulissent: rogabat: Et cum abnuerent: gladijs ne inquit & pilis p̄fringere ac sub-  
ruere muros vllæ manus possunt? Si aggerem struere: si pluteis cratibusue protegi ne-  
cesse fuerit: vt vulgus improuidum irriti stabimus: altitudinem turrium & aliena mu-  
nimenta mirantes? Quin potius mora noctis vnus aduectis tormentis machinisq;  
vim victoriamq; nobiscum ferimus Simul lixas calonesq; cum recentissimis equitum  
Bebriacum mittit: copias ceteraq; quæ vsui forent allaturos. Id vero egre tolerāte mi-  
lite prope seditionem ventum: cum progressi equites: sub ipsa mœnia: vagos ex cremo-  
nenſibus corripunt. quorum indicio noscitur: sex Vitellianas legiones: omnemq; exer-  
citurum qui hostilia egerat: eo ipso die triginta milia passum emensum: comperta suo-  
rum clade: in prælium accingi: ac iam affore. Is terror obstructas mentes consilijs du-  
cis aperuit. Sistere tertiādecimam legionē in ipso viæ posthumia aggere iubet: cui iun-  
cta a leuo septima galbiana patenti campo stetit. Dein septima claudiana agresti fos-  
sa: ita locus erat: præmunita dextro octaua per apertum limitem. mox tertiādecima  
densis arbutis inter septa. Hic aquilarum signorumque ordo. Milites mixti per tene-  
bras: vt fors tulerat: prætorianum vexillum proximum tertianis. Cohortes auxilio-  
rum in cornibus: latera ac terga equite circumdata. Sydo atq; Italicus Sueui cum de-  
lectis popularium primori in acie versabantur. At Vitellianus exercitus cui acquiesce-  
re cremonæ: & recuperatis cibo somnoq; viribus: confectum algore atq; inedia hostē  
postera die profligare ac p̄ruere ratio fuit: indigus rectoris: vacuus consilij. tertia fer-  
me noctis hora paratis iam dispositisq; flauianis: impingitur. Ordinem agminis di-  
flicti per iram ac tenebras asseuerare non ausim. q̄q; alij tradiderint quartam macedo-  
nicam dextro suorum cornu: quintam & quintamdecimam cum vixillis nonæ secun-  
dæq; & viceſimæ Britannicarum legionum mediam aciem: sextadecimanos duodeui-  
cesimanosq; & primanos leuum cornu cōpleſſe. Rapaces atq; Italici omnibus se ma-  
nipulis miscuerāt. Eques auxiliaq; sup̄ ipsi locum legere. Prælium tota nocte varium:  
anceps: atrox his rursusq; illis exitiabile. Nihil animus aut manus ne oculi quidē pro-  
uisu iuuabant. Eademq; utraq; acie arma crebris interrogatiōibus: notū pugnae signū:  
permixta vexilla. ut quisq; globus capta ex hostibus huc uel illuc raptabat. Urgeba-  
tur maxime septima legio: nuper a Galba conscripta. Occisi sex primorum ordinum  
centuriones. abrepta quædam signa. Ipsam aquilam Atilius uerus primipili Ceturio  
multa cum hostium strage & ad extremum moriens seruauerat. Sustinuit labentem  
aciem Antonius accitis prætorianis. qui ubi exceperere pugnam: pellunt hostem: dein  
pelluntur. Namq; vitelliani tormenta in aggerem viæ contulerant: ut tela uacuo atq;  
aperto excuterentur dispersa primo & arbutis sine hostium noxa illisa. Magnitudi-  
ne eximia quarte decimæ legionis balista: ingentibus saxis hostilem aciem proruebat.  
lateq; cladem intulisset: ni duo milites præclarum facinus ausi: arreptis e strage scutis  
ignorati uincula ac libramenta tormentorum abscidissent. Statim confossi sunt. eoq;  
intercidere noia. de facto haud ambigitur. Neutro inclinata fortuna: donec adulta no-  
cte: luna surgens ostēderet acies: falleretq;. Sed flauianis æquior a tergo. hic maiores



## LIBER. XIX.

equorum virorumq; umbræ: & falso vt in corpore ictu tela hostium citra cadebant. Vitelliani aduerso lumine collucentes: velut ex occulto iaculantibus incauti offerebatur. Igitur Antonius vbi noscere suos: nosciq; poterat alios pudore & pbris: multos laude & hortatu: omnes spe promissisq; accendens: cur rari sumpsisent arma pannonicas legiones interrogabat. Illos esse campos in quibus abolere labem prioris ignominia: vbi recuperare gloriam possent Tum ad Mœsicos conuersus principes auctoresq; belli ciebat. Frustra minis & verbis prouocatos Vitellianos: si manus eorum oculosq; non tolerent. Hæc vt quosq; accesserat. Plura ad Tertianos: veterum recentiumq; admonens. vt sub. M. Antonio parthos. sub Corbulone Armenios: nuper Sarmatas pepulissent. Mox infensus prætorianis: Vos inquit nisi vincitis pagani: quis alius Imperator quæ castra alia excipient? Illic signa armaq; vestra sunt: & mors victis. Nam ignominiam consumpsistis. Vndiq; clamor: & orientem solem: ita in syria mos est: tertiani: salutauere. Vagus inde consilio ducis: subditus rumor: aduenisse Mutianum. exercitus inuicem salutasse. Gradum inferunt: quasi recentibus auxilijs aucti: rariorem Vitellianorum aciem: vt quos nullo rectore: suus quemq; impetus vel pauor contraheret duceretur. Postq; pulsos sensit Antonius: denso agmine obturbat. laxati ordines abrumpuntur. nec restitui quiuere impediuntibus vehiculis tormentisq;. Per limitem viæ sparguntur confectandi festinatione victores: eo notabilior cades fuit: quæ filius patrem interfecit. Rem nominaq; auctore Vipsano Messalla tradidit. Iulius mansuetus ex hispania rapaci legioni additus: impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus inter septimanos a Galba conscriptus oblatum forte patrem & vulnere stratum: dum semianime scrutatur: agnitus: agnoscentq; & exanguem amplexus: voce flebili precabatur placatos patris manes: neue se vt parricidam aduersarentur. Publicum id facinus: & vnum militem quotam ciuilium armorum partem. Simul attollere corpus: aperire humum. supremo erga parentem officio fungi. Aduertere proximi. deinde plures. hinc per omnem aciem miraculum: & questus & saeuissimi belli execratio. Nec eo segnius propinquos affines. fratres trucidatos spoliant. Factum esse scelus loquuntur: faciuntq;. vt Cremonam venerent: nouum inuentumq; opus occurrit. Othoniano bello germanicus miles mœnibus cremonensium castra sua: castris vallum circumiecerat: Ea q; munimenta rursus auxerant: quorum aspectu hesere victores incertis ducibus quid iuberent: Incipere oppugnationem fesso per diem noctemq; exercitu: arduum: & nullo iuxta subsidio anceps. Sin Bebricum redirent: intolerandum tam longi itineris labor. & uictoria ad irritum reuoluebatur. Munire castra: id quoq; propinquis hostibus formidolosum ne dispersos & opus molientes: subita eruptione turbarent: Quæ super cuncta terrebat ipsorum miles periculi quæ moræ patiētor Quippe in grata quæ tuta: & temeritate spes: omnibusq; cades: & uulnera & sanguis auuiditate prædæ pensabatur. Huc inclinavit Antonius. Cingiq; uallum corona iussit. Primo sagittis saxisque eminus certabant: maiore Flauianorum pernicie: in quos tela desuper librabatur: Mox uallum portasq; legionibus attribuit: ut discretus labor fortes ignauosq; distingueret: atq; ipsa contentione decoris accenderentur. Proxima bebricenti uia tertiani septimaniq; sumpserunt. dexteriora ualli: octaua ac septima claudiana: Tertiadecimanos ad brixianam portam impetus tulit. Paulum inde moræ: dum e proximis agris legiones: dolabras: & alij falces scalasq; conuectant. Tum elatis super capita scutis densa testudine succedunt. romanæ utrinque artes. pondera saxorum Vitelliani prouoluunt. disiectam fluitantemq; testudinem lanceis contisque scrutantur. donec

*Ouentz sole sa  
20 mos*

*Filius patris matris*

*de pa testudine  
redunt*

soluta compage scutorum: exangues aut laceros prosternerent. Multa cum strage  
incesserat contatio: ni duces fesso militi: & velut irritas exhortationes abnuenti: Cre-  
monam mōstrassent. Hormi ne id ingenium: vt Mæfilla tradit. an potior auctor sit  
C. Plinius: qui Antoniū icusat: haud facile discreuerim. nisi q̄ neq; Antoni⁹ neq; Hor-  
mus a fama vitaq; sua: quanuis pessimo flagitio degenerauere. Non iam sanguis neq;  
vulnera morabantur: quin subruerent vallum: quaterentq; portas: innixi humeris: &  
super iteratam testudinem scandentes: prahensarent hostium tela brachiaq;: integri  
cum faucijs: semineces cum expirantibus voluuntur: varia pereuntium forma. & om-  
ni imagine mortium. Acerrimum septimę tercięq; legionum certamen. Et dux Anto-  
nius cum delectis auxiliariis eodem incuberat: Obstinosos inter se: cum sustinere  
Vitelliani nequirent: & superiecta tela testudine laberentur: ipsam postremo balistā  
in subcuntes propulere quæ vt ad præfens disiecit obruitq; quos inciderat. ita pinnas  
ac summa valli ruina sua traxit. Simul iuncta turris ictibus saxorum cecidit. qua septi-  
mani dum nituntur cuneis: tertianus securibus gladijsq; portam perfregit. Primum  
irrupisse. C. Volusium terciæ legiōis militem inter omnes auctores constat. Is in val-  
lum egressus deturbatis qui restiterant: conspicuus manu ac voce capta castra concla-  
mauit. Cæteri trepidis iam Vitellianis: seq; e vallo præcipitantibus: perurpere. com-  
pletur cæde quantum inter castra murosq; vacui fuit. Ac rursus noua laborum facies:  
ardua vrbis mœnia: saxæ turres. ferrati portæ: obijcies. Vibrans tela miles. frequens  
obstrictusq; Vitellianis partibus Cremonensis populus. magna pars Italiæ stato in  
eisdem dies mercatu congregata. quod defensoribus auxilium ob multitudinem: op-  
pugnantibus incitamentum ob prædam erat. Rapi ignes Antonius: inferriq; amenif-  
simis extra vrbem ædificijs iubet: si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandā  
fidem traherentur. propinqua muris tecta: & altitudinem mœnium egressa: fortissi-  
mo quoq; militum cōplet. Illi trabibus tegulisq; & facibus propugnatores deturbāt.  
Iam legiones intestudinem glomerantur. & alij tela saxaq; incutiebant: cum languere  
paulatim Vitellianorum animi. & vt quisq; ordine anteibat: cædere fortunæ: ne Cre-  
mona quoq; excisa: nulla vltra venia. omnisq; ira victoris nō in vulgus inops: sed in tri-  
bunos centuriōesq; vbi prætiū cædis erat: reuertetetur. Gregarius miles futuri socors:  
& ignobilitate tutior perstabat. Vagi per vias in domibus abditi: pacem ne tum qui-  
dem orabant cum bellum posuissent. Primores castrorum nomen atq; imagines Vi-  
tellij amoliuntur. Catenas Cecinæ: nam etiam tum vincus erat: exoluunt: orantque  
vt causæ suę deprecator assistat. Aspernantem tumentemq; lachrymis fatigant extre-  
mum malorum. Tot fortissimi viri proditoris opem inuocantes: mox velamenta &  
infulas pro muris ostentant. Cum Antonius inhiberi tela iussisset: signa aquilasq; extu-  
lere. Mœstum inermiū agmen deiectis in terram oculis sequebatur. Circumstiterāt  
victores: & primo ingerebāt probra: intentabāt ictus. Mox vt præberi ora cōtumeli-  
is: & posita omni fiducia cūcta victi patiebātur: subit recordatio illos esse: qui nup Be-  
briaci victoriæ tēperassent. Sed vbi Cecina prætexta licitoribusq; insignis: dimota tur-  
ba cōsul incessit: exarsere victores. Superbiā sauciāq; adeo inuisa scelera sūt: etiam  
perfidia obiectabāt. Obstetit Antonius: datiq; defensoribus. ad Vespesianū dimisit.  
Plebs interim cremonensiu inter armatos cōflictabat. nec procul cæde aberāt: cū p̄ci-  
bus ducū mitigatus ē miles. Et vocatos ad cōtionē Antonius alloquit. Magnifice vi-  
ctores. victos clemēter de Cremona in neutrū. Exercit⁹ p̄ter insitā p̄dādi cupidinē ve-

Capta castra

Stato mercatu  
cremona

multissimi. opem proditoris  
implorant

Capta Cremona

## LIBER. XIX.

tere odio ad excidium Cremonensium incubuit. Iuuisse partes Vitellianas: Othonis quoque bello credebantur. Mox tertiadecimanos ad extruendum amphitheatrum relictos: ut sunt procacia urbana plebis ingenia: petulantibus iurgiis illuserant. Auxit inuidiam editum illic a Cecina gladiatorum spectaculum. eademque rursus belli sedes & prebiti in acie vitellianis cibi. Casæ quædam scemina studio partium ad prælium progressæ. Tempus quoque mercatus: ditem alioquin coloniam maiore opum specie complebat. Cæteri duces in obscuro. Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. Is balneas ablucendo cruore propere petit. Excepta vox est: cum teporem incusaret: statim futuræ ut incalcesceret. Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit: tanquam signum incendendæ Cremonæ dedisset: quæ iam flagrabat quadraginta armatorum milia irrupere. Calorum lixarumque amplior numerus: & in libidinem ac scæviciam corruptior. Non dignitas: non ætas protegebat: quo minus supra cædibus: cædes stupris miscerentur. Grandeus senes exacta ætate: sceminas viles ad prædam in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo: aut quis forma conspicuus incidisset: vi manibusque rapientium diuulsus. Ipsos postremo direptores: in mutuam perniciem agebat: dum pecuniam vel graui auro templorum dona sibi quisque trahunt maiore aliorum vi truncabantur. Quidam obuia aspernati verberibus tormentisque dominorum: abdita scrutari: de fossa eruere: faces in manibus: quas ubi prædam egresserant: in vacuas domos: & inania templa per lasciuiam iaculabantur. utique exercitui vario linguis: moribus: cui ciues: socij: externi interesset: diuersæ cupidines: & aliud cuique fas: nec quicquam illicitum per quadriduum Cremona suffecit: cum omnia sacra profanaque in igne considerent: Solum Mephitis templum stetit ante mœnia: loco seu numine defensum. Hic exitus Cremonam habuit anno. cclxxxvj. a primordio sui. Condita erat. T. Sempromio & Cornelio consulibus: ingruente in Italiam Hannibale: propugnaculum aduersus gallos trans padum agentes: & si qua alia vis per alpes irrueret. Igitur numero colonorum: opportunitate fluminum: vberis agri annexu conubiisque gentium adoleuit floruitque: bellis externis intacta civilibus infelix Antonius post rem: flagitij crebrescente inuidia: edixit: ne quis cremonenses captiuos detineret. Irritamque prædam militibus effecerat consensus Italiae emptionem talium mancipiorum aspernantis. Cædi cœpere. quod ubi enotuit: a propinquis affinibusque occulte redimebantur. Mox redijt Cremonam reliquus populus. reposita fora: templaque: magnificentia municipium: & Vespasianus hortabatur. Cæteræ assidere sepultæ urbis ruinis: noxia tabo humus: haud diu permisit. Ad tertium lapidem progressi: vagos pauentesque Vitellianos sua quemque apud signa componunt. Et victæ legiones ne manente adhuc civili bello ambigue agerent: per Illyricum dispersæ. In Britanniam inde & hispanias nuncios famamque: In galiam Iulium Calenum tribunum: in Germaniam Alpinum montanum præfectum cohortis: quæ hic treuir: Calenus heduus: vterque vitelliani fuerant: ostentui misere. Simul transitus alpium præsidij occupati: Suspecta Germania: tanquam in auxilium Vitellij accingeretur. At Vitellius profecto Cecina: cum Fabium Valentem paucis post diebus ad bellum impulisset: curis luxum obtendebat: Non parare arma. non alloquio exercitioque militem firmare. non more vulgi agere: sed umbraculis hortorum abditus. ut ignaua animalia: quibus si cibum suggeras: iacent torpentque: præteritainstantia: futura: pari obliuione dimiserat. Atque illum in nemore aricino de fidem & marcentem proditio Lucillij Bassi: ac defectio classis Raucennatis perculit. Nec multo post de Cecina affert mixtus gaudio dolor: & descivisse: & ab exercitu vinctum. plus apud so-

cordem animum læticia quam cura valuit: Multa cum exultatione in urbē reuectus: frequenti contione pietatem militum laudibus cumulat. P. Sabinum prætorij præfatum ob amicitiam Cecinæ vinciri iubet: substituto in locum eius Alphenno varo. Mox senatum composita in magnificentiam oratione allocutus: exquisitis patrum adulationibus attollitur. Initium atrocis in Cecinam sententiæ a. L. Vitellio factum. Dein cæteri composita indignatione: q̄ consul rempublicam: dux Imperatorem: tantis opibus tot honoribus cumulat: amicum prodidisset: velut pro Vitellio cōquerentes: suum dolorem proferebant. Nulla in oratione cuiusquam erga flavianos duces obtrectatio errorem imprudentiamq; exercituum culpantes: Vespesiani nomen suspensi & vitabundi circūibant. Nec defuit qui vnum consulatus diem: Is enim in locum Cecinæ super erat: magno cum irrisu tribuentis accipientisq; blandiretur. Pridie Kal. Nouembris Rosius regulus iniit: eiuravitq;. Annotabant periti: nunquam antea non abrogato magistratu: neque lege lata: alium suffectum. Nam consul vno die & ante fuerat Caninius rebitus. C. Casare dictatore: cum belli ciuilibus præmia festinantur. Nota per eos dies Iunij Blesum mors & famosa fuit. de qua sic accepimus. Graui corporis morbo æger Vitellius: seruilianis hortis turrim vicino si tam: collucere p̄ noctem crebris luminibus animaduertit. Sciscitanti causam apud Cecinam tuscum epulari multos: præcipuum honore Iunium Blesum nunciatur. Cætera in maius de apparatus: & solutis in lasciuiam animus. Nec defuere: qui ipsum Tuscū & alios: sed criminosis Blesum incusarent: q̄ agro principe lætos dies ageret. Vbi aspernatum Vitellium: & posse Blesum p̄uerti satis patuit ijs qui principum offensas acriter speculantur: data. L. Vitellio delationis partes. Illic infensus Bleso emulatione praua: q̄ eum omni dedecore maculosum: egregia fama antebat: Cubiculum imperatoris referat: filium eius sinu complexus: & genibus accidens: causam confusionis quærentis: non se proprio metu: nec sui anxium: sed pro fratre pro liberis fratris: preces lachrymasq; attulisse. Frustra Vespesianum timeri: quem tot germanicæ legiones tot prouinciæ virtute ac fide: tantum denique terrarum ac maris immensis spacijs arceat. In urbe ac sinu cauendum hostem: Iunios Antoniosque auos iactantem. qui se stirpe imperatoria comem ac magnificum militibus ostendet. Versas illuc omnium mentes: dum Vitellius amicorum inimicorumque negligens: fouet emulum principis labores: e conuiuio prospectantem. Reddendam pro intempestiua læticia: mœstam & funebrem noctem: qua sciat & sentiat viuere Vitellium: & imperare: & si quid fato accidat: filium habere. Trepidanti inter scelus & metumque: ne dilata Blesum mors maturam pœnitentiam palam iussa atrocem inuidiam ferret: placuit veneno grassari. Ad didit facinori fidem nobili gaudio Blesum visendo. quin & audita est sæuissima Vitellij vox: qua: ipsa enim verba referā: se pauisse oculos spectata inimici morte iactauit. Bleso super claritatem natalium & elegantiam morum: fidei obstinatio fuit. Integris quoq; rebus a Cecina & primoribus partium iam Vitellium aspernantibus: ambitus abnuere perseverauit Sanctus inturbidus: nullius repentini honoris: adeo non principatus appetens: vt parum abfuerit: ne dignus crederetur. Fabius interim valens multo ac molli concubinarum spadonumq; agmine: segnius q̄ ad bellum incedens: proditam a Lucilio Basso rauennatem classem: pernicipibus nuncijs accepit. Et si ceptū iter properasset: nutatē Cecinam præuenire: aut ante discrimē pugnæ assequi legiones potuisset. Nec deerāt qui monerēt: vt cum fidissimis per occultos tramites vitata Rauiena: Hostiliam Cremonamue pergeret. Alijs placebat accitis ex urbe prætorijs co-

## LIBER. XIX.

hortibus: valida manu perrumpere. Ipse inutili contatione: agendi tempora consultādo consumpsit. Mox vtrunq; cōsiliū a spernatus: quod inter ancipitia deterrimum est: dum media sequitur: nec ausus est satis: nec prouidit. Missis ad Vitellium litteris auxilium postulat. Venere tres cohortes: cum ala Beitannica. neq; ad fallendū aptus numerus: neq; ad penetrandum Sed Valens ne in tanto quidem discrimine: infamia caruit: quominus rapere illicitas voluptates: adulterijsq; ac stupris polluere hospitū domus crederetur. Aderant vis & pecunia. & ruentis fortunæ nouissima libido. Aduentu demum peditum equitumq; prauitas cōsiliij patuit: quia nec vadere per hostes tam parua manu poterat: etiam si fidissima foret: nec integram fidem attulerant. Pudor tamen & præsentis ducis reuerentia morabatur: haud diuturna vincula apud audos periculorum: & dedecoris securos. Eo metu: & paucis quos aduersa non mutauerant: comitantibus: cohortes Ariminum præmittit. Alam tueri terga iubet. Ipse flexit in Umbriam: atq; inde Etruriam. vbi cognito pugnae cremonensis euentu: non ignauum: & si proucnisset atrox consiliū inijt. vt arreptis nauibus in quācunq; partem Narbonensis prouinciæ egressus Gallias & exercitus: & Germaniæ gentes: nouumq; bellum cieret. Digresso Valente: trepidos qui Ariminum tenebāt: Cornelius Fuscus admoto exercitu & missis per proxima littorū lyburnicis: terra mariq; circūuenit. Occupantur plana Umbriæ: & qua picenus ager hadria alluitur. oisq; Italia inter Vespasianum ac Vitellium apennini iugis diuidebat Fabius valens e sinu pisano sæuicia maris: aut aduersante vento portū herculis moneti depellit. haud pcul inde agebat Marius maturus alpiū maritimarum procurator: fidus Vitellio. cuius sacramentum cunctis circa hostilibus non exuerat. Is Valentē comiter exceptum: ne galliam narbonensem temere ingrederet monendo terruit. simul ceterorū fides metu intacta. Nam circuniecitas ciuitates procurator Valerius paulinus strenuus militiæ: & Vespesiano ante fortunam amicus: in verba eius adegerat. Concitisq; omnibus q; exautorari a Vitellio bellum sponte sumebant: Foroiuliensem coloniam: claustraq; maris præsidio tuebatur. Eo grauior auctor: q; paulino patria forum Iulij: & bonos apud prætorianos: quorū quondam tribunus fuerat. Ipsiq; pagani fauore municipali: & futuræ potentia spe: iuuare partes annitebātur. quæ vbi paratu firma: & aucta rumore apud varios Vitellianorū animos increbuere. Fabius valens cum quatuor spiculatorib; & tribus amicis: totidemq; centurionibus: ad naues regreditur mature. ceterisq; remanentibus: & in verba Vespesiani adigi liberū fuit. Ceterum vt mare tutius Valenti q̄ littora aut vrbes: ita futuri ambiguus: & magis quid vitaret q̄ cui fideret certus: aduersa tēpestate Stechadas massiliensium insulas affertur Ibi eū missæ a paulino lyburnicæ opprefere. Capto Valente cuncta ad victoris opes conuersa: Initio per hispaniā a prima adiutrice legione orto. quæ memoria Othonis infensa Vitellio: decimā quoq; ac sextam traxit. Nec Gallia contabatur. Et Britanniam inclitus erga Vespasianum fauor q; illic secundæ legioni a Claudio præpositus: & bello clarus egerat non sine motu adiunxit ceterarū in quibus pleriq; centuriones ac milites a Vitellio prouecti: expertū iam principem anxij mutabāt. Ea discordia & crebris belli ciuilibus rumorib; Britāni sustulere animos: auctore Venusio qui super insitam ferociam & romani nois odium: proprijs in Carthimāduā reginam stimulis accendebatur. Carthimādua Brigantibus imperitabat: pollēs nobilitate: & auxerat potētiā postq̄ capto per dolum rege Carataeo: instruxisse triumphū Claudij Cæsaris videbat. Inde opes: & reg; secundarū luxus: spreto Venusio. Is fuit maritus: armigerū eius Vellocatū: in matrimonium regnūq;

accepit. concussa statim flagitio domus. Pro marito studia ciuitatis pro adultero libi  
do reginæ & sauciâ. Igitur venusius accitis auxilijs simul ipsorū Brigantum defectio  
ne: in extremum discrimen Carthimaduanam adduxit. Tū petita a romanis præsidia &  
cohortes: alæq; nostræ varijs prælijs exemere tñ periculo reginam. Regnum Venusio  
bellum nobis relictum. Turbata per eosdem dies Germania: & socordia ducum & se  
ditione legionum. Externa vi & perfidia sociali prope afflicta romana res. Id bellum  
cum causis & euentibus: & n. lōgius prouectum est: mox memorabimus. Mota & da  
corum gens: nunq̄ fida: tūc sine metu: abducto e Mœsia exercitu. sed prima reꝝ quie  
ti speculabantur. vbi flagrare Italiam bello: cūcta inuicem hostilia accepere: expugna  
tis cohortium alarumq; hybernis: vtraq; Danubij ripa potiebatur. Iamq; castra legio  
num excindere parabant: ni Mutianus sextam legionem opposuisset: Cremonēsis vi  
ctoriæ gnarus: ac ne externa moles vtrinq; ingrueret: si Dacus germanusq; diuersi ir  
rupissent. Affuit vt sæpe alias fortuna populi ro. quæ Mutianum viresq; oriētis illuc  
& quod Cremonæ interim transeginus. Fonteius Agrippa ex Asia pro cōsul: eam p  
uinciam annuo imperio tenuerat. Mœsia præpositus est: additis copijs e Vitelliano  
exercitu: quem spargi per prouincias: & externo bello illigari: pars cōsilij pacisq; erat.  
Nec cæteræ nationes silebant. Subita per pōtū arma barbarum mancipium regiæ  
quondam classis præfectus mouerat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus præpotēs  
olim: & postq̄ regnum in formam prouinciæ verterat: mutationis impatiens. Igitur  
Vitellij nomine adscitis gentibus: quæ pontum accolunt: corrupto in spem rapinarū  
egentissimo quoq; haud tenendæ manus auctor. Trapezuntem vetustam admodum  
ciuitatem a græcis in extremo ponticæ orē conditam subitus irrupit. Cesa ibi cohors:  
regium auxilium olim: mox donati ciuitate romana: signa armaq; in nostrum modū  
defidiam licentiamq; græcorum retinebant. Classis quoque faces intulit: vacuo mari  
eludens: quia lectissimas lyburnicarum: omnemq; militem Mutianus Bizātium ade  
gerat. Quin & barbari contemptim vagabantur: fabricatis repente nauibus quas ca  
meras vocant. arctis lateribus latam aluum sine vinculo æris aut ferri cōnexam & tu  
mido mari prout fluctus attollitur: sūma nauium tabulis augēt: donec in modū te  
cti claudatur. Sic inter vndas voluūtur: pari vtrinq; prora & mutabili remigio. qñ hic  
vel illinc appellere indiscretū & innoxium est. Aduertit ea res Vespesiani aiū: vt vexil  
larios e legionibus: ducemq; Viridium geminum: spectatæ militiæ deligeret. Ille incō  
positum & prædæ cupidine vagum hostem adortus: cogit in naues: effectisq; raptim  
lyburnicis: assequitur Anicetum in hostio fluminis Cōhibi: tutum sub Sedochezorū  
regis auxilio: quem pecunia donisq; ad societatem perpulerat. Ac primo rex minis ar  
misq; supplicem tueri. Postquam merces prodicionis aut bellum ostendebatur: fluxa  
vt est barbaris fide: pactus Aniceti exitium per fugas tradidit. Belloq; seruili finis im  
positus. Lætum ea victoria Vespesianū: cunctis super vota fluentibus cremonensis  
prælij nuncius in ægypto assequitur. Eo properantius Alexandriam pergit: vt fracto  
Vitellij exercitu: urbem quoq; externæ opis indigam fame vrgeret. Namq; & africam  
eodem latere sitam: terra mariq; inuadere parabat: clausis annonæ subsidijs: inopiam  
ac discordiam hosti factururus. Dum hac totius orbis mutatione: fortuna imperij tran  
sit: primus Antonius nequaq; pari inocentia post Cremonā agebat: satissactum bello  
ratus & cetera ex facili ceu felicitas in tali ingenio: auariciam: superbiam: ceteraq; oc  
cultata mala patefecit: Vt captam Italiā persultare. vt suas legiōes colere: oibus dictis  
factisq; vim sibi ad potentiam struere. vtq; licentia militem imbueret: interfectorum

## LIBER. XIX.

centurionum ordines legionibus offerebat: Eo suffragio turbidissimus quisque delecti nec miles in arbitrio ducum: sed duces militari violentia trahebantur. que seditiosa & corrumpendae disciplinae mox in praedam vertebat: nihil aduentantem Mutianum veritus: quod exitiosius erat quam Vespasianum spreuisse. Ceterum propinqua hyeme: & humentibus pado campis: expeditum agmen incedere. Signa aquileque victricium legionum: milites vulneribus aut aetate graues: plarique etiam integri Veronae relictii. Sufficere cohortes alaeque: & e legionibus lecti: profligato iam bello videbantur. Undecima legio sese adiunxerat initio cōtata. sed prosperis rebus anxia quae defuisset. Sex milia dalmatarum recens delectus comitabantur. Ducebat Pompeius Siluanus consularis. vis cōsiliorum penes Annium Bassum legionis legatum Is Siluanum socordem bello: & dies rerum verbis terentem: specie obsequij regebat. Ad omniaque quae agenda forent: quicquam cum industria aderat. Ad has copias e classicis rauennatibus legionariam militiam poscentibus: optimus quisque adsciti. Classem Dalmatarum supplere. Exercitus ducesque ad sanum fortunae iter sustunt: de summa rerum contantes: quae mortas ex vrbe praetorias cohortes audierant: & teneri praesidijs Apeninum rebantur. & ipsos in legione bello attrita inopia & seditiosae militum voces terrebant: Clauarium: donatiui nomen est: flagitantium: nec pecuniam aut frumentum prouiderant. Et festinatio atque auaritas prepediebant: dum quae accipi poterant: rapiuntur. Celeberrimos auctores habeo: tantam victoribus aduersus fas nefasque irreuerentiam fuisse: ut gregarij eques occisum a se proxima acie fratrem professus: premium a ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam caedem ius hominum: aut vlcisci ratio belli permittebat. Distulerant tanquam maiora meritum quam quae statim exoluerent. nec quicquam ultra tradidit. Ceterum & prioribus ciuium bellis par scelus inciderat. Nam praelio quo apud Ianiculum aduersus Cinnam pugnatum est: Pompeianus miles fratrem suum: dein cognito facinore: seipsum interfecit: ut Sisenna memorat: tanto acrior apud maiores: quod sicut virtutibus gloria: ita flagitijs poenitentia fuit. Sed haec aliaque ex vetere memoria petita: quotiens res locusque exempla recti: aut solacia mali poscent: haud absurde memorabimus. Antonio ac ducibus partium praemitti equites: omnemque Umbriam explorari placuit: si qua apenini iuga clementius adirentur: acciri aquilas signaque: & quicquid Veronae militum foret. Padumque & mare comeatibus compleri. Erant inter duces qui necerent moras: quippe nimius iam Antonius: & certiora ex Mutiano sperabantur. Namque Mutianus tam celeri victoria anxius: & ni praesens vrbe potiret: expertem se belli gloriaeque ratus: ad primam & Varum media scriptitabat. Instadum ceptis aut rursus contadi utilitates edisserens. Atque ita compositus: ut ex euentu rerum aduersa abnueret: vel prospera agnosceret. Plotium Griphum nuper ab Vespasiano in senatorum ordinem additum: ac legioni praepositum: ceterosque sibi fidos: apertius monuit. Iique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre: & Mutiano volentia rescripsere. Quibus epistolis Vespasiano missis: effecerat: ut non pro spe Antonij consilia factaque eius existimaretur. aegre id pati Antonius: & culpam in Mutianum conferre: cuius criminatibus coaluissent pericula sua: Nec sermōibus temperabat. Immodicus lingua: & obsequij insolens: litteras ad Vespasianum composuit iactantius quam ad principem: nec sine occulta in Mutianum insectatione. Se panonicas legiones in arma egisse. suis stimulis excitos Mæfiæ duces Sua constantia perruptas alpes. occupatam Italiã. Intersecta germanorum Rhetorumque auxilia. quod discordes dispersasque vitellij legiones equestri pcella: mox pedatum vi: per diem noctemque sudisset: Id pulcherrimum & sui opis: Casum Cremona bello

imputandum: Maiore damno plurium urbium excidijs. Veteres civium discordias reip. stetit. Non se nuncijs neque epistolis: sed manu & armis Imperatori suo militare: neque officere glorie eorum: qui asiam interim composuerint? Illis Mœsia pacem: sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse. Suis exhortationibus gallias hispaniasque validissimam terrarum partem: ad Vespasianum conuersas. Sed cecidisse in irritum labores: si prœmia periculorum soli assequantur: qui periculis non affuerint. Nec fefelleret ea Mutianum. Inde graues simultates: quas Antonius simplici? Mutianus calide. eoque implacabilius nutrebat. At Vitellius fractis apud Cremonam rebus: nuncios cladis occultans stulta dissimulatione: remedia potius malorum quam mala differabat. Quippe confitenti consultantique supererat spes viresque. Cum e contrario læta omnia fingeret: falsis ingrauescebat. Mirum apud ipsum de bello silentium: prohibiti per ciuitatem sermones: eoque plures: ac si liceret. vere narraturi: quia vetabantur atrociora vulgauerant. Nec duces hostium augendae famae deerant. Captos Vitellij exploratores: circumductosque ut robora victoris exercitus nosceret: remittendo: quos omnis Vitellius secreto percotatus: interfici iussit. Notabili constantia Cœturio Iulius agrestis. post multos sermones quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat: perpulit: ut ad vires hostium spectandas. quaeque apud Cremonam acta forent: ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentauit: sed mandata Imperatoris suumque animum professus ut cuncta viseret postulat Missi qui locum praecelsum: Cremonae vestigia: captas legiones ostenderent. Agrestis ad vitellium remeavit: abnuntiique vera esse quae afferret: atque vltro corruptum arguentis: quandoquidem inquit. magno documento opus: nec alius iam tibi aut vitae aut mortis meae usus: dabo cui credas. Atque ita digressus: voluntaria morte dicta firmavit. Quidam iussu Vitellij interfectum: de fide constantiaque eadem tradidere. Vitellius ut e somno excitus Iulium priscum: & Alphenum varum cum. xiiii. praetorij cohortibus: & omnibus equitum alis obsidere apenninum iubet. Secuta e classicis legio: tot milia armatorum lecta equis virisque. si dux alius foret: inferendo quoque bello satis pollebant. Caeterae cohortes ad tuendam urbem. L. Vitellio fratri datae. Ipse nihil e solito luxu remittens: & diffidentia properus: festinare comitia: quibus consules in multos annos destinabat. Foedera socijs: Latium externis dilargiri: his tributa dimittere. alios imunitatibus iuuare. denique nulla in posterum cura: lacerare Imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat. Stultissimus quisque pecunijs mercabatur. Apud sapientes casta habebantur: quae neque dari: neque accipi salua reip. poterant. Tandem flagitante exercitu qui Meuaniam infederat: magno senatorum agmine: quorum multos ambitione. plures formidine trahebat: in castra venit: incertus animi: & infidis consilijs obnoxius. Contionanti: prodigiosum dictum: tantum foedarum auium superuolitauit: ut nube atra diem obtenderet. Accessit dirum omne: profugus altaribus taurus: disiecto sacrificij apparatu: longe quam vbi feriri hostias mos est: cofossus. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat. Ignarus militiae: improvidus consilij: quis ordo agminis. quae cura explorandi: quae virgendo trahendoue bello modus: alios rogans: & ad omnes nuncios vultu quoque & incessu trepidus: dein tumultuosus. postremo tedio castrorum: & audita defectione missenensis classis: romam reuertit: recentissimum quodque vulnus pauens. summi discriminis incuriosus. Nam cum transgredi Apenninum integro exercitus sui robore. & fessos hyeme atque iopia hostes aggredi in aperto foret: dum dispergit vires: accerimum militem: & usque in extrema obstinatum. trucidandum: capiendumque tra-



## LIBER. XIX.

didit: peritissimis centurionum dissentientibus. & si cōsulerentur: vera dicturis. Ar-  
 guere eos intimi amicorum Vitellij ita formatis principis auribus: vt aspera quæ vti-  
 lia: nec quicquam nisi iocundum & lœsum acciperet. Sed classẽ missenensẽ: tan-  
 tum ciuilibus discordijs etiam singulorũ audacia valet: Claudius Fauentinus centurio  
 per ignominiam a Galba dimissus: ad defectionem traxit: fictis Vespesiani epistolis:  
 precium proditiõis ostentãs præerat classi Claudij apolinaris neq; fidei constans ne-  
 que strenuus in perfidiam: & Apinius tiro: prætura functus: ac tum forte Minturnis  
 agens. ducem se defectoribus obtulit: a quibus municipia coloniaq; impulsæ. preci-  
 pue puteolanorum in Vespesianum studio. Contra Capua Vitellio fida. municipa-  
 lem emulationem bellis ciuilibus miscebant. Vitellius Claudium Iulianum: Is nuper  
 classẽ misenensẽ molli imperio rexerat. permulcendis militum animis: delegit: da-  
 ta i auxiliũ vrbana cohors: & gladiatores quibus Iulianus præerat. Et collata vtrin-  
 q; castra: haud magna contatione Iuliano in partes Vespesiani transgresso: Tarraci-  
 nam occupauere: mœnibus situq; magisq; ipsorum ingenio tutam. Quæ vbi Vitellio  
 cognita: parte copiarũ Narniæ cum præfectis prætorij relicta. L. Vitellium fratrem  
 cum sex cohortibus & quingentis equitibus: ingruenti per campaniã bello opposuit.  
 Ipse æger animi: studijs militum & clamoribus populi arma poscentis: refouebatur:  
 dum vulgus ignauum & nihil vltra verba ausurum: falsa specie: exercitus & legiones  
 appellat. Hortantibus libertis: nam amicorũ eius q̄to quis clarior minus fidus: vocari  
 tribus iubet. data nomina sacramento adigit. Superfluenta multitudine. curam dele-  
 ctus in consules partitur. Seruorũ numerum: & pondus argenti senatoribus inducit  
 Equites romani obtulere operam pecuniasq; etiam libertinis idem munus vltro flagi-  
 tantibus. Ea simulatio officia metu pfecta: verterat in fauorem. Et pleriq; haud perin-  
 de Vitelliũ q̄ casum locumq; principatus miserabant: Nec deerat ipse vultu & lahry-  
 mis misericordiam elicere. largus pmissis: & quæ natura trepidantium est: immodi-  
 cus. Quin & Cæsarem: se dici voluit: aspernatus antea. Sed tunc superstitione nomi-  
 nis: & quia in metu consilia prudentium: & vulgi rumor iuxta audiunt. Ceterũ vt om-  
 nia incouulti impetus cepta initijs valida: spacio languescunt: dilabi paulatim sena-  
 tores: equitesq; primo contanter: & vbi ipse non aderat: mox conterriti: mesti ve discri-  
 mine: donec Vitellius pudore irriti conatus: quæ non dabantur: remisit. Vt terrorem  
 Italiæ possessa meuania: ac velut renatũ ex integro bellum intulerat. Ita haud dubium  
 erga flauianas partes studiũ: tam pavidus Vitellij discessus addidit. Ereptus Samnis  
 pelignusq; & maris æmulatione: q; campania præuenisset: vt in nouo obsequio ad cun-  
 cta belli munia acres erant. Sed fœda hyeme per transitũ apenini cõflictat⁹ exercitus  
 & vix quieto agmine niue se eluctãtib; patuit q̄tum discriminis adeundum foret: ni  
 Vitelliũ retro fortuna vertisset: quæ flauianis ducibus nõ minus sæpe q̄ ratio affuit. ob-  
 uiuũ illic petilium Cerialẽ habuere: agresti cultu. & noticia locorũ: custodijs Vitellij  
 elapsũ. Propinqua affinitas Ceriali cum vespesiano. nec ipse inglorius militia. eoq;  
 inter duces assumptus ẽ. Flauio quoq; Sabino: & Domitiano patuisse effugium: mul-  
 ti tradidere. Et missi ab Antonio nuncijs: per varias fallendi artes penetrabãt locum ac  
 præsiðiũ monstrantes. Sabinus inhabilem labori & audaciæ ualetudinem causabat.  
 Domitiano aderat animus: sed custodes a Vitellio additi: q̄q; se socios fugæ promit-  
 erent: tanq̄ insidiantes timebãtur. Atq; ipse vitellius respectu suarum necessitudinũ:  
 nihil i Domitianum atrox parabat. Duces partium ut Carsulas uenere: paucos ad re-  
 quie dies sumunt. donec aquilæ signaq; legionum assequerẽtur. Et locus ipse castrorũ

placebat. late prospectans: tuto copiarum aggestu: florentissimis pone tergum municipiis. Simul colloquia cum Vitellianis decem milium spacio distantibus. & proditio sperabat. agre id pati miles & victoriam malle quam pacem. ne suas quidem legiones operiebant: ut praedae quam periculis socias. Vocatos ad contionem Antonius docuit esse adhuc Vitellio vires: ambiguas si deliberaret: acres si desperassent. Initia bellorum civilium fortunae permittenda: Victoriam a consiliis & ratione proficisci. Iam misenesem classem & pulcherrimam Campaniae oram descivisse: nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio: quam quod iter Tarracinam Narniamque iacat. Satis gloriae proelio cremonensi partium & exitio Cremonae nimium invidiae: ne concupiscerent Romam capere potius quam servare. Maiora illis praemia & multo maximum decus: si incolumitatem Senatui populoque romano sine sanguine quessissent. His ac talibus mitigati animi. Nec multo post legiones venerunt: & terrore famaque aucti exercitus. Vitellianae cohortes nutabant: nullo in bellum adhortate. multis ad transitionem. qui suas centurias turmasque tradere donum victori: & sibi in posterum gratiam certabant. Per eos cognitum est Interannam proximis campis praesidio quadringentorum equitum teneri. Missus exemplo varus cum expedita manu: paucos repugnantium interfecit. plures abiectis armis veniam petire. quidam in castra refugit: cuncta formidine implebant: augendo rumoribus virtutem copiarumque hostium: quo amissi praesidii dedecus lenirent. Nec vlla apud Vitellianos flagitii poena & praemium defectorum vera fides: ac reliquum perfidiae certamen Crebra transfugia tribunorumque centurionumque. Nam gregarius miles induruerat pro Vitellio: donec Priscus & Alphenus desertis castris ad Vitellium regressi: pudore proditiois cunctos exolverent. Iisdem diebus Fabius Valens urbini in custodia interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum: ne quam ultra spem fouerent. Nam peruasisse in Germanias Valentem: & veteres illic novosque exercitus cedere credebant. Vifa cade: in desperationem versi. & flavianus exercitus imane quantum animo: exitium valentis: ut finem belli accepit. Natus erat valens Anagninae equestri familia: procax moribus: neque absurdus ingenio. Famam urbanitatis per lasciviam petere Ludicro iuvenum sub Nerone velut ex necessitate: mox sponte mimos actitavit: scite magis quam probe. Legatus legionis & fovit Verginium: & infamavit Fonteium Capitonem corruptum: seu quia corrumpere nequiverat. interfecit: Galbae proditor Vitellio fidus: & aliorum perfidia illustratus. Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partes. Id quoque non sine decore: sed sub signis vexillisque in subiectos Narniae campos descendere. Flavianus exercitus ut ad proelium intentus ornatuque: densis circa viam ordinibus adstiterat. Accepti in medium Vitelliani: & circumdatos primus Antonius clementer alloquitur. pars Narniae: pars Interannae subsistere iussit: Relictae simul e victoribus legiones. neque quiescentibus graues: & aduersus contumaciam validae. Non omisere per eos dies primus ac Varus: crebris nunciis salutem & pecuniam & secreta Campaniae offerre Vitellio: si positis armis: seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. In eundem modum & Mutianus composuit epistolas quibus plerumque fidere Vitellius: ac de numero servorum: electione licitorum loqui tanta torpedo inuaserat animum ut si principem eum fuisse: ceteri non meminissent ipse obliuisceretur. At primores civitatis Flavianum Sabinum praefectum urbis: secretis sermonibus incitabant: victoriae famaque partem capefferet. Esse illi proprium militem cohortium urbanarum: nec defuturas vigilum cohortes Servicia ipsorum fortunam partium & omnia prona victoribus: ne Antonio Varoque de gloria concederet. Paucas Vitellio cohortes: & moestis undique nunciis trepidas Populi mobile aium: & si se ducem praebuisset: eas

## LIBER. XIX.

dem illas adulationes pro Vespesiano fore. Ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem. adeo ruentibus debilitatum. gratiam patratu belli penes eum qui urbem occupasset. Id Sabino convenire: ut Imperium fratri reseruaret. Id Vespesiano ut ceteri: post Sabinum haberentur. haud quam erecto animo eas voces accipiebat inualidus senecta. Erant qui occultis suspicionibus incesserent tanquam invidia & aemulatione fortunam fratris moraretur. Namque Flavius Sabinus aetate prior: priuatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespesianum antebat. Et credebatur affectam eius fidem prauiuissis: domo agrisque pignori acceptis. Vnde quae manente in speciem concordia: offensarum opera metuebatur. Melior interpretatio mitem virum abhorre a sanguine & caedibus. Eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace. ponendisque per conditionem armis: agitare. Sepe domi congressi: postremo in ede Appollinis ut fama fuit: pepigere. Verba vocesque duos testes habebat Cluuium Rufum & Silium Italicum. Vultus procul visentibus notabatur. Vitellij proiectus & degener. Sabinus non insultans & miseranti propior. Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius: quam ipse casset: icruentam urbem. Vespesiani exercitus intrasset. Ceterum ut quisque Vitellio fidus: ita pacem & condiciones abnuebant: discrimen ac dedecus ostentantes: & fidem in libidine victoris. Nec tantam Vespesiano superbiam: ut priuatum Vitellium pateretur. ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordia. Ipsum sane senem: & prosperis aduersisque faciatur. Sed quod nomen quem statum filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam & familiam: & beatos Campaniae sinus promitti. Sed ubi imperium Vespesianus inuaserit: non ipsi: non amicis eius non denique exercitibus securitatem nisi extincto aemulatore reditura. Fabium illis Valentem captiuum & casibus dubijs reseruatum: praegrave fuisse: ne dum primus & Fustus: & specimen partium Mutianus vllam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. Non a Caesare Pompeium non ab Augusto Antonium incolumes relictos. Nisi forte Vespesianus altiores spiritus gerat: Vitellij cliens: cum Vitellius collega Claudio foret. Quin ut censuram patris: ut tres consulatus: ut tot egregiae domus honores deceret: desperatione saltem in audaciam accingeretur. perstare militem superesse studia populi: denique nihil atrocius euenturum: quam in quod sponte ruat. Morientum victis: morientum deditis. Id solum referre: nouissimum spiritum per ludibrium & contumelias effundant: an per virtutem. Surdae ad fortia consilia Vitellio aures. Obruebatur animus miseratione curaque ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret coniugi & liberis. Erat illi & fessa aetate pares: quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praeventit. Nihil principatu filij assecuta: nisi luctum & bonam famam. xv. Kal. Ianu. audita defectione legionis cohortiumque quae se Narniae dederant: paulo amictu palatio digreditur. mesta circum familia. Simul ferebat lecticula paruulus filius velut in funebrem popam: Voces populi blandae & interpestivae. miles minaci silentio. Nec quisquam adeo rerum humanarum imemor: quem non commoueret illa facies. Romanum principem & generis humani paulo ante dominum. relicta fortunae suae sede: per populum per urbem: exire de imperio. nihil tale viderat: nihil audierat. Repentina vis dictatorem Caesarem opprimerat. Occultae Caium infidiae. nox & ignotum fugam Neronis absconderat. Piso & Galba tanquam in acie cecidere. In sua cotione Vitellius: inter suos milites: prospectantibus etiam foeminis: pauca & praesenti maestitiae congruentia locutus: caedere se pacis & reip. causa. Retinerent tamen memoriam sui. Fratremque & coniugem & innoxiam liberorum aetatem miserarentur. Simul filium protedens: modo singulis modo vniuersis commendans. postremo fletu praepediente: assistenti consuli:

Cecilius simplex erat: exolutum a latere pugionem velut ius necis vitæq; ciuium red-  
debat. aspernante consule: reclamantibus qui in contione adstiterant: vt in æde cōcor-  
diæ positurus insignia imperij domumq; fratris petiturus discessit Maior hic clamor  
obfistentiū penatibus priuatis: in palatium vocatiū: iterclusum aliud iter. Idq; solum  
qđ in sacra via pergeret patebat: Tum consilij inops in palatium redit. Præuenerat  
rumor eiurari ab eo imperium. Scripseratq; Flauius Sabinus chortiu tribunis: vt mi-  
litem cohiberent. Igit̃ tanquã ois respu. in Vespesiani sinum cecisset: primores Sena-  
tus: & plæriq; equestris ordinis omnisq; miles vrbæus & vigiles: domum Flauij Sabi-  
ni compleuere. Illuc de studijs vulgi & minis germanicæ cohortium affert̃ Lōgius  
iam pgressus erat: qđ vt regredi posset: & suo quisq; metu: ne disiectos eoq; minus vali-  
dos Vitelliani confectarentur: contantem in arma impellebant. Sed qđ in eiusmodi  
rebus accidit: consilium ab oibus datum est periculum pauci sumpserunt. Circa lacū Fū-  
dani descendentes qui Sabinum comitabant̃: armatis occurrunt pmississimi Vitel-  
lianorū. Modicum ibi prælium iprouiso tumultu: sed prosperè Vitellianis fuit. Sabi-  
nus re trepida: qđ tutissimum e præsentibus: arcem capitolij insedit: milite: & quibus-  
dam senatorū equitumq; quorū nomina tradere haud pmtum est: quoniam victore  
Vespesiano multi id meritum erga partes simulauerunt. Subierunt obsidium etiam fœ-  
minæ: inter quas maxime insignis Verulana gracilia: neque liberos: neque propin-  
quos: sed bellum secuta. Vitellianus miles custodia socordī clausos circumdedit. eo-  
q; concubia nocte suos liberos Sabinus & Domitianum fratris filium in capitolium  
acciuit. At Sabinus misso per neglecta ad Flauianos duces nuncio: qui circūferri ip-  
sos: nisi subueniret̃: arctas res nunciaret: noctem adeo quietam egit: vt digredi sine no-  
xa potuerit: Quippe miles Vitellij aduersus pericula ferox: laboribus & vigilijs pax  
intentus erat. Et hybernus humber repente fusus: oculos auresq; impediēbat. Luce pri-  
ma Sabinus anteq̃ inuicem hostilia ceptaret̃: Cornelium Martialem e primipilarib⁹  
ad Vitellium misit: cum mandatis & questu: q; pacta turbarent̃. Simulationem pr-  
sus & imaginem deponendi imperij fuisse ad decipiendos tot illustres viros. Cur enim  
e rostris fratris domum iminentem foro: & irritandis hominū oculis: quam auentinū  
& penates vxoris petisset: Ita priuato & omnē principatus speciem vitanti conuenisse.  
Contra Vitellium in palatium: in ipsam imperij arcem regressum. Inde armatū agmen  
emissum. stratam innocentium cadibus celeberrimam vrbis partem. ne capitolio qui-  
dem abstineri. Togatū nempe se: & vnum e senatoribus: dum inter Vespesianū ac Vi-  
tellium prælijs legionū captiuitatibus vrbium: deditiōibus cohortium iudicat̃. Iam  
Hispanijs Germanijsq; & Britannia descendentibus: fratrem Vespesiani mansisse in fide:  
donec vltro ad cōditiones vocaret̃. Pacem & cōcordiam victis vtilia: victoribus tantū  
pulchra esse. Si cōventionis poeniteat non se quē perfidia deceperit: ferro peteret: non  
filium Vespesiani vix puberem: quantū occisis vno sene & uno iuvene profici? Iret obu-  
iam legionibus. de summa re: illic certaret: Cætera secundum euentum prælii cessura.  
Trepidus ad hæc Vitellius: pauca purgandi sui causa respondit: culpam in milite con-  
ferrens: cuius nimio ardori imparem esse modestiā suam. Et monuit Martialem: vt per-  
secretā ædium partē occulte abiret: ne a militibus internūcius inuisæ pacis interficere  
tur. Ipse neq; iubēdi neq; vetandi potens: nō iam imperator: sed tantum belli causa erat.  
Vix dū regresso in capitolium Martiale: furēs miles aderat: nullo duce: sibi quisq; au-  
ctor. cito agmine foræ & iminentia foro templa præteruecti. Erigūt aciē per aduersum  
collē: vsq; ad primas capitolinæ arcis fores. Erāt antiquitus porticus in latere clui dex-

## LIBER. XIX.

træ subeuntibus. In quæ tectum egressi: saxis tegulisq; Vitellianos deturbabant. neq; illis manus nisi gladijs armata: & arcessere tormenta: aut missilia tela: longum videbatur. Faces in prominentem porticum iecere. & sequebantur ignem. ambustasq; Capitolij fores penetrassent: ni Sabinus reuulsas vndiq; statuas decora maioræ in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diuersos capitolij aditus inuadunt iuxta lucum asyli: & qua tarpei rupes centum gradibus aditur. Improvisa vtraq; vis. ppior atq; acrior per asylum ingrebat. Nec filii poterant scandentes per coniuncta ædificia: quæ vt in multa pace in altum edita solum capitolij æquabant. Hic ambigitur: ignem tectis oppugnatores iniecerint: an obsessi: quæ crebrior fama est: quo nitentes ac pgressos: depellerent. Inde lapsus ignis in porticus appositas ædibus: mox sustinētes fastigium aquilæ vetere ligno traxere flammam: alueruntq;. Sic capitolium clausis foribus indefensum: & indireptum cōflagrauit. Id facinus post conditam urbem luctuosissimum fœdissimumq; reipublicæ populoq; ro. accidit: nullo externo hoste: propitijs si per mores nostros liceret deis Sedem Iouis optimi maximi auspicato a maioribus pignus imperij cōditam: quam non Porsena dedita vrbe: neq; galli capta temerare potuissent: furore principū excindi. Arserat & ante Capitolium civili bello: sed fraude priuata. Nūc palam obsessum: palam incensum. quibus armorum causis: quo tantæ cladis pretio stetit: pro patria bellauimus. Vouerat Tarquinius priscus rex bello sabino: ieceratq; fundamēta: spe magis futuræ magnitudinis: q̄ quo modicæ adhuc p. ro. res sufficerēt. Mox Seruius Tullius socioꝝ studio: deinde Tarquinius superbus capta Sueſſa Pometia: hostium spolijs extruere. Sed gloria operis libertati reseruata. Pulsis regibus: Horatius Puluillus iteꝝ cōsul dedicauit ea magnificentia: quā imensæ postea po. ro. opes ornaret potiusq; auget. Iisdem rursus vestigijs situm ē: postq̄ iteriecto. ccccv. annoꝝ spacio. L. Scipione. C. Norbano cōsulibus: flagrauerat. Curā victor Sylla suscepit. neq; tñ dedicauit. hoc solum fœlicitati eius negatū. Luctatij Catuli nomen iter tāta casarū opera: vsq; ad Vitellium māsit. Ea tūc ædes cremabat. Sed plus pauoris obsessis q̄ obsessoris itulit. Quippe Vitellianus miles: neq; astu neq; cōstantia iter dubia idigebat. Ex diuerso trepidus miles dux segnīs: & veluti captus aī: nō lingua nō auribus cōpetere neq; alienis cōsilijs regi: neq; sua expedire. huc illuc clamoribꝯ hostiū circūagi. quæ iusserat vetare: quæ vetuerat iubere. Mox qd̄ in perditis rebus accidit: oēs precipe: nemo exequi: postremo abiectis armis: fugā & fallendi artes circūspectabant. Irrūpunt Vitellianij: & cūcta sanguine: ferro: flāmisq; miscent. Pauci militariū viroꝝ: inter quos maxime insignes Cornelius Martialis: Emilius pacēsis: Caspius niger. Didius Scæua: pugnā ausi obruncant. Flauium Sabinū inermē neq; fugam ceptantē: circūstunt. & Quintum Atticū cōsulem: vmbra honoris & suamet vanitate monstratū: q̄ edicta in populū pro Vespesiano magnifica: p̄brosa aduersus Vitellium iecerat. Cæteri per varios casus elapsi: quidā seruili habitu: alij fide clientiū cōtecti & inter sarcinas abditī. Fuere qui excepto Vitellianoꝝ signo: quo inter se noscebant: vltro rogitatēs rñdentē sue audaciā pro latebra haberēt: Domitianus prima irruptōe: apud ædituū occultatus sollertia liberti lineo amictu: turbe sacricolarū imixtus: ignoratusq;: apud Corneliū primum paternū clientē: iuxta velabrū delituit. ac potiēte rege patre: disiecto æditui cōtubernio: modicū facellū Ioui cōseruatori arāq; posuit: casusq; suos in marmore expressit Mox imperiū adeptus: Ioui custodi tēplum ingēs: seq; ī sinu dei sacrauit. Sabinus & Atticus onerati catenis: & ad Vitelliū ducti: nequaquā infesto f̄mone vultuq; excipiūtur. fremētibus q̄ ius cædis: & præmia nauatę ope petebāt.

Clamore a proximis orto: sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit: minas adulationesq; miscet. Stantem p gradibus palatij Vitellium: & preces parantē: peruciere: vt absteret. Tum cōfossū cōlaceratumq; & abscisso capite truncū corpus Sabini ī gemōias rrahunt. Hic exitus viri haud sane spernēdi. Quinq; & .xxx. stipendia in rep. fecerat. domi militiæq; clarus. Innocētiam iusticiamq; eius nō argueres. Sermonis nimius erat. Id vnū septem annis quibus Mœsiā: duodecim qbus praefecturā vrbis obtinuit: calūniatus ē rumor. In fine vitæ alij segnē: multi moderatū: & diuini sanguinis parcū credidere. Quod iter oēs constiterit: ante principatū Vespesiani decus domus penes Sabinū erat. Cædē eius lætam fuisse Mutiano accepimus. ferebāt plæriq; et paci cōsultum: direpta æmulatione inter duos: quoꝝ alter se fratrem Imperatoris: alter cōsortem Imperij cogitaret. Sed Vitellius cōsulis suppliciū poscenti populo restitit. placatus ac velut uicem reddens: q; interrogantibus quis capitoliū incendisset: se reū Atticus obtulerat. Ea; confessione: siue aptum tempori mendaciū fuit: inuidiā crimēq; agnouisse. & a partibus Vitellij amolitus videbat. Iisdem diebꝰ. L. Vitellius positus apud Feroniam castris: excidio Terracinæ iminebat: clausis illic gladiatoribus remigibusq; qui nō egredi mœnia: neq; periculum ī aperto audebāt. Præerat vt supra memorauimus Iulianus gladiatoribus. Apollinaris remigibus: lasciuiā socordiaq; gladiatorum magis q̄ ducum similes. Nō vigiliās agere. non in tuta mœnium firmare: noctu dieq; fluxi: & amena littorū personātes: in ministeriū luxus dispersis militibus: de bello tantū inter cōiuiū loquebant. Paucos ante dies discesserat Apinius tyro: donisq; ac pecunijs acerbe per municipia cōquirendis: plus iuidiæ q̄ virium partibus addebat. Interim ad. L. Vitelliū. seruus Verginij Capitonis perfugit. pollicitusq; si præfidiū acciperet: vacuā arcem furtim traditur: multa nocte cohortes expeditas summis montium iugis super caput hostiū sistit. Inde miles ad cædem magisquā ad pugna decurrit. sternūt inermes. aut arma capientes. & quosdam somno excitos: cum tenebris: pauore: sonitu tubarū: clamore hostili turbarent: pauci gladiatorū resistentes: neq; multi cecidere. Cæteri ad naues ruebāt: vbi cūcta pari formidine implicabant: pmixtis paganis: quos nullo discrimine Vitelliani trucidabāt. Sex lyburnicæ inter primum tumultū euasere. In quis præfectus classis Apollinaris. reliquæ in littore captæ: aut nimio ruentiū onere pressas: mare haufit. Iulianus ad. L. Vitelliū perductus: & verberibus fœdatus: in ore eius iugulat. Fuere qui vxorem. L. Vitellij Triariā inceserint: tanq̄ gladio militari cincta: inter luctū cladesq; expugnata Terracinæ: superbe saueq; egisset. Ipse laureā geste pspere rei ad fratrem misit: percōtatus statim regredi se: an pdomādæ Cāpaniæ insistere iuberet: Quod salutare non mō partibus Vespesiani: sed reip. fuit. Nā si recens victoria miles & sup insitā peruicaciā secūdis ferox: romam cōtendisset: haud parua mole certatim: nec sine exitio vrbis foret. Quippe. L. Vitellio quis in fami inerat industria nec vitutibus vt boni: sed quo mō pessimus quisq; vitijq; valebat. Dū hæc ī partibus Vitellij gerūtur: digressus Narniā Vespesiani exercitus: festos Saturni dies Otricoli per ocium agitabat. Causa tā prauæ moræ: vt Mutianum opperiretur. Nec defuere: qui Antonium suspitiōibus arguerent: tā q̄ dolo contātem: post secretas Vitellij epistolas: quibus consulatū & nubilem filiam & dotales opes pretium proditiōis offerebat. Alij ficta hæc: & in gratiā Mutiani cōposita. Quidā oium id ducum cōsiliū fuisse: ostētare potius vrbi bellū q̄ inferre: quando validissime cohortes a Vitellio descuiissent. & abscissis oibus præfidijs cessurus impio: videbat. Sed cūcta festinatione: deinde ignauia Sabini corrupta: qui sumptis temere armis: munitissimā

## LIBER. XIX.

Capitoli arcem: & ne magnis quidem exercitibus expugnabilē: aduersus tris cohortes tueri nequisset. Haud facile quis vni assignauerit culpam: q̄ oīum fuit. Nā & Mutianus ambiguus epistolis victores morabat: & Antonius præpostero obsequio: vel dum tegeret inuidiā crimen meruit: Ceteriq; duces dū peractum bellum putāt: finē eius insigniuere: Ne Petilius quidem Cerialis cū mille equitibus præmissus: vt transuersis itineribus per agrū sabinum salaria via urbē introiret: satis maturauerat: donec obsessi Capitolij fama cunctos simul exciret. Antonius per flaminiam ad saxa rubra: multo iam noctis: serum auxilium venit Illic interfectū Sabinum: conflagrasse capitolum: tremere urbē: mœsta oīa accepit. plebē quoq; & seruitia p̄ Vitellio armari nūciabatur. Et Petilio ceriali equestre prælium aduersū fuerat. Nāq; incautum & tāq; ad victos ruētem: Vitelliani interiectus equiti pedes exceperet. Pugnatū haud procul vrbe inter ædificia hortosq; & anfractus viarū: quæ gnara Vitellianis: in cōperta hostib; metum fecerant. Neq; oīs eques concursus: adiūctis quibusdam qui nuper apud Narniam dediti: fortunā partium speculabātur. Capit' præfectus alæ Tullius Flauianus. Ceteri fœda iuga cōsternantur: non vltra Fidenas secutis victoribus. Eo successu studia pp̄li aucta. Vulgus urbanū arma cœpit Paucis scuta militaria plures raptis quod cuiq; obuiū telis: signum pugnae exposcūt. Agit grates Vitellius. & ad tuēdam urbē prorūpere iubet. Mox vocato senatu: deligūtur legati ad exercitus: vt prætexto reip. cōcordiam pacemq; suaderēt. Varia legatorū fors fuit. Qui Petilio ceriali occurrerūt extremum discrimē adiere: aspernāte milite conditiones pacis. Vulnerat' prætor Arulenus Rusticus: auxit inuidiā super violatum legati prætorisq; nomē: propria dignatio viri. Pallant' comites. occidit' proximus licitor dimouere turbā ausus: & ni dato a duce præsidio defensi forent: sacrum etiā inter exterarū gētes: legatorum ius ante ipsa patriæ mœnia: ciuilis rabies vsq; in exitū temerasset. æquioribus animis accepti sunt: qui ad Antoniū venerāt: nō quia modestior miles: sed duci plus auctoritatis. Miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis: studiū philosophiæ: & placita stoicorū æmulatus. Ceptabatq; permixtus manipulis bona pacis ac belli discrimina differens armatos mouere. Id plarūq; ludibrio: pluribus tedio: nec deerāt qui propellerēt propulcarentq;: ni admonitu modestissimi cuiusq; & alijs minitātibus: omisisset intēpestiuam sapiētiam. Obuiæ fuere & virgines vestales cū epistolis Vitellij ad Antoniū scriptis. Eximi supremo certamine vnū diem postulabāt: Si morā interiecissent: facilius oīa conuētura. Virgines cū honore dimissæ Vitellio rescriptū: Sabini cæde: & incendio capitoliij dirēpta belli cōmercia. Tētauit tñ Antonius vocatas ad contionē legiōes mitigare: vt castris iuxta pontē miluiū positis: postera die urbē ingrederent' Ratio cōtandi: ne asperatus proelio miles: nō populo: non Senatui: ne templis quidem ac delubris deorū consuleret. Sed oēm prolationem vt inimicam victoriæ suspectabāt. Simul fulgentia per colles vexilla: quanq; imbellis populus sequeretur: speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmine pars vt astiterat flaminia via: pars iuxta ripam thyberis incessit. Tertium agmen per salariam collinæ portæ propinquabat: Plebs iuectis equitibus fusa. Miles Vitellianus trinis & ipse præsidij occurrat. Prælia ante urbem multa & varia: Sed flauianis consilio ducum præstātibus sapius prospera. Ii tñ conflictati sunt. qui in partem sinistram vrbis ad salustianos hortos per angusta & lubrica viarum flexerant. Superstantes macerij hortorū Vitelliani ad serum vsq; diem saxi pilisq; subeuntes arcebant. donec ab equitibus qui porta collina irruperant: circūuenirentur. Cōcurrere & in campo martio infestæ acies: Pro flauianis fortuna: & par-

ra totiens victoria. Vitelliani desperatione sola ruebant. & quanquam pulsi rursus in vrbe congregabantur. Aderat pugnantibus spectator populus: utque in ludicro certamine: hos modo: rursus illos clamore & plausu fouebat: quotiens pars altera inclinasset abditos in tabernis: aut si quam in domum perfugerant: erui iugularique exostulantes: parte maiore praeda potiebantur. Nam milite ad sanguinem & caedes obuerso: spolia in vulgus cedebant. Saeva ac deformis vrbe tota facies. alibi praelia & vulnera. alibi balnearum popinaeque. Simul cruor & strues corporum iuxta scorta: & scortorum miles: quantum in luxurioso ocio libidinum: quicquid in acerbissima captiuitate scelerum: profus ut eadem ciuitatem & furere crederes & lasciuire. Confluxerant ante armati exercitus in vrbe: bis. L. Sylla: semel Cinna victoribus. nec tunc minus crudelitatis. nunc inhumana securitas: & ne minimo quidem temporis voluptates intermissae. Velut festis diebus id quoque gaudium accederet: exultabant. Fruerentur nulla partium cura: malis publicis leti. Plurimum molis in oppugnatione castrorum fuit: quae acerrimus quisque ut nouissimam speciem retinebant. Eo intentius victores: praecipuo veterum cohortium studio: cuncta validissimae vrbi excidijs reperta: Simul admouent testudinem: tormeta: aggeres: facesque quicquid tot praелиjs laboris ac periculi haussissent: opere illo consummati clamitantes. Vrbem Senatui: ac populo Romano templa dijs reddita. proprium esse militis decus in castris: Illam patriam: illos penates: nisi statim recipiantur noctem in armis agendam Contra Vitelliani quamque numero factoque dispares: inquietare victoriam: morari pacem domos arasque cruore fedae. Suprema victis solacia complectebantur. Multi semianimes super tures & propugnacula moenium expirauere. Conuulsis portis: reliquus globus obtulit se victoribus. & cecidere omnes contrarijs vulneribus versi in hoste. Ea cura est morientibus decori exitus fuit. Vitellius capta vrbe: per auersam palatii partem Auentinum in domum vxoris sellula deseruit: Ut si diem latebra viuisset: Terracinam ad cohortes fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenij: & quae natura pauoris est: cum omnia metuenti praesentia maxime displicerent: in palatium regreditur: vastum desertumque: dilapsis etiam infimis seruitioque: aut occursum eius declinantibus. Terret solitudo: & tacentes loci. temptat clausa. inhorrescit vacuis. fessusque misero errore: & pudenda latebra semet occultas: ab Iulio placito tribuno cohortis pertrahitur. Vincitae pone tergum manus. laniata veste: sedum spectaculum ducebat: multis increpantibus: nullo illachrymate. deformitas exitus misericordiam abstulerat. Obuius e germanicis militibus. Vitellium infesto ictu per iram: vel quo maturius ludibrio eximeret: an tribunum appetierit: in incerto fuit: aurem tribuni amputauit: ac statim confossus est. Vitellium infestis mucronibus coactum: more erigere os: & offerre contumelias: nunc cadentes statuas suas: plerumque rostra: aut galbae occisi locum coteri postremo ad gemonias ubi corpus Flauij Sabini iacuerat: propulere: Vna vox non degeneris animi excepta: cum tribuno insultanti: se tamen imperatorem eius fuisse respondit. Ac deinde ingestis vulneribus concidit. Et vulgus eadem prauitate insectabatur interfectum: qua fouerat viuentem: Pater illi. L. Vitellius: nam septimum & quinquagesimum aetatis annum explebat: consulatum: sacerdotia: nomenque inter primores: nulla sua industria sed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum eadem tulere qui ipsum non nouerant. Studia exercitus raro cuiquam bonis artibus quaesita: perinde affuere quam huic per ignauiam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas: quae nisi ad sit modus: in exitum vertitur. Amicitias dum magnitudine munerum: non constantia more continere putat: meruit magis quam habuit reipublicae haud dubie intererat Vitellium vinci. Sed imputare per-



## LIBER. XX.

fidiam non possunt: qui Vitellium Vespesiano prodidere: cum a Galba desciuissent Præcipiti in occasum die: ob pauorem magistratuum senatorumq; qui dilapsi ex vrbe aut per domos clientium semet occultabant: vocari senatus non potuit. Domitianum postq̄ nihil hostile metuebatur: ad duces partium progressum: & Casarem con salutatam: miles frequens: utq; erat in armis: in paternos penates deduxit.

Libri. xix. Finis.

CORNELII TACITI ACTOR VM DIURNALIVM HISTORIAE  
AVGVTSAE LIBER VICESIMVS INCIPIT.

Interfecto Vitellio bellum magis desierat: q̄ pax cœperat. Armati per urbem victores implacabili odio victos consecraban-  
tur plenæ cædibus viæ. cruēta fora templaq; passim trucidatis:  
vt quenq; fors obtulerat. Ac mox augete licentia: scrutari. ac  
protrahere abditos. si quem procerū habitu & iuuenta prospexe-  
rant: obtruncare: nullo militum aut populi discrimine: quæ sæ-  
uicia recentibus odijs sanguine explebatur. Dein verterat in aua-  
riciam. Nihil vsq; secretū aut clausum sinebant. Vitellianos occultari simulantes. Ini-  
tium id perfringendæ domuum: vel si resisteret causa cædis. Nec deerat egētissimus  
quisq; ex plebe & pessimi seruitioꝝ prodere vltro dies dominos. alij ab amicis mōstra-  
bantur. Vbiq; lamēta cōclamationes. Et fortuna captæ urbis: adeo vt Othoniani Vi-  
tellianiq; militis inuidiosa antea petulātia desyderaretur. Duces partiū accendēdo ci-  
uili bello acres: temperandæ victoriæ impares. Quippe in turbas & discordias pessimo  
cuiq; plurima vis. pax & quies bonis artibus indigent. Nomen sedemq; Caesaris.  
Domitianus acceperat: nōdum ad curas intētus: sed stupris & adulterijs filiū princi-  
pis agebat. Præfectura prætorij penes Arriū Varū. Sūma potentia in primo Anto-  
nio Is pecuniam familiāq; e principis domo. quasi cremonēsem prædam rapere. Cæ-  
teri modestia vel ignobilitate: vt in bello obscuri: ita præmioꝝ expertes. Ciuitas pau-  
da & seruitio parata occupari redeūtem Tarracina. L. Vitellium: cum cohortibus: ex-  
tinguiq; reliqua belli postulabat. Præmissi Ariciam equites: Agmen legionū intra bo-  
uillas sterit. Nec contactus est Vitellius: seq; & cohortes arbitrio victoris permittere.  
Et miles infœlicia arma aut minus ira: q̄ metu abiicit. Longus deditoꝝ ordo: septus  
armatis per urbē incessit. Nemo supplici vultu: sed tristes & truces: & aduersum plau-  
sus ac lasciuia insultantis vulgi immobiles: paucos erumpere ausos circūiecti pressere.  
Cæteri in custodiam conditi. Nihil quisq; locutus indignum: & q̄q̄ inter aduersa salua  
virtutis fama. Dein. L. Vitellius interficitur: par vitij fratris. in principatu eius vigi-  
lantior. nec perinde prosperis socius: q̄ aduersus abstractus. Iisdem diebus. L. Bassus  
cum expedito equite: ad componendam campaniam mittitur: discordibus munici-  
piorum animis: magis inter semet: q̄ cōtumacia aduersus principem. Viso milite: qui  
es & minoribus colonijs impunitas. Capuæ legio tertia hyemādi causa locatur. & do-  
mus illustres afflictæ: cum contra Tarracinēses nulla ope iuuarentur. tātō procliuius  
est iniuriæ q̄ beneficio vicem exoluere: quia gratia oneri: vltio in quæstu habet. Sola-  
tio fuit seruus Vergenij capitonis: quem proditorem Tarracinensiu diximus: patibu-  
lo affixus: in iisdem annulis quos acceptos a Vitellio gestabat. At Romæ senatus cū  
cta principibus solita: Vespesiano decernit. lætus & spei certus: quippe supra per gal-  
lias hispaniasq; ciuilia arma. motis ad bellū Germanis: mox Illyricos postq̄ ægyptū

Iudeam Syriamq; & omnis prouincias: exercitusq; lustrauerant velut expiato terrar; orbe: cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespesiani litteræ: tanquã manente bello scriptæ: ea prima specie forma: cæterum vt princeps loquebatur. Ciuilia de se & rep. egregia: nec senatus obsequium deerat. Ipsi consulatus cum Tito filio: prætura Domitiano & consulare Imperium decernuntur. Miserat & Mutianus epistolas ad senatum: quæ materiam sermonibus prebuere. Si priuatus esset: cur publice loqueretur? potuisse eadem paucos post dies loco sententiæ dici. Ipsa quoq; insectatio in Vitellianos fera & sine libertate. Id vero erga rem pu. superbum: erga principem contumeliosum q; in manu sua fuisse Imperium: donatumq; Vespesiano iactabat. Cæterû inuidia i occulto: adulatio in aperto erât. Multo cum honore. verborum Mutiano triumphalia de bello ciuili data. Sed in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur primo Antonio consularia: Cornelio Fusco & Arrio Varo prætoria insignia. Mox deos rexspexere. Restitui capitolium placuit. Ea; omnia Valerius Asiaticus cõsul designatus censuit. Cæteri vultu manuq; pauci quibus conspicua dignitas: aut ingenium adulatione exercitum: compositis orationibus assentiebantur. Vbi ad Heluidium priscû prætorem designatum: ventum: pmpsit sententiam: vt honorificam in bonum principem. Falsã aberant: & studijs senatus attollebantur. Isq; præcipuus illi dies magnæ offensæ initium: & magnæ gloriæ fuit. Res poscere videtur: quia iterum in mentionẽ incidimus viri sapius memorandi: vt vitam studiq; eius & quali fortuna sit vsus paucis repetam: Heluidius priscus regione Italiae: Tarracinæ municipio: Cluuiõ patre q; ordinem primi pilli duxisset. ingenium illustre altioribus studijs iuuenis admodum dedit: non vt plariq; vt nomine magnifico segne ocium velaret: sed quo firmior aduersus fortuita: remp. capefferet. doctores sapientiæ secutus est: qui sola bona quæ honesta: mala tãtum quæ turpia: nobilitatem cæteraq; extra animum: neq; bonis neq; malis anumerât. Quæstorius adhuc a Peto Thrasea gener delectus: e moribus soceri nihil æq; ac libertatem hauit: ciuis senator: maritus: gener: amicus: cunctis vitæ officijs æquabilis: opum contemptor: recti peruiçax: constans aduersus met<sup>9</sup> Erant quibus appetentior famæ videretur: quando etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exiit. Ruina soceris: in exilium pulsus vt Galbæ principatu redijt: Marcellum Epriû delatorem Thraseæ accusare aggreditur. Ea vltio. incertum maior an iustior: senatum in studia diduxerat. Nam si caderet Marcellus agmen reorum sternebatur. Primo minax certamen: & egregijs vtriusq; orationibus testatum. Mox dubia voluntate Galbæ: multis senatorum deprecantibus omisit Priscus: varijs: vt sunt hominum ingenia sermonibus: moderationem laudantium: aut constantiam requirentium: Cæterû eo senatus die quo de Imperio Vespesiani censebant. placuerat mitti ad principem legatos. hinc inter Heluidium & Eprium acre iurgium. Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis: Marcellus vnam postulabat: quæ consulis designati sententia fuerat. Sed Marcelli studium propri<sup>9</sup> rubor excitabat: ne alijs electis posthabitus crederetur. Paulatimq; per altercationem ad continuas & infestas orationes prouecti sunt. quærente heluidio: quid ita Marcellus iudicium magistratuum pauesceret? esse illi pecuniam & eloquentiam: quis multos anteiret: ni memoria flagitiorum vrgeret. Sorte & vna mores non discerni. suffragia & existimationem senatus reperta: vt vniuscuiusq; vitam famam penetrarent. pertinere ad vtilitatem reip. pertinere ad Vespesiani honorem. occurrere illi quos innocentissimos senatus habeat. qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuisse Vespesiano amicitiam cum Thrasea: So-

## LIBER. XX.

rano: Senctione. quorum accusatores etiam si puniri non oporteat: ostentari non debere. hoc senatus iudicio velut admoneri principem: quos probet: quos reformidet: Nullum maius boni Imperij instrumentum: quàm bonos amicos esse. Satis Marcello quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmijs & impunitate. Vespasianum melioribus relinqueret. Marcellus non suam sententiã impugnari: sed consulem designatum censuisse dicebat. Sed vetera exempla: quæ sortem legationibus posuissent: ne ambitioni aut inimicicijs locus foret. Nihil euenisse cur antiquitus instituta exolescerent. aut principis honor in cuiusquæ contumeliam verteretur. sufficere omnes obsequio. Id magis vitandum ne peruicacia cuiusquæ irritaretur animus nouo principatu suspensus: & vultus quoque ac sermones omnium circumspectans. Se meminisse temporum quibus natus sit: quam ciuitatis formam patres auique instituerint vltiora mirari: præsentia sequi: bonos Imperatores voto expetere. qualescunque tolerare. Non magis sua oratione Thraseam quàm iudicio senatus afflictum. Sauciã Neronis per huiusmodi imagines illuxisse: nec minus sibi anxiam talem amiciciã quàm aliis exilium. Denique constantia: fortitudine Catonibus & Brutis æquaretur Heluidius. Se vnum esse ex illo senatu qui simul seruerit. Suadere etiam prisco: ne supra principem scanderet. ne Vespasianum senem: triumphalem: iuuenum liberorum patrem: præceptis coerceret: Quomodo pessimis Imperatoribus sine fine dominatione: ita quis egregijs modum libertatis placere. Hæc magnis vtrinq; contentionibus iactata: diuersis studijs accipiebantur. Vicit pars quæ sortiri legatos malebat: etiam medijs patrum anitentibus retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat: metu inuidie si ipsi eligerentur. Secutum aliud certamen. prætores ærarij: nam tunc a prætoribus tractabatur ærarium publicam paupertatem questi: modum impensis postulauerant. Eam curam consul designatus ob magnitudinem oneris: & remedij difficultatem. principi reseruabat. Heluidius arbitrio senatus agendum censuit. Cum prorogarent sententias consules. Vulcatius Tertulinus tribunus plebis intercessit: ne quid super tanta re principe absente statueretur. Censuerat heluidius: ut Capitolium publice restitueret: adiuuaret Vespasianus. Eam sententiam modestissimus quisque silentio: deinde obliuio transmissit. Fuere qui & meminissent. Tum inuectus est Musonius Rufus in publicum celerem a quo Baream foranum falso testimonio circumuentum arguebat. Ea cognitione renouari odia accusationum videbantur. Sed vilis & nocens reus protegi non poterat. Quippe forani sancta memoria: Celer professus sapietiam: dein testis in Baream proditor: corruptorque amicicia: cuius se magistrum ferebat. Proximus dies causæ destinatur. Nec tam Musonius aut Publius: quàm Priscus & Marcellus ceterique motis apulationibus animis expectabantur. Tali reus statu: cum discordia inter partes: ira apud victos: nulla in victoribus auctoritas: non leges: non principes in ciuitate essent: Mutianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit: fracta primi Antonij Varique Arij potentia: male dissimulata in eos Mutiani iracundia: quis vultu teget. Sed ciuitas rimandis offensis sagax: verterat se: transtuleratque. Ille vnus ambiri: coli: nec deerat ipse stipatus armatis: domos hortosque permutas: apparatus: incessu: excubijs: vim principis complecti: nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes Calphurnij Galeriani. Is fuit filius. C. Pisonis nihil ausus: sed nomen isigne: & decora ipsi iuuenta: rumore vulgi celebrabat. Erantque in ciuitate adhuc turbida: & nouis sermonibus lata: quod principatus inanem ei famam circumdaret. Iussu Mutiani custodia militari cinctus: ne in ipsa urbe conspectior mors foret: ad quadraginta

mum ab vrbe lapidem via appia fuſo per venas ſanguine extinguitur. Iulius priſcus prætoriarum ſub Vitellio cohortiũ præfectus: ſeipſum interfecit: pudore magiſq; neceſſitate. Alphenus Varus ignauia infamiaq; ſua ſuperfuit. Aſiaticus enim: Is liber- tus: malam potentiam ſeruili ſupplicio expiauit. Iiſdem diebus crebreſcentem cladis Germanicæ famam nequaquam mœſta ciuitas excipiebat caſos exercitus: capta le- gionum hyberna: deſciuiſſe Gallias: non vt mala loquebãtur. Id bellum quibus cau- ſis ortum quanto: externarum ſociarumq; gentium motu flagrauerit: altius expedi- am. Bataui donec trans Rhenum agebant: pars Cathorum ſeditione domestica pul- ſi: extrema gallicæ oræ vacua cultoribus: ſimulq; inſulam inter vada ſitam occupaue- re: quam mare oceanum a fronte: rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opi- bus romanis ſocietate validiorum attriti: Viros tantum armaq; Imperio miniſtrãt. diu germanicis bellis exerciti: mox per Britãniam gloria tranſmiſſis illuc cohortibus quas vetere inſtituto nobiliſſimi popularium regebant. Erat & domi delectus eques præcipuo nandi ſtudio arma equoſque retinens: integris turmis: rhenum perumpere. Iulius Paulus & Claudius ciuilis: regia ſtirpe: multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius capito falſo rebellionis crimine interfecit. Iniectæ ciuili cathenæ miſſuſq; ad Neronem & a Galba abſolutus: ſub Vitellio rurfus diſcrimen adit: flagitante ſuppli- cium eius exercitu. Inde cauſæ irarũ: ſpeſq; ex malis noſtris. Sed ciuilis vltra quam bar- baris ſolitum: ingenio ſolers. & Sertorium ſe aut hãnibalem ferens: ſimili oris deho- neſtamento: ne vt hoſti obuiam iretur: ſi a po. ro. palam deſciuiſſet: Veſpeſiani amici- am ſtadiumq; partium præſtendit: miſſis ſane ad eum primi Antonij litteris: quibus auertere accita a Vitellio auxilia: & tumultus germanici ſpecie: retentare legiones iu- bebatur. Eadem Ordeonius Flaccus præſens monuerat: inclinato in Veſpeſianũ ani- mo: & reipublicæ cura: cui excidium aduentabat: ſi redintegrãdum bellum: & tot ar- matorum milia Italiam irrupiſſent. Igitur ciuilis deſciſcendi certus: occultato adhuc altiore conſilio cætera ex euentu iudicaturus: nouare res hoc modo cœpit. Iuſſu Vi- tellij Batauog; iuuentus ad delectum vocabatur: quem ſuapte natura grauem: onera- bant miniſtri auaricia ac luxu: ſenes aut inualidos conquiredo quos precio dimitteret rurfus impuberes ſed forma conſpicui: & eſt pleriq; procera puericia: ad ſuprũ trahe- bantur. Hinc inuidia: & cõpoſiti ſeditionis auctores: perpulere vt delectũ abnuerent. Ciuilis primores gẽtis. & prõptiſſimos vulgi ſpecie epularũ. ſacrum in nemus vocatos vbi nocte ac laticia incaluiſſe videt: a laude gloriaq; gentis orſus iniurias & raptus: & cætera ſeruitij mala enumerat. Neq; n. ſocietatem vt olim: ſed tanquam mancipia ha- beri: quando legatũ graui quidem comitatu: & ſuperbo cum Imperio venire: tradi ſe præfectis centurionibuſq; quos vbi ſpolijs: & ſanguine expleuerint: mutari exquiriq; nouos ſinus: & varia prædandi vocabula. Inſtare delectum: quo liberi a parentibus: fratres a fratribus velut ſupremũ diuidantur. Nunquam magis afflictã rem roma- nam. nec aliud in hybernis quam prædam & ſenes: Attollerent tñ oculos & inania le- gionum nomina: ne pauſcerent. Eſſe ſibi robur peditũ equitumq;. Cõſanguineos ger- manos: gallias idem cupientes: Ne romanis quidem ingrãtũ id bellum: cuius ambi- quã fortunam Veſpeſiano imputaturos: victorię rationẽ non reddi. Magno cũ aſſen- ſu auditus: barbaro ritu & patrijs execratõibus vniuerſos adigit. Miſſi ad Caninefates qui conſilia ſociarent. Ea gens partem inſulæ colit origine: lingua: virtute: par Bata- uis numero ſuperãtur. Mox occultis nuncijs pellexit Britannica auxilia: Batauorum

## LIBER. XX.

cohortes missas in Germaniam: vt supra rettulimus: actum Magōtiaci agētes. Erat in Caninefatibus stolidæ audaciæ Brēno claritate natalium insigni. pater eius multa hostilia ausus. Caianarum expeditionum ludibrium impune spreuerat. Igitur ipso re bellis familiæ omine placuit. Impositusq; scuto more gentis & sustentium humeris vibrat⁹: dux deligitur. Statimq; accitis frisij: transrhenana gens est: duarum cohortium hyberna proximo occupato oceano irrumpit. Nec præuiderant impetum hostium milites: nec si præuidissent: satis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra. dein vagos & pacis modo effusos lixas negotiatoresq; romanos inuadunt. Simul excidijs castelloꝝ imminebant: quæ a præfectis cohortium incensa sunt: quia defendi nequibant. Signa vexillaq; & quod militum in superiore insulæ parte congregantur: duce Aquilio primipilari. Nomen magis exercitus quam robur quippe viribus cohortis adductis Vitellius e proximis Neruiorum Germanorumq; pagis: se-gnem numerum armis onerauerat. Ciuilis dolo grassandū ratus: incusauit vltro præfectos: quod castella deseruissent: Se cum cohorte cui præerat: Caninefatem tumultum oppressurum. Illi sua quisq; hyberna repeterent. Subesse fraudem consilio: & disperfas cohortes facilius opprimi: nec Brenonem ducem eius belli sed Ciuilem esse patuit: erumpentibus paulatim indicijs: quæ Germani læta bello gens: non diu occulta uerant. Vbi insidiæ parum cessere: ad vim transgressus. Caninefates frixios Batauos proprijs cuneis componit: directa ex diuerso acies haud pcul a flumine rheno: & obuersis in hostem nauibus: quas incensis castellis illuc appulerant: nec diu certato. Tū grorum cohors signa ad ciuilem trastrulit. Perculsiq; milites improuisa proditione a socijs hostibusq; cedebantur. Eadem etiam nauibus perfidia. Pars remigum e Batauis tanquam imperitia officia nautarum propugnatorumq; impediabant. Mox contra tendere: & pupes hostili ripæ obijcere ad postremum gubernatores Centurionesq; nisi eadem volentis trucidant: donec vniuersa quattuor & viginti nauium classis trās fugeret: aut caperetur. Clara ea victoria in præsens: in posterum vsui: armaq; & naues quibus indigebant adepti. Magna per Germanias galliasq; fama: libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ statim misere legatos auxilia offerentes. Galliarum societatem Ciuilis arte donisq; affectabat: captos cohortium præfectos suas in ciuitates remittendo: Cohortibus abire an manere mallent: data potestate: manentibus honorata militia digredientibus spolia romanorum offerebantur. Simul secretis sermonib⁹ admonebat: malorum quæ tot annis perpeffi: miseram seruitutem falso pacem vocarent. Batauos q̄q̄ tribunorum expertes: arma contra cōmunes dominos cœpisse. Prima acie fufum victumq; romanum. quid si galliæ iugum exuant: q̄tum in Italia reliquum: prouinciæ sanguine prouincias vincit: ne vindicis acie cogitarent Batauo equite p̄ritos æduos: Aruernosq; fuisse inter Verginij auxilia Belgas. Vereq; reputantibus Galliã suismet viribus concidisse. Nunc easdē oīum partes: addito si quid militaris disciplinæ in castris romanorū vigerit: Esse secum: veteranas cohortes: quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Seruirent Syria Asiaq; & Suetus regibus oriēs multos adhuc in Gallia viuere ante tributa genitos. Nuper certe cæso Quintilio Varo. pulsam e Germania seruitutem. Nec Vitellium principem sed Cæsarem Augustū bello prouocatum. Libertatem natura etiam mutis animalibus datam. Virtutem p̄ prium hominis bonū. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui occupatos: integri fessos: dum alij Vespesianū: alij Vitelliū foueāt. patere locū aduersus vtrūq;.

Sic in Gallias Germaniasque intentus: si destinata prouenissent: Validissimarum di-  
tissimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Ordeonius primos Ciuilis  
conatus per dissimulationem aluit. Vbi expugnata castra: deletas cohortes: pulsum  
Batauorum infula Romanum nomen: trepidi nuncij afferebant: Munium Lupercū  
legatum: Is duarum legionum: hybernis præerat: egredi aduersus hostem iubet. Lu-  
percus legionarios: e præsentibus Vbios: e proximis Treuironum equites: haud lon-  
ge agentis: raptim transmisit: addita Batauorum ala: quæ iam pridem corrupta fidē  
simulabat: vt proditis in ipsa acie Romanis: maiore pretio fugeret. Ciuilis captarum  
cohortium signis circūdatus vt suo militi recens gloria ante oculos: & hostes memo-  
ria cladis terrentur: matrem suam sororesq; simul omnium coniuges paruosq; libe-  
ros consistere a tergo iubet: hortamenta victoriæ: vel pulsus pudorem. vt virorum cā-  
tu: sceminarum vlulatu sonuit acies: nequaquam par a legionibus cohortibusq; reddi-  
tur clamor. Nudauerat sinistrum cornu Batauorum ala transfugiēs: statimq; in nos  
versa. Sed legionarius miles: quanquam rebus trepidis: arma ordinesque retinebat.  
Vbiorum Treuironumq; auxilia fœda fuga dispersa: totis campis pallantur. Illuc in-  
cubere Germani: & fuit interim effugium legionibus in castra: quibus veterum no-  
men est. Præfectus alæ Batauorum Claudius Labeo oppidano certamine æmulus ci-  
uili: ne interfectus inuidiam apud populares: vel si retineretur: sæmina discordiæ præ-  
beret: in Frisios aduehitur. Iisdem diebus Batauorum & Caninefatium cohortes: cū  
iussu Vitelli in urbem pergerent missus a Ciuile nuncius assequitur. Intumuere sta-  
tim superbia ferociaq; & precium itineris donatiuum: duplex stipēdium augeri equi-  
tum numerum: promissa sâne a Vitellio postulabant non vt assequerentur: sed cau-  
sam seditioni. Et Flaccus multa concedendo: nihil aliud effecerat: quam vt acrius ex-  
poscerent: quæ sciebant negaturum. Spreto Flacco inferiorem Germaniam petiuere:  
vt Ciuili iungerentur. Ordeonius adhibitis tribunis centurionibusq; consultauit: nū  
obsequium abnuentes vi coerceret. Mox insita ignauia: & trepidis ministris: quos am-  
biguus auxiliorum animus: & subito delectu suppletæ legiones angebant: statuit cō-  
tinere intra castra militem. Dein penitentia: & arguentibus ipsis qui suaferant tanquā  
secuturus: scripsit Herennio Gallo legionis primæ legato: qui Bonnam optinebat: vt  
arceret transitu Batauos. se cum exercitu tergis eorum hæsurum. Et opprimi pote-  
rant: si hinc Ordeonius inde Gallus motis vtrinq; copijs: medios clauissent. Flaccus  
omisit inceptum. alijsq; litteris Gallum monuit: ne terreret abeuntes. Vnde suspitio  
sponte legatorum excitari bellum. Cunctaq; quæ acciderant aut metuebantur non in-  
ertia militis neq; hostium vi: sed fraude ducum euenire. Bataui cum castris Bonnen-  
sibus propinquarent: premisere: qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerēt.  
Nullum sibi bellum aduersus Romanos: pro quibus totiens bellassent. Longa atq;  
irrita militia fessis: patriæ atq; ocij cupidinem esse. Si nemo obfisteret: innoxium iter  
fore. Sin arma occurrant: ferro viam inuenturos: Contantem legatum milites perpu-  
lerant fortunam prælii experiretur. Tria milia legionariorum: & tumultuariæ Belga-  
rum cohortes: simul paganorum lixarumq; ignauia: sed procax ante periculum ma-  
nus: omnibus portis erumpunt: vt Batauos numero impares circumfundant. Illi ve-  
teris militiæ memores in cuneis congregantur: densi vndiq; & frontem tergaq; ac la-  
tus tuti. Sic tenuem nostrorum aciem perfringunt. Cædentibus Belgis pellitur legio.  
& vallum portasq; trepidi petebāt. Ibi plurimum cladis: cumulatæ corporibus fosse.

## LIBER. XX.

nec cæde tantum & vulneribus: sed ruina: & suis plarique telis interiire. Victores colonia Agrippinensium vitata: nihil cætero in itinere hostile ausi: Bõnense prælium excusabant: tanquam petita pace: postquam negabatur: sibi metipsi consulissent. Ciuilis aduentu veteranaꝝ cohortium: iustitiam exercitus doctor: sed consilij ambiguitus: & vim romanam reputans: cunctos qui aderant: in verba Vespesiani adigit. Mittitq; legatos ad duas legiones: quæ priore acie pulsæ: in vetera castra concesserant: vt idem sacramentum acciperent. Redditur responsum: neq; proditoris: neq; hostium se consilijs vt. Esse sibi Vitellium principem: pro quo fidem & arma vsq; ad supremum spiritum reteturos: Proinde perfugus Batauus arbitrum rerum romanaꝝ ne ageret: sed meritas sceleris poenas expectaret. Quæ vbi relata Ciuili: incensus ira: vniuersam Batauorum gentem in arma rapit. Iunguntur Brueteri Tencteriq; & excita nuncijs Germania ad prædam famamq;. Aduersus has concurrentis belli minas: legati legionum Munius Lupercus & Numisius Rufus. vallum murosq; firmabāt: subuersa longæ pacis opera: haud pcul castris in modum municipij extructa: ne hostibus vsui forent. Sed parum prouisum: ni copiæ in castra conuherentur: rapi permiscere. Ita paucis diebus per licentiã absumpta sunt: quæ aduersus necessitates in longum suffecissent. Ciuilis medium agmen cum robore Batauor; obtinens: vtrâq; Rheni ripã: quo truculentior visu foret: germanorum cateruis complet: assultante per campos equite. Simul naues in aduersum amnem agebantur. hinc veteranarum cohortium signa: Inde depromptæ siluis iugisq; ferrum imagines: Vt cuiq; genti inire prælium mos est: iusta belli ciuilis: externiq; facie obstupescerant obsclos: & spem oppugnatiũ augebat amplitudo valli: quod duabus legionibus situm: vix quinque milia armatorũ romanorum tuebantur. Sed lixarum multitudo turbata pace illuc cõgregata: & bello ministra aderat. Pars castrorum in collem leniter assurgens. pars æquo adibatur: quippe illis hybernis obsideri premiq; Germanias Augustus crediderat. neq; unquã id malorum ut oppugnatum vltro legiones nostras venirent. Inde non loco neq; munimentis labor additus. Vis & arma satis placebant. Bataui transihenanique: quo discretæ virtus manifestius spectaretur: sibi quæq; gens consistunt: eminus lacescentes. Post vbi plarraq; telorum turribus pinnisq; mœnium irrita hærebant: & desuper saxis vulnerabantur: clamore atq; impetu inuasere vallum: appositis plariq; scalis: alij per testudinem suorum. Scandebant iam quidam: cum gladijs & armorum incussu præcipitati: sudibus & pilis obruuntur. Præferoces initio: & rebus secundis nimij. Sed tũ prædæ cupidine: aduersa quoq; tollerabant. Machinas etiam insolitum sibi ausi. nec vlla ipsis sollertia: perfugæ captiuique docebant struere machinas in modum pontis: mox subiectis rotis propellere: vt alij superstantes: tanquam ex aggere præliarentur. pars intus occulti: muros subruerēt. Sed excussa balistis saxa strauere informe opus. & crates vineasq; parantibus adactæ tormētis ardentes haste: vltroq; ipsi oppugnatores ignibus petebantur. donec desperata vi verterent consilium ad moras: haud ignari paucor; dieꝝ inesse alimēta: & multũ imbellis turbæ. Simul ex inopia proditio: & fluxa seruitior; fides: ac fortuita belli sperabatur. Flaccus interiã cognito castror; obsidio & missis per gallias q; auxilia cõcirēt: lectos legiõibus Dillio Voculæ duodeuicesimæ legiõis legato tradit: vt q̄ maximis p ripã itineribus celeraret. Ipse pavidus torpere iuisus militib;: neq; n. ambigue p̄mebāt: Emissas a Magõtiaco Batauor; cohortes: diffusulatos ciuilis conat;: adsciri in societate germãos. Nõ primi Antonij: neq; Mutiani ope Vespesianũ magis adoleuisse. apta odia: armaq; palã depelli: Fraudẽ & dolũ ob-

seura: eoq; inuitabilia. Ciuilem stare contra. struere aciem. Ordeonium e cubiculo & lectulo iubere quicquid hosti cōducatur. Tot armatas fortissimorum virorum manus: vnus senis validudine regi. Quin poti⁹ interfecto traditore: fortunam virtutemq; suam malo omine exoluerent. his inter se vocibus insistentes: flāmauere insuper allata a Vespesiano litteræ: quas Flaccus: quia occultari nequibant: pro contione recitauit. Vinctosq; qui attulerant: ad Vitellium misit. Sic mitigatis animis. Bōnam hyberna primæ legionis ventum. Infensior illic miles culpam cladis in Ordeonium vertebatur. Eius iussu directam aduersus Batauos aciem: tanq̄ a Magontiacō legiones sequerentur. Eiusdem proditione casos: nullis superueniētibus auxilijs. Ignota hæc cæteris exercitibus: neq; imperatori suo nunciari cum accursu tot prouinciarum extingui repēs perfidia potuerit. Ordeonius exemplaria omnium litterarū: quibus per Gallias Britanniamq; & hispanias auxilia orabat: exercitui recitauit: instituitq; pessimum facin⁹ vt epistolæ Aquiliferis legionum traderentur: a quis ante militi q̄ducibus legebātur. Tum e seditionis vnum vinciri iubet: magis vsurpandi iuris causa: q̄ quia vnus culpa foret. Motusq; Bōna exercitus: in coloniam agrippinensem affluentibus auxilijs gallo- rum: qui primo rem romanam enixe iuuabant: Mox valescentibus Germanis: plæ- raq; ciuitates aduersum nos armatæ spe libertatis: & si exuissent seruitiū cupidine im- peritandi. Gliscebatur iracundia legionū. nec terrorem vnus militis vincula indiderāt. quin idem ille arguebat vltro conscientiam ducis: tanq̄ nuncius inter ciuilem Flaccū- q; falso crimine testis veri opprimeretur. Conscendit tribunal vocula mira constantia præhensumq; militem ac vociferantem: duci ad supplicium iussit. Et dum mali pauēt optimus quisq; iussis paruere. exin consensu ducem voculam poscentibus: Flaccus sū- mam rerum ei permisit. Sed discordes animos multa efferebant. Inopia stipendij: fru- menti: & simul delectū tributaq; galliæ aspernantes. Rhenus incognita illi cælo sic- citate: vix nauium patiens. acti cōmeatus. dispositæ per omnem ripam stationes: quæ Germanos vado arcerent. Eademq; de causa minus frugum: & plures qui consume- rent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur: ipsa aquarū penuria: tanquam nos amnes quoq; & vetera imperij munimenta desererent. quod in pace fors seu natura: tunc fatum & ira dei vocabatur. Ingressis Nouesium tertiadecima legio cōiungitur. Additus voculæ in partem curarum herennius gallus legat⁹. nec ausi ad hostem per- gere loco Gelduba nomen est: castra fecere. Ibi struenda acie: muniendo vallandoq; & cæteris belli meditentis militem firmabant. Vtq; præda ad virtutem incendere- tur: in proximos Gugernorum pagos: qui societatem ciuilem acceperāt: ductus a Vo- cula exercitus. Pars cum Herennio gallo permāsit. Forte nauem haud procul castris frumento grauem: cum per vada hæssisset: Germani in suam ripam trahebant. Non tulit gallus. misitq; subsidio cohortem auctus est germanorum numerus. paulatim q; aggregantibus se auxilijs acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum na- uem arripiunt. Victi: quod tum in morem verterat: non suam ignauiam: sed perfidi- am legati culpabant. Protractum e tentorio scissa ueste: uerberato corpore: quo præ- cio: quibus conscijs prodidisset exercitum: dicere iubent. Redit in Ordeonium inui- dia. Illum auctorem sceleris: hunc ministrum uocant. Donec exitium minitantibus exterritus: proditionem & ipse Ordeonio obiecit. Vinctusq; aduentu demum Vocu- læ exoluitur. Is postera die auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diuer- sitas inerat: licentiæ patientiæq; haud dubie gregarius miles Vitellio fidus: Splendi- dissimus quisq; in Vespesianum proni. Inde scelerum ac suppliciorū uices. & mixtus



## LIBER. XX.

obsequio furor: vt cōtineri nō possent: qui puniri poterant. At Ciuilē immensis actib⁹  
 vniuersa Germania extollebat: societate nobilissimis obsidū firmata. Ille ut cuiq; pxi-  
 mum: vastari Vbios treuirosq; & alia manu Mosam amnem transire iubet: vt Mena-  
 pios & Morinos & extrema galliæ quateret. Actæ vtrobiq; prædæ. Infestius i Vbijs:  
 quos genus germanicæ originis eiurata patria: romanorū nomine agrippinēses voca-  
 rent. Cæsæ cohortes eorū in vico Marcoduro incuriosius agentes: quia pcul ripa abe-  
 rant. Nec quiescere Vbijs: quominus prædas e Germania peterēt. primo ipune. dein cir-  
 cunuēti sunt: per oē id bellū meliore vsi fide q̄ fortuna. Contulis Vbijs grauior & suc-  
 cessu reꝝ ferocior Ciuilis: obsidium legionum vrgebat: intētis custodijs: nequis occul-  
 tus nuncijs venientis auxiliij penetraret. Machinas molemq; operæ Batauis delegat:  
 Transithenanos prælium poscentis: ad scindendum vallum ire: detrusosq; redintegra-  
 re certamen iubet. Superante multitudine: & facili dāno: ne finem quidem labori nox  
 attulit. Congestis circum lignis: accensiq; simul epulātes: vt quisq; vino incaluerat:  
 ad pugnam temeritate inani ferebant. Quippe ipsorū tela per tenebras vana. Romani  
 conspicuam barbarorū aciem: & siquis audacia aut insignibus effulgens: ad ictum de-  
 stinabant. Intellectū id ciuili & restincto igne: misceri cuncta tenebris & armis iubet.  
 Tum vero strepitus dissoni: casus incerti. neq; ferendi: neq; declinandi p̄uidencia. Vn-  
 de clamor acciderat: circūagere corpora: tendere arcus: nihil p̄desse virtus: fors cun-  
 cta turbare. & ignauorū saepe telis fortissimi cadere. Apud germanos incōsulta ira. Ro-  
 manus miles periculorum ignarus ferratas sudēs: graui saxa nō forte iaciebat. Vbi  
 sonus molientiū: aut appositæ scalæ hostē in manus dederant: propellere vmbone: pi-  
 lo sequi: multos in mœnia egressos pugionibus fodere. Sic exhausta nocte: nouam aciē  
 dies aperuit. Eduxerant Bataui turrim duplici tabulato quā prætorix portæ: Is æquif-  
 simus locus p̄pinquātem: promoti contra validi asseres: & incussæ trabes perfregere  
 multa superstantiū pernicie. Pugnatūq; i percussos subita & p̄spera eruptione. Simul  
 a legionarijs peritia & arte præstantibus: plura struebant. Præcipuum pauorem intu-  
 lit suspensum & nutans machinamentum. quo repente demisso: præter suorū ora: sin-  
 guli pluresue hostium sublime rapti: verso pondere intra castra effundebant. Ciuilis  
 omiſsa oppugnandi spe: rursus per ocium assidebat: nuncijs p̄missis fidem legionum  
 conuellens. Hæc in Germania ante eremonense prælium gesta. cuius euentum litteræ  
 Primi Antonij docuere: addito Cecinæ edicto. Et præfectus cohortis euictus Alpini  
 us montanus fortunam partium præsens fatebat. Diuersi hinc motus animorū. Auxi-  
 lia e Gallia: quis nec amor nec odium in partes: militiae sine affectu: hortātibus præfe-  
 ctis: statim a Vitellio desciscunt: Vetus miles contabat. Sed adigēte Ordeonio Flac-  
 co: instantibus tribunis dixit sacramentum: nō vultu neq; aīo satis affirmans: Et cum  
 cætera iurisiurandi verba cōciperent: Vespesiani nomen hæsitantes: aut leui murmu-  
 re: & plæruncq; silentio trāsmittebant. Lectæ deinde p̄ cōtione epistolæ Antonij ad ci-  
 uilem: suspensiones militum irritauere tanq̄ ad socium partium scriptæ: & de germani-  
 co exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuncijs: eadē dictam factaq;  
 Et missus cū mandatis Montanus ad ciuilem: vt abfisteret bello neue externa armis  
 falsis velaret. Si Vespesianū iuuare aggressus foret: fatissimum cœptis. Ad ea Ciuilis  
 primo callide: post vbi videt Montanum præferocem ingenio. paratūq; in res nouas  
 orsus a questu periculisq; que per quinq; & viginti annos i castris romanis exhausisset:  
 Egregium inquit pretium laboris cœpi: necē fratris: & vincula mea: & sæuissimas hu-  
 ius exercitus voces quib⁹ ad supplicium petitus: iure gentium pœnas. reposito. vos aut

treuiti cæteraq; seruiantium animæ: qd̄ pretium effusi totiens sanguinis expectatis: nisi ingratam militiam: immortalia tributa virgas: secures: & dominorū ingenia: En ego præfectus vnius cohortis: & Caninefates Batauiq; exigua galliarū portio: vana illa castrorū spacia excidimus: vel septa ferro fameq; p̄mimus. Deniq; ausos aut libertas sequetur: aut victi idem erimus. Sic accensum: sed moliora referre iussum dimittit. Ille vt irritus legationis redit: cætera dissimulans: quæ mox erupere. Ciuilis parte copia rum retenta: Veteranas cohortes: & quod e germanis maxime promptum: aduersus Voculam exercitumq; eius mittit. Iulio Maximo & Claudio victore sororis suæ filio ducibus. Rapiunt in trāsitu hyberna a lē Asciburgij sita: adeoq; improuisi castra inuoluere: vt non alloqui: nō pandere aciem: vocula potuerit. Id solum vt in tumultu mouit: sub signano milite media firmare. auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit: exceptusq; cōpositis hostium ordinibus: terga in suos vertit. Cedens inde non prælium. Et Neruiorū cohortes metu seu perfidia latera nostrorum nudauere. Sic ad legiones peruentum. quæ amissis signis intra vallum sternebantur. Cum repente nouo auxilio fortuna pugnae mutatur. Vasconum lectæ a Galba cohortes: actum accitæ: dum castris propinquant: audito præliantium clamore: intentos hostis a tergo inuadunt. latioremq; q̄ pro numero terrorem faciunt: alijs a Nouesio: alijs a Maguntiaco vniuersas copias aduenisse credentibus. Is error romāis addit animos: & dum alienis viribus confidunt: suas recepere. Fortissimus quisq; e Batauis: q̄tum peditum erat: funduntur. eques euasit: cum signis captiuiscq; quos prima acie corripuerant: Cesorū eo die i partibus nostris maior numerus: & imbellior e germāis ipsa robora. Dux vterq; pari culpa meritis aduersa: prosperis defuere. Nam ciuilis si maiorib; copijs instruxisset aciem: circum iri a tam paucis cohortib; nequisset. castraq; perrupta excidisset. Vocula nec aduentum hostium explorauit. eoq; simul egressus victusq; dein victoriæ parum confusus. tritis frustra diebus: castra in hostm mouit: quem si statim impellere: cursumq; rerum sequi maturasset: soluere obsidium legionum eodē impetu potuisset. Tentauerat interim ciuilis obsessorum animos: tanq̄ perditæ apud romanos res: & suis victoria prouenisset. Circumferebantur signa vexillaq; ostentati etiam captiui. ex quibus vnus egregium facinus ausus: clara voce gesta patefecit. Confossus illic a germanis Vnde maior indici fides. Simul vastatione incendijsq; flagratium villarū venire victorem exercitum intelligebatur. In conspectu castrorum constitui signa: fossamq; & vallum circundari vocula iubet. Vt depositis impedimentis sarcinisq; expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poscentium & minari asseuerant. Ne tēpore quidem ad ordinadam aciem capto incompositi fessiq; prælium sumpserunt: Nā ciuilis aderat: non minus vitijs hostium q̄ virtute suorū fretus. Varia apud romanos fortuna: & seditiosissimus quisq; ignauus. quidam recentis victoriæ memores: retinere locum: ferire hostem: seq; & proximos hortari. Et redintegrata acie: manus ad obsessos tendere: ne tempori deessent. Illi cuncta e muris cernentes. omnibus portis prorūpunt. Ac forte ciuilis lapsu equi prostratus. Credita per vtrunq; exercitum fama. vulneratum aut interfectum: in mane q̄tum suis pauoris: & hostibus alacritatis indidit. Sed vocula omissis fugientium tergis: vallum turresq; castrorum augebat: tanq̄ rursus obsidium immineret. corrupta totiens victoria. non falso suspectus bellum malle. Nihil eq; exercitus nostros q̄ egestas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cū imbelli turba Nouesium missa: vt inde terrestri itinere frumentum adueherent. Nam flumine hostes potiebantur primum agmen securum incessit: nundum satis firmo ci

## LIBER. XX.

uile: qui rursus missos Nouesium frumentatores: dataeque in praesidium cohortes velut multa pace ingredi accepit: rarum apud signa militem: arma in uiculis: cunctos licentia vagos: compositus inuadit: praemissis qui pontes & viarum angusta insiderent: Pugnatum longo agmine: & incerto Marte: donec praecellum nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere: manentibus ut fuerant castris: quae relictorum illic militum praesidio tenebantur. Non erat dubium quantum in regressu discriminis ad eundem foret: frumentatoribus onustis pauculisque. Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta & quartadecima legionibus apud vetera obsessis indomitum militem & ducibus infensum. Pluresquam iussum erat profecti: palam in agmine fremebant: non se ultra famem insidias legatorum toleraturos. At qui remanserant: desertos se adducta parte legionum querebantur. Duplex hic seditio: alijs reuocantibus Voculam. alijs redire in castra abnuentibus. Interim ciuili vetera circumsedit. Vocula Geldubam: atque inde Nouesium concessit. Ciuili capit Geldubam. Mox haud procul Nouesio: equestri praecellio prospere certauit. Sed miles secundis aduersisque perinde in exitium ducum accendebatur. Et aduentu quintanorum quintadecimanorumque auctae legiones donatiuum exposcunt: comperto pecuniam a Vitellio missam. Nec diu contactus Ordeonius: nomine Vespesiani dedit. Idque praecipuum fuit seditionis alimentum. Effusus in luxum & epulas: & nocturnos coetus: veterem in Ordeonium iram renouauit. Nec uallo legatorum tribunorumue obistere auso: quippe omnem pudorem nox ademerat: protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur: nisi seruili habitus per tenebras ignoratus euasisset. Vbi sedato impetu: metus rediit. Centuriones cum epistolis ad ciuitates galliarum misere: auxilia ac stipendia oraturos. Ipsi ut est vulgus sine rectore praecipuus: patidum socors: aduentante Ciuile: raptis temere armis: ac statim omissis: in fugam vertuntur. Res aduersae discordiam peperere ijs qui e superiore exercitu erant: causam suam dissociantibus Vitellij tamen imagines in castris. & per proximam Belgarum ciuitates repositae: cum iam Vitellius occidisset. Dein mutati in poenitentiam primani quartanique & duodeuicesimani Voculam sequuntur: apud quem resumpto Vespesiani sacramento: ad liberandum Magontiaci obsidium ducbantur. Discesserant obsessores: mixtus caetis: Vespesij Mattiacis exercitus: facietate praedae. nec incruentati. Ita dispersos & nescios miles noster inuaserat. Quin & loricae vallumque per fines suos Treuiri struxere. magnisque inuicem cladibus cum Germanis certabant. donec egregia erga populum romanum merita: mox rebelles foedarent. Interea Vespesianus iterum ac Titus consulatum absentes inierunt: moesta & multiplici moestu suspensa ciuitate: quae super instantia mala: falsos pauores induerat: desciuisse Africam: res nouas moliente. L. Pisone. Is praerat prouincia: nequaquam turbidus ingenio. Sed quae naues saeuicia hyemis prohibebantur. Vulgus alimenta in dies mercari solitum: cui una ex reip. annonae cura: clausum littus: reineri commeatu: dum timet credebat: audentibus famam Vitellianis: qui studium partium nondum posuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles: nulla unquam ciuili victoria faciauit. Kal. Ian. in senatu quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocauerat: legatis exercitibusque: ac regibus laudes grateque decretae: Et T. Iuliano praetura: quae transgredientem in partes Vespesiani legionem deseruisset: ablata ut in Plotium Crispum transferretur. Hormo dignitas equestris data: Et mox eiurante Frontino: Caesar Domitianus praeturam cepit. Eius nomen epistolis edictisque praeferebat. Ius pene Mutianum erat: nisi quod pluraque Domitianus instigantibus amicis: aut

propria libidine audebat. Sed præcipuus Mutiano metus est primo Antonio: Varoque Ario: quos recentes clarosque rerum fama: ac militum studiis: etiam populus fouebat: quia in neminem ultra aciem saeuierat. Et ferebatur antonius Scribonianum crassum: egregijs maioribus: & fraternæ imagine fulgentem: ad capeffendam remp. hortatus: haud defutura. consciorum manu: ni Scribonianus abnuisset: ne paratis quidem corrumpti facilis: adeo metuens incerta. Igitur Mutianus quia propalam opprimi Antonius nequibat: multis in senatu laudibus cumulatam: secretis promissis onerat: Citeriorem hispaniam ostentans discessu Cluuij Rufi vacuam: simul amicis eius tribunatus præfecturasque largitur. Dein postquam inanem animum spe: & cupidine impleuerat: Vires abolet: dimissa in hyberna legione septima: cuius flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio: familiaris Arrio Varo miles: in Syriam remissa. Pars exercitus in germanias ducebatur. Sic egesto quicquid turbidum: redit vrbi sua forma legesque & munia magistratuum. Qua die senatum ingressus est Domitianus: de absentia patris fratrisque ac iuuenta sua pauca & modica discriuit decorus habitu: & ignotis adhuc moribus: crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. Referente Casare de restituendis Galbæ honoribus: Censuit Curtius Montanus: ut Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres utrunque iussere. de Pifone irritum fuit. Tum sorte ducti: per quos redderentur bello rapta: quique æra legum vetustate delapsa: noscerent: figerentque: & qui factos adulatione temporum fœdatos exhonerarent modumque publicis impensis facerent. Redditur Tertio Iuliano prætura. postquam cognitus est ad Vepesianum confugisse. Gripho honor mansit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum & P. Celerem placuit. damnatusque publicus. & Sorani manibus satisfactum. Insignis publica seueritate dies: ne priuatim quidem laude caruit. Iustum iudicium expleffe Musonius videbatur. Diuersa fama Demetrio Cynicam sectam p̄fesso: que manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset. Ipsi Publico animus in periculis: neque oratio suppedi-tauit. Signo vltionis in accusatores dato: petit a Casare Iunius Maricus: ut commentariorum principalium potestatem senatui faceret: per quos nosceret: quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re princeps respondit. Senatus inchoantibus primoribus: iusiurandum concepit: quo certatim omnes magistratus: ceteri ut sententiam rogabantur: deos testes aduocabant: nihil ope sua factum quo cuiusquam salus lederet. neque se præmium aut honorem ex calamitate ciuium coepisse. trepidis & verba iurandi per varias artes mutantibus quis flagitij conscientia inerat. Probabant religionem patres: periurium arguebant. Ea que velut Censura in Sariole-num Voculam & Nomium actianum & Cestium seuerum acerrime incubuit: crebris apud Neronem delationibus famosus. Sariole-num & recens crimen vrgebat: que apud Vitellium molitus eadem foret: nec destitit senatus manus intentare Voculam: donec curia excæderet. Ad pactium Africanum transgressi: eum quoque proturbant: tanquam Neroni Scribonianos fratres concordia opibusque insignes: ad exitium monstrauisset. Africanus neque fateri audebat: neque abnuere. In Vibium Crispum cuius fatigabatur in interrogationibus: vltro conuersus: miscendo quæ defendere nequibat: societate culpæ inuidiam declinauit. Magnam eo dei pietatis eloquentiamque famam Vipsanus Messalla adeptus est: nondum senatoria ætate: ausus pro fratre Aquilio regulo deprecari. Regulum subuersa Crassorum & Orphiti domus in summum odium extulerat. Sponte ex. S. con. accusationem subisse iuuenis admodum: nec depellendi Periculi sed in spē potentiam videbatur. Et Sulpitia prætextata Crassi vxor: quattuorque liberi: si cognosce

## LIBER. XX.

ret senatus: Vt rores aderant: Igitur Messalla non causam neque rerum tueri. Sed periculis fratris semet opponens: flexerat quosdam. Occurrit truci oratione: Curtius Montanus: eousque progressus: Vt post eadem Galba: datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo: appetitum morsu Pisonis caput obiectaret. Hac certe inquit Nero non coegit. nec dignitatem. aut ista lucem saeuicia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones: qui perdere alios quam periclitari ipsi maluerunt: Te securum. reliquerat exul pater: & diuisa inter creditores bona. nondum honorum capax aetas: nihil quod ex te concupisceret Nero: nihil quod timeret: libidine sanguinis & hiatu praemiorum: Ignotum adhuc ingenium: & nullis defensionibus expertum: caede nobili imbuiti: cum ex funere reip. raptis consularibus spolijs: septuagies sestertio signatus: & sacerdotio fulgens: innoxios pueros: illustre senes: conspicuas iceminas: eadem ruina prosterneres: cum segniciam Nerouis incusares: quod per. singulas domos sequeretur: & delatores fatigaret. posse vniuersum senatum vna voce subuerti. Retinete patres conscripti & reseruate hominem tam expediti consilij. vt omnis aetas instructa sit. Et quomodo senes nostri Marcellum Crispum. Iuuenes regulum imitentur. Inuenit etiam emulos infelix nequitia quid si floreat: Vigeatque: Et quem adhuc quaestorium offendere non audemus: praetorium: & consularem visuri sumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant qui Tyberio: qui Caio superstites fuerunt: cum interim instabilior & sauior exortus est. Non timemus Vespasianum. Ea principis aetas. ea moderatio. Sed diutius durant exempla quam mores. Elanguimus patres conscripti: nec iam ille senatus sumus: qui occiso Nerone: delatores & ministros more maiorum puniendos flagitabat. Optimus est post malum principem dies primus. Tanto cum assensu senatus auditus est Montanus: vt spem caperet Heluidius: posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluuij Rufi orsus: qui perinde diues & eloquentia clarus: nulli vnquam sub Nerone periculum facessisset: crimine simul exemploque Eprium urgebat: ardentibus patrum animis quod vbi sensit Marcellus: velut excedens curia: Imus inquit Prisce & relinquimus tibi senatum tuum. Regna praesente Caesare. Sequebatur Vibius Crispus ambo infensum: vultu diuerso. Marcellus minacibus oculis. Crispus renidens: donec accursu amicorum retraherentur. Cum glisceret certamen: hinc multi bonique: Inde pauci & validi pertinacibus odijs tenderent: consumptus per discordiam dies proximo senatu: inchoante Caesare de abolendo dolore: iraque & priorum temporum necessitatibus censuit Mutianus prolixè pro accusatoribus. Simul eos qui ceptam dein omissam actionem repeterent: monuit sermone molli: & tanquam rogaret. Patres ceptatam libertatem: Postquam obuiam itum omisere Mutianus ne sperni senatus iudicium: & cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur: Octauium Sabinum Sagittam & Antistium Sofianum senatorij ordinis: egressos exilium in easdem insulas redegit. Octauius pontiam postumiam stupro cognitam: & nuptias suas abnuentem impotens amoris interfecerat: Sofianus prauitate morum: multis exitiosus Ambo graui senatusconsulto damnati pulsique: quibus concesso alijs reditu: in eadem poena retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mutianum inuidia. Quippe Sofianus ac Sagitta: viles etiam si reuerterentur. Accusatorum ingenia & opes. & exercita malis artibus potentia timebantur. Reconciliauit paulisper studia patrum habita in senatu cognitio secundum veterem morem Manlius patricius ordinis senatorij: pulsatum se in colonia Senensi coetu multitudinis: & iussu magistratum querebatur. nec finem iniuriæ hic stetit: Planctum & lamenta & supremorum imaginem presenti sibi circumdata:

cum contumelijs & probris: quæ in senatum vniuersum iacerentur. Vocati qui arguebantur. Et cognita causa in conuictos vindicatum. Additumq; S. C. quo Senesium plebes modestiæ admoneretur. Iisdem diebus Antonius Flamma Cyrensi<sup>9</sup> damnatur lege repetundarum: & exilio ob sæuiciam. Inter quæ militaris seditio prope exarsit. Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi pro Vespesiano congregati. & lectus in eandem spem e legionibus miles: promissa stipendia flagitabat. Ne vitelliani quidem sine multa cæde pelli poterant. Ingressus castra Mutianus: quo rectius stipendia figulorum spectaret: suis cum insignibus armisq; victores constituit: modicis inter se spatijs discretos: Tum, Vitelliani quos apud Bouillas in deditioem acceptos memorauimus: ceteriq; per urbem: & vrbis vicina conquisiti: producuntur prope intacto corpore. Eos Mutianus, diduci & germanicum Britannicumq; militem: ac si qui aliorum exercituum: sepatim assistere iubet. Illos prim<sup>9</sup> statim aspectus obstupescerant: cum ex diuerso velut aciem telis & armis truce: semet clausos nudosq; & illuue deformes aspiceret. Vt vero huc illuc distrahi cepere: metus per omnes: & præcipua germanici militis formido: tanquam ea sepeparatione ad cædem destinaretur prensare commanipularium pectora ceruicibus iniecti: suprema oscula petere: ne desererentur soli: neu in pari causa disparem fortunam paterentur. Modo Mutianum: modo absentem principem: postremum cælum ac deos obtestari: donec Mutianus cunctos eiusdem sacramenti, eiusdem imperatoris milites appellans: falso timori obuiam iret. Namq; & victor exercitus clamore lachrymas eor<sup>9</sup> iuuabat. Isq; finis illa die. Paucis post diebus alloquentem Domitianum firmatam iam excepere. Spernunt oblatos agros. militiam & stipendia orant Preces erant: sed quibus contradici nõ posset. Igitur in prætorium accepti. Dein quibus ætas & iusta stipendia: dimissi cum honore. alij ob culpam. Sed carptim ac singuli: quo tutissimo remedio cõsensus multitudinis extenuatur. Ceterum vera ne pauperie: an vti videretur: actum in senatu: vt sexcenties sestertium a priuatis mutuuum acciperet. Propositusq; ei curæ Pompeius Siluanus. Nec multo post necessitas abiit. siue ommissa simulatio Abrogati inde legem ferente Domitiano cõsultus quos Vitellius dederat. Funusq; censorium Flauio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunæ: summaq; etiam miscentis. Sub idem tempus. L. Piso proconsul interficitur. ea de cæde: q̄ verissime expediã: si pauca supra petiero ab initio causisq; talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliisq; tutandis imperij finibus sub diuo Augusto Tyberioq; principibus: proconsuli parebant. Mox. C. Cæsar turbidus animi: ac. M. Syllanum obtinentem Africam metuens: ablatam proconsuli legionem: misso in eam rem legato tradidit. æquatus iter duos beneficiorum numerus: & mixtis vtriusq; mandatis: discordia quæsita auctaq;. Prauo certamine legatorum ius adoleuit: diuturnitate officij: vel quia minoribus maior æmulandi cura. Proconsulum splendidissimus quisq; securitati magis quam potentia cõsulebant. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius festus: sumptuosæ adolescentiæ: neq; modica cupiens: sed affinitate Vitellij anxius. Is crebris sermonibus tentauerit ne Pisonem ad res nouas: an tentanti restiterit incertum: quoniam secreto eorum nemo affuit & occiso Pisonem pleriq; ad gratiam interfectoris inclinauere. Nec ambigitur prouinciam & militem alienato erga Vespesianum animo fuisse. & quidam e vitellianis vrbe profugi: ostentabant pisoni nutantes gallias paratam germaniam: pericula ipsius & in pace suspecta tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta præfectus alæ petrinx: prospera navigatione præuenit Papirium centurionem a Mutiano missum: asseuerauitq; mandata in

## LIBER. XX.

terficiendi Pisonis centurioni data. Cecidisse Galerianum consobrinum eius generum q; Vnam in audacia spem salutis. Sed duo itinera audendi: seu malet statim arma: seu perita nauibus Gallia: ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. Nihil ad ea moto Pisoni: centurio a Mutiano missus: vt portum Carthagini attigit: magna voce: læta Pisoni omnia: tanquã principi continuare. obuios & subitæ rei miraculo attonitos: vt eadem adstreperent: hortari vulgus credulum ruere in forum. præsentiam Pisonis exposcere. Gaudio clamoribusq; cuncta miscebant: indulgentia viri: & adulandi libidine. Pisoni indicio Sagittæ: vel infita modestia: non in publicum egressus est. neq; se studijs vulgi permisit. Centurionemq; percontatus: postquam quaesitum sibi crimen eademq; comperit: animaduerti in eum iussit: haud perinde spe vitæ: q̃ ira in percussore. q̃ idem ex interfecto Clodij Macri: cruentas legati sanguine manus: ad eadem proconsulis rettulisset. Anxio deinde edicto Cartaginensibus increpitis: ne solita quidem munia vsurpabat: clausus intra domum: ne qua motus noui causa vel forte oriretur. Sed vbi festo consternatio vulgi: centurionis supplicium. veraque & falsa more famæ in maius innotueret: equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti: obscuro adhuc ceptæ lucis: domum proconsulis irrumpunt: districtis gladijs: & magna pars Pisonis ignari: q; pœnos auxiliares maurosq; in eam eadem delegerat: haud procul cubiculo obuium forte seruũ: quisnam & vbi esset Pisoni interrogauere. Seruus egregio mēdacio se Pisonem esse respondit. ac statim obrūcatur. nec multo post Pisoni interficitur. Namq; aderat qui nosceret Bebius Massa e procuratoribus Africæ: iam tunc optimo cuiq; exitiosus: & in causas malorum quæ mox tulimus: sapius rediturus. Festus Adrumento vbi speculabundus substiterat: ad legionem tendit: præfectumq; castrorum Cetronium Pisanum vinciri iussit: proprias ob similitudines: sed Pisonis satellitem vocabat. militesq; & centuriones quosdam punit. alios præmijs affecit. neutrum ex merito: sed vt obrepisse bellum crederetur. Mox Ophensium leptitanorumq; discordias componit. quæ raptu frugum & pecorum inter agrestes: modicis principijs: iam per arma atq; acies exercebantur. Nam populus Ophensis multitudine inferior. Garamantas exciuerat gentem indomitam: & inter accolæ latrocinij facundam. Vnde arctæ Leptitanis res: lateq; vastatis agris: intra mœnia trepidabant: donec interuentu cohortium alarumq; fusi Garamantes. & recepta omnis præda: nisi quam vagi per inaccessa mapalium vltioribus vendiderant. At Vespesiano post cremonensem pugnam: & prosperos vndiq; nuncios: cecidisse Vitellium multi cuiusq; ordinis pari audacia fortunaq; hybernum mare aggressi: nunciauere. Aderant legati regis Velogesi quadraginta parthorum equitum milia offerentes: Magnificum lætumq; tantis sociorum auxilijs ambiri. neq; indigere. Gratia Vologeso actæ. Mandatumq; vt legatos ad senatum mitteret. & pacem esse sciret. Vespesiano in Italiam resq; vrbis intentus aduersam de Domitiano famam accipit: tanquam terminos ætatis: & concessa filio egredere retur. Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit: ad reliqua iudaici belli perpetranda. Titum antequam digrederetur: multo apud patrem sermone orasse dicebat. ne criminantium nuncijs temere accenderetur. Integrumq; se ac placabilem filio præstaret. Non legiones: non classes: proinde firma imperij munimenta: quam numerũ liberorum. Nam amicos tempore: fortuna: cupidinibus aliquando: aut erroribus imminui: trãfferi: desinere: suum cuiq; sanguinẽ indiscretum: sed maxime principibus: quoq; prosperis & alij fruuntur: aduersa adiunctissimos pertineant. Ne fratribus quidem mansuram concordiam: ni pater exemplum præbuisset. Vespesiano haud eque

Domitiano mitigatus: quam Titi pietate gaudens: bono esse animo iubet: belloq; & armis rempublicam attolleret. Sibi pacem domumq; curae fore. Tum celerrimas nauium frumento honustas: sauo adhuc mari committit. Quippe tato discrimine vrbs nutabat: vt decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit: cum a Vespesiano com meatus subuenere. Curam restituendi Capitolij in L. Vestinū confert: equestris ordinis virum: sed auctoritate fama; inter proceres. Ab eo contracti aruspices monuere: vt reliquiae prioris delubri in paludes auherentur: templum iisdem vestigiis sisteretur. Nolle deos mutari veterem formam. vndecimo Kalendas Iulias: serena luce spacium omne quod templo dicabatur: euinctum vittis coronisq;. Ingressi milites quibus fausta omnia felicibus ramis. dein virgines Vestales cum pueris puellisq; patrimis matrimisq;. a quatrims & fontibus omnibusq; hausta pluce. Tum Heluidius priscus praetor: praecunte Plauto heliatio pontifice: lustrata boue taurisq; area: & secundum cespitem redditis extis: Iouem: Iunonem: Mineruam: praesidesq; imperij deos precatus vt coepta prosperarent: sedesq; suas pietate hominum inchoatas: diuina ope attollerent: Vittas quibus ligatus lapis: innexiq; funus erant contigit. Simul caeteri magistratus: & sacerdotes & senatus: & eques: & magna pars populi: studio leticiaq; connixi: saxum ingens traxere: passimq; iniecta fundamentis argenti auriq; stipes: & metallorum primiciae nullis fornacibus victae: sed vt gignunt. Praedixere aruspices ne temeraretur opus saxo auroe in aliud destinato. Altitudo edibus adiecta. Id solum religio annuere: & prioris templi magnificentiae defuisse creditum: quo tanta vis hominum retinenda erat. Audita interim per Gallias Germaniasq; mors Vitellij duplicauerat bellum. Nam Ciuili ommissa dissimulatione: in populum romanū rueret. Vitellianae legiones vel externum seruitium q̄ Imperatorē Vespesianum malle. Galli sustulerant animos: eandem vbiq; exercituum nostrorū fortunam rati: Vulgaro rumore a Sarmatis Dacisq; Moesica ac Pannonica hyberna circumsideri. Paria de Britannia fingebantur. Sed nihil aq; q̄ incendium capitolij: vt finem imperij adesse crederet: impulerat Captam olim a Gallis urbem: sed integra Iouis sede: mansisse Imperium. Fatali nunc igne: signum caelestis irae datum. & possessionem rerum humanarum: tra salpinis gentibus portendi: superstitione vana Druyda canebāt. Incesseratq; fama: primores Galliarum ab Othone aduersus Vitellium missos: antequam digrederentur: pepigisse: ne deessent libertati: si populum romanum: continua bellorum ciuiliū series: & in interna mala fregissent. Ante Flacci Ordeonij caedem: nihil prorupit: quo cōiuratio intelligeretur. Interfecto Ordeonio: commeauere nuncij inter Ciuilem Classicumq; praefectum aet Treuiorum. Classicus nobilitate opibusq; anteibat alios. Regium illi genus. & pace belloq; clara origo. Is se e maioribus suis hostis populi ro. q̄ fortius iactabat. Miscuere sese Iulius tutor: & Iulius Sabinus: hic treuir: hic lingon. Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus Sabinus super insitam vanitatē: falsae stirpis gloria iacebat Proauiam suam diuo Iulio per gallias bellanti: corpore atq; adulterio placuisse. hi secretis sermonibus: animos caeterorum scrutari. vbi quos idoneos rebantur: conscientia obstrinxere: in colonia agrippinensi in domum priuatam conueniunt. Nā publice ciuitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere quida Vbiog; Turingorumq;. Sed plurima vis penes Treuiros ac Lingonas. nec tulere moras cōsultandi. Certatim pclamāt: furere discordijs populū ro. Caesas legiones: vastatā Italiam capitū maxime vebē. Oēs exercitus suis queq; bellis destineri. Si alpes praesidijs firment: coalita libertate: despecturas gallias: que viriū suarū terminū velint. Haec dicta pariter



## LIBER. XX.

pbataq; de reliquijs Vitelliani exercitus dubitauere. Plarique interficiendos cēsebant: turbidos: infidos: sanguine ducū pollutos. Vicit ratio parcendi: ne sublata spe veniæ: pertinacia accenderetur. Aliciendos potius in societatem: legatis tm̄ legionum interfectis: ceteræ vulgus consciētia scelex: & spe impunitatis: facile accessuræ. Ea primi cōciliij forma: Missiq; per Gallias concitores belli. Simulatum ipsis obsequiū: quo icautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculæ nunciaret. Sed vires ad coercendum decant: infrequētibus infidisq; legioibus. Inter ambiguos milites: & occultos hostes: optimum e præsentibus ratus: mutua dissimulatiōe: & isdem quibus petebatur artibus grassari: in coloniam agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo quem captū & extra cōmentum amādatum in phrysiōs diximus: corruptis custodibus perfugit. pollicitusq; si præsidium daretur: iturū in Batauos. & potiorē ciuitatis partē ad societate romanam retracturæ. Accepta peditum equitūq; modica manu: nihil apud Batauos ausus: quosdam Neruiorū Betasiorūq; i arma traxit. Et furtim magisq; bello Caninephates Marfacoq; icursabat. Vocula galloꝝ fraude illectus: ad hostem contendit. Nec procul veteribus aberat: cum classicus ac Tutor per speciē explorandi pregressi: cum ducibus germanoꝝ pacta firmauere. Tumq; primum discreti a legionibus: proprio vallo castra sua circundant: obtestante Vocula: non adeo turbata tam ciuilibus armis rem romanam: vt treuiris etiam lingōibusq; despectui sit. Super esse fidas prouincias: victores exercitus. fortunam imperij: & vltiores deos. Sic olim Sacrouirum & heduos: nuper vindicem galliasq; singulis prælijs concidisse. Eadem rursus: omina: eadem fata: ruptores fœderum expectarent. Melius diuo Iulio: diuoq; Augusto notos eorum animos. Galbam & infracta tributa hostiles spiritus induisse. Nūc hostes quia molle seruitium. Cū spoliati exutiq; fuerit: amicos fore. Hæc ferociter locutus: postquam perstare in perfidia Classicum Tutorēq; videt: verso itinere Nouesium concedit: Galli duum milium spacio distantibus campis confedere. Illuc commeantium Centurionum militumq; emebantur animi: vt flagitium incognitum: romanus exercitus in externa verba iurarent. pignusq; tanti sceleris: nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula quanquam plarique fugam suadebant: audēdum ratus: vocata contione: in hunc modum disseruit. Nunquam apud vos verba feci: aut p vobis sollicitior: aut pro me securior. Nam mihi exitium parari libens audio. Mortēq; in tot malis hostium. vt finem miseriarum expecto. Vestri me pudet miseretq; aduersus quos: non prælium & acies parantur: Id enim fas armorum: & ius hostium: Bellum cum populo romano. vestris se manibus gesturum classicus sperat. Imperiumque & sacramentum galliarum ostentat. A deo nos: si fortuna in præsens virtusq; deseruit: etiam vetera exempla deficiunt: quotiens romanæ legiones perire preoptauerit: ne loco pellerentur: Socij sæpe nostri excindi vrbes suas: seq; cum coniugibꝯ ac liberis cremari pertulerunt: Neq; aliud pretium exitus: q̄ fides fama; Tolerant nūc maxime inopiam obsidiumq; apud vetera legiones: nec terrore aut promissis demouentur: Nobis super arma & viros & egregia castroꝝ munimenta: frumentum & cōmeatus quamuis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donatiuo sufficit quod siue a Vespesiano: siue a Vitellio datum interpretari mauultis: ab imperatore certe romano accepistis. Tot bellorum victores apud Geldubam: apud vetera: fuso totiens hoste: si pauetis aciem. indignum id quidem. Sed est vallum: muriq; & trahendi artes: donec e proximis prouincijs auxilia exercitusq; concurrant. Sane ego displiceam. Sūt alij legati: tribuni: centurio deniq; aut miles: ne hoc prodigium toto terrarū orbe vul



getur: vobis satellitibus Ciuilem & classicum Italiam inuasuros. An si ad moenia vr-  
bis Germani gallicq; duxerint: arma patriæ inferetis? Horret aius tãti flagitiij imagine  
Tutori treuero agentur excubiæ? Signũ belli Batauus dabit? & Germanorũ cateruas  
supplebitis? quis deinde sceleris exitus? Cũ romanæ legiones cõtra direxerint: transfu-  
gæ & transfugis: & p̄ditores & proditoribus inter recēs & vetus sacramentũ inuisi deis  
errabitis? Te Iupiter optime maxime: quem per octingentos viginti annos tot trium-  
phis coluimus: te quirine romane parens vr̄bis precor venerorq;. Vt si vobis non fuit  
cordi. me duce hæc castra incorrupta & intemerata seruari: ac certe pollui fœdariq; a  
Tutore & Classico ne sinatis. Militibus romanis aut innocentiam deris: aut maturã &  
sine noxa pœnitentiã. Varie excœpta oratio iter spẽ metumq; ac pudorẽ. Digressum  
Voculam & de supremis agitantem: liberti seruiq; prohibuere fœdissimã mortẽ spon-  
te præuenire. Et Classicus misso Emilio: Longino: desertore primæ legionis: cædem  
eius maturauit. Herennium & Numisium legatos vinciri: satis visum. Dein sumptis  
romani Imperij insignibus: in castra venit. Nec illi q̄q; ad omne facinus durato: verba  
vltra suppeditauerunt: q̄ vt sacramentũ recitaret. Iurauerunt qui aderant p̄ Imperio gallia-  
rum. Interfectorem voculæ altis ordinibus: cæteros vt quisq; flagitiũ nauauerat: præ-  
mijs attollit. Diuisã inde inter Tutorem & classicum curã. Tutor valida manu circũ-  
datos Agrippinenses: q̄tumq; militum apud superiorẽ rheni ripam: in eadẽ verba adi-  
git: occisis Magontiaci tribunis: pulso castrorũ præfecto: qui detrectauerant. Classi-  
cus corruptissimũ quemq; e deditis pergere ad obsessos iubet veniam ostentantes si p̄-  
sentia sequerentur: aliter nihil spei. Famẽ ferrumq; & extrema passuros. Ad dicere qui  
missi erãt exemplum suum. Obsessos hinc fides: idẽ egestas: inter decus ac flagitiũ di-  
strahebant. Contãtib; solita insolitaq; alimenta deerãt. absumptis iumẽtis equisq; &  
cæteris animalibus: quæ profana fœdaq; in vsũ necessitas vertit. Virgulta postremo  
& stirpes & internatas saxi herbas vellentes: miseriãq; patientiãq; documentũ fuerunt:  
donec egregiam laudẽ sine turpi macularent: missis ad ciuilẽ legatis: vitam orantes.  
Neq; ante preces admissã: q̄ in verba galliarũ iurarent. Tum pactus prædã castrorũ:  
dat custodes: qui pecuniam: calones: sarcinas retentarent: aut qui ipsos leues abeũtes  
prosequerentur. Ad quintũ fere lapidem cohorti germani: incautũ agmen aggrediũ-  
tur. Pugnacissimus quisq; in vestigio: multi pallãtes occubuerunt. Cæteri retro in castra  
perfugiunt: querente sane Ciuile & increpante Germanos: tanq̄ fidem per scelus abru-  
perunt. Simulata ea fuerint: an retinere se uolentes nequiuert: parũ affirmatur. Direptis  
castris: faces iniiciunt. Cunctosq; qui prælio superfuerãt: incẽdium hausit. Ciuilis bar-  
baro voto post cœpta aduersus romanos arma: propexum rutilatumq; crinẽ patrata  
demũ cæde legionum: deposuit. Et ferebatur paruulo filio quosdã captiuorũ: sagittis  
iaculisq; puerilibus figendos obtulisse. Cæterũ neq; se neq; quemq; Batauũ in verba gal-  
liarum adegit. fisis germanorũ opibus. Et si certãdum aduersus Gallos de possessiõẽ  
rerum foret: inclutus fama & potior Muniu; lupercus legatus legiõis inter dona mis-  
sus Velledã. Ea virgo nationis Bruterã late imperitabat: vetere apud Germanos mo-  
re: quo plarãsq; fœminarũ fatidicas. & augete superstitiõẽ arbitrentur deas. Tũc  
q; Velledã auctoritas adoleuit. Nam prosperas germanis res: & excidium legionũ  
prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumq; in  
gallia geniti reseruantur: pignus societatis cohortium: alarũ: legionum: hyberna sub-  
uersa cremataq; ijs tantũ relictis quæ Magõtiaci ac Vindonissẽ sita sunt. Legio. xiiij.  
cum auxilijs simul deditis: a Nouesio in Coloniam Treuitorum transgredi iubetur:

## LIBER. XX.

praefinita die intra quam castris excaderet: medium omne tēpus per varias curas ege-  
 re. Ignauissimus quisq; castrorum apud vetera exemplo pauentes: melior pars rubore  
 & infamia: quale illud iter: quis dux viæ: & omnia in arbitrio eorū quos vitæ necisq; do-  
 minos fecissent. Alij nulla dedecoris cura: pecuniam aut carissima sibi met ipsi circun-  
 dare. Quidā expedire arma: telisq; tanq̄ in aciem accingi. Hæc meditantibus aduenit  
 proficiscendi hora expectatione tristior. Quippe intra vallum deformitas haud per-  
 inde notabilis. detexit ignominiam campus & dies. Reuulsa Imperatorū imagines:  
 innexa signa: fulgentibus hinc inde gallorum vexillis: silens agmen: & velut lōgæ exe-  
 quia. Dux claudius Sanctus effoso oculo: dirus ore: ingenio debilior. Duplicat' fla-  
 gitium: postquam desertis bonnensibus castris: altera se legio miscuerat. Et vulgata  
 captarum legionum fama: cuncti qui pauloante romanorū nomen horrebāt: procur-  
 rentes ex agris tectisq; & vndiq; effusi: insolito spectaculo nimium fruebantur. Non  
 tulit ala picentina gaudium insultantis vulgi: Spretaq; Sancti promissis: aut minis:  
 Maguntiacum abeunt. ac forte obuio interfectore Voculæ Longino: coniectis in eū  
 telis initium exoluendæ in posterum culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere. an-  
 te moenia Treuiorū confidunt. Civilis & Classicus rebus secundis sublatis: an coloni-  
 am agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent: dubitauerunt: sauciā in-  
 genti & cupidine prædæ ad excidium ciuitatis trahebātur. Obstabat ratio belli: & no-  
 uum Imperium incohantibus vtilis clementiæ fama. Ciuilem etiam beneficij memo-  
 ria flexit: q; filium eius primo rege motu in colonia Agrippinensi deprehensum: hono-  
 rate custodierant. Sed transhenanis gentibus inuisa ciuitas opulentia auctuq; Neq;  
 alium finem belli rebantur. q̄ si promiscua ea sedes omnibus germanis foret: aut disse-  
 cta Vbios quoq; dispersisset. Igitur Tencteri rheno discreta gens: missis legatis: mā-  
 data apud concilium agrippinensiu edii iubent: quæ ferocissimus e legatis in hunc mo-  
 dum protulit. Redisse vos in corpus nomenq; Germaniæ: cōmunibus deis: sed præci-  
 puo deorū Marti grates agimus: Vobisq; gratulamur: q; tandē liberi inter liberos eri-  
 tis. Nam ad hunc diem flumina ac terras: & calum quodāmodo ipsum clauerant ro-  
 mani: vt colloquia congressusq; nostros arcerent. Vel quod cōtumeliosius est viris ad  
 armatis: inermes ac prope nudi sub custode & precio coiremus. Sed vt amicitia so-  
 cietasq; nostra in aternū rata sint: postulamus a vobis: muros coloniae munimēta ser-  
 uitij detrahatis. etiam fera animalia si clausa teneas. virtutis obliuiscūtur. Romanos  
 omnes in sinibus vestris trucidetis. haud facile libertas & domini miscentur. Bona in-  
 terfectorū in medium cedant: nequis oculere quicq; aut segregare causam suā possit.  
 Liceat nobis vobisq; vtrāq; ripam colere: vt olim maiorib9 nostris: quō lucem diemq;  
 oibus hoibus: ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumq; patri-  
 um resumite: abruptis vectigalibus. quibus romani plus aduersus subiectos q̄ armis  
 valent. Sincerus & integer: & seruitutis oblitus populus: aut ex equo agetis: aut alijs  
 imperitabitis? Agrippinēses sūpto consultandi spacio: qm̄ neq; subire condiciones me-  
 tu futuri: neq; palam aspernari conditio præsens sinebat in hunc modum respondent.  
 Quæ prima libertatis facultas data ē: auidius q̄ cautijs sumpsimus. Vt vobis cate-  
 risq; germanis cōsanguineis nostris iungeremur. Muros ciuitatis cōgregantibus se tū  
 maxime romanorū exercitibus: augere nobis q̄ diruere tutius ē. Si qui ex Italia aut p-  
 uincijs alienigenæ in sinibus nostris fuerant: eos bellum assumpsit: vel in suas quisq; se-  
 des refugere. Deductis olim & nobiscum per connubium sociatis: quiq; mox puene-  
 re: hæc patria est. Nec vos adeo iniquos estimamus: vt interfici a nobis parentes: fra-

tres: liberos nostros velitis Vectigal & onera cōmertioꝝ resoluimus. Sint transitus incustoditi: sed diurni & incermes: donec noua & recentia iura in vetustatem & consuetudinem vertatur. Arbitrum habebimus Ciuilem & Velledam: apud quos pacta faciuntur. Sic lenitis Tencteris legati ad Ciuilem & Velledā missi cū donis: cūcta ex voluntate agrippinensiuū perpetrare. Sed coram adire. alloquiq; Velledā negatū. Arcebatur aspectu: quo venerationis plus inesset: Ipsa edita in turre delectus e p̄p̄inquis cōsulta respōsaq; vt internūcius numinis portabat. Ciuilis societate Agrippinensiuū actus: proximas ciuitates affectare aut aduersantibus bellum inferre statuit. Occupatisq; Sunicis & iuuentute eoz; per cohortes cōposita: quo minus ultra pergeret. Claudius Labeo Bethasiorum Turingorūq; & Neruiorū tumultuaria manu restitit: fret⁹ loco. quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pugnabaturq; in angustijs ambigues: donec germani tranātes terga labeonis inuasere. Simul ciuilis ausus an ex composito intulit se agmini Tungroꝝ: & clara voce: Nō ideo inquit bellū sūpsimus: vt Bataui & Treuiri gētib; imperēt. Procul hæc a nobis arrogātia: accipite societate: transgredior ad vos. seu me ducē: seu militē mauultis. Mouebat vulgus: cōdebātq; gladios: cū cāpanus ac Iuuenalis ex primoribus Turingoꝝ: vniuersā ei gēte deditere. Labeo anteq; circūueneret p̄fugit. Ciuilis Bethasios quoq; ac Neruios i fidē acceptos copijs suis adiūxit: vigēs regē p̄culsis ciuitatū aīs: vel spē inclinātibus. Interea Iulius Sabinus p̄iectis fœderis romani monumentis. Cæsare se saluari iubet. Magnāq; & icōditā populariū turbā in Sequanos rapit: cōterminā ciuitatē & nobis fidam. Nec Sequani detrectauere certamē. Fortuna meliorib; affuit. Fusi lingones. Sabinus festinatū temerē bellū: pari formidie deseruit. Vtq; famā exitij sui faceret. Villā i quā p̄fugerat: cremauit illic volūtaria morte interisse credit⁹. Sed qbus artibus latebrisq; vitā p̄ nouē mox annos traduxerit: simul amicoꝝ eius cōstantiā. & insigne eponinæ vxoris exemplū suo loco reddemus. Sequanoꝝ p̄spera acie belli ipetus stetit. Rescipiscere paulatim ciuitates fasq; & fœdera respicere: p̄cipibus Remis: qui p̄ gallias edixere: vt missis legatis in cōe cōsultarēt: libertas an pax placeret. At romæ cūcta in deterius audita Mutianū angebāt. nequaq; egregij duces: Iā. n. Gallum anniū & Petilū ceriale delegerat: sūmam belli pax tolerare. Nec relinquēda vrbs sine rectore. Et Domitiani indomitæ libidines timebant suspectis vti diximus primo Antonio: Varoq; Arrio. Varus prætorianis præpositus: vim atq; arma retinebat. Eū Mutianus pulsum loco: ne sine solatio ageret: annonæ præfecit. Vtq; Domitiani animū Varo haud alienū deliniret: Arretinū Clementē domui Vespesiani p̄ affinitatē innexū: & gratissimū Domitiano prætorianis præposuit: patrē eius sub Caio Cæsare egregie functū ea cura dictitās. Latū militibus idē nomē. atq; ipsū q̄q; senatorij ordinis ad vtraq; munia sufficere. Assumitur e ciuitate clarissimus quisq; & alij per ambitionē: simul Domitianus Mutianusq; accingebant dispari aīo. Ille spe ac iuuetā p̄perus: hic moras necēs: quis flagratē retineret: ne ferocia atatis: & prauis impulsoribus si exercitū inuasisset: paci belloq; male cōsuleret. Legiones victrices. vi. &. xvij. Vitellianoꝝ vna & vicesima: e recēs conscriptis secūda p̄ceninis Coctianisq; alpib; pars mōte graio traducunt. xiiij. legio e Britānia. iij. ac prima ex hispania accitæ. Igit̄ venietis exercit⁹ fama: & suo p̄te ignio ad mitiora inclinantes galliarū ciuitates: in Remos cōuenere. Treuioꝝ legatio illic opperiebat. acerrimo instinctore belli Tullio Valentino. Is meditata orōne: cūcta magnis Impijs obiectari solita: cōtumeliasq; & inuidiā in po. ro. effudit: turbidus miscēdis seditiōibus: & plarisq; gratus recordi faciūdia. At Iulius auspex e primoribus Remoꝝ

vim romanam: pacifq; bona differtans: & sumi bellum ēt ab ignavis strenuissimi cuiusq; periculo geri: Iamq; super caput legiōes: sapientissimū quēq; reuerētia fideq;. Iuniores periculo a metu cōtinuit Et Valētini animū laudabant. cōsiliū auspiciis seq;bant. Constat obstitisse Treuiris lingonibusq; apud Gallias: q; vindicis motu cū verginio steterant. Deterruit plærosq; puinciarū amulatio q; bello caput: vnde vis auspiciūq; peteretur: quā si cūcta puenissent: sedē Imperio legerēt. Nōdū victoria iam discordia erat. Abijs fœdera: quibusdā opes viresq; aut vetustatem originis periuriaq; iactantibus. tedio futuroꝝ: præsentia placuere. Scribunt ad Treuiros epistolæ noie galliarū: vt abstinerent armis impetrabili venia: & paratis deprecatoribꝰ si pœniteret. Restitit idem Valētinus. obstruxitq; ciuitatis suæ aures. haud perinde instruēdo bello intētus: q̄ frequens contiōibus. Igit̄ nō Treuiri neq; lingōes: ceteræue rebellū ciuitates p magnitudine suscepti discriminis agere. Ne duces quidē in vnū cōsulere. Sed Ciuilis auia Belgæ: circūibat: dū Claudiū labeonē cape aut exturbare nititur. Classicus se gne plerunq; ociū trahēs: velut parto impio fruebat. Ne tutor quidē maturauit supiorē Germaniæ ripā & ardua alpiū præsidijs claudere. Atq; interim vna & xx. legio Vindonissa. Sextilius scelix cū auxilijs cohortibus per Rhetiā irrupere. Accessit ala singulariū: excita olim a Vitellio: deinde in partes Vespensiani trāgressa. Præerat Iulius Briganticus: sorore ciuilis genitus: vt ferme acerrima pximorum odia sunt: inuisis auiculo infensusq;. Tutor Treuiroꝝ copias recentī Vangionū: Caracatiū: Tribocoꝝ lectu auctas: veterano pedite atq; equite firmavit: corruptis spe: aut metu subactis legionarijs. qui primo cohortē præmissam a Sextilio felice interficiunt. Mox vbi duces exercitusq; ro. ppinquabāt: honesto trāsfugio rediere: secutis Tribocis Vangionibusq; & Caracatibus. Tutor Treuiris comitatibus. vitato Magōriaco Bingiū concessit: fides loco: qa pontē Nauas fluminis abruptabat. Sed incurſu cohortiū quas Sextilius ducebat: & repto vado: pditus fufusq;. Ea clade perculsi Treuiri. & plebes omiſſis armis p agros pallat. quidā principū: vt primi posuisse bellū viderēt in ciuitates que societate ro. non exuerat: perfugerūt. Legiōes a Nouesio Bonnaq; in Treuiros vt supra memorauimus: traductæ: se ipsas in verba vespensiani adigūt. hæc valentino absēte gesta. qui vbi aduentabat furēs cūcta q; rursus in turbas & exitiū conuersurus: legiōes in Mediomatricos sociā ciuitatem abscessere Valētinus ac Tutor in arma Treuiros retrahūt: occisis herēnio ac Numisio legatis: quo minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris. Hic belli status erat: cū Petilius Cerialis Magōtiacum uenit: eius aduētū erecta spes. Ipse pugnæ auidus: & cōtemnēdis q̄ cauendis hostibus melior: ferocia uerborū militem incendebat: ubi primū congregi licuisset: nullam proelio morā facturꝰ. Delectus per Galliā habitos in ciuitates remittit: ac nunciare iubet sufficere Imperio legiōes socij ad munia pacis redirēt: securi uelut confecto bello: quod romanæ manꝰ excepissent. Auxit ea res galloꝝ obsequiū Nā recepta iuuentute: facilius tributa tolerauerūt: proniores ad officia quod spernebant. At Ciuilis & Classicus ubi pulsum Tutorem. casos Treuiros: cūcta hostibus pspere acceperunt: trepidi ac pperātes: dū dispas suoz copias conducūt crebris interim nūcijs Valentinū monuere: ne sumā rei piculū faceret. Eo rapidius Cerialis missis in mediomatricos: qui breuiore itinē legiōes in hostē uerterēt: cōtracto quod erat militū Magōtiaci: q̄tumq; secū trāsuexerat. Tertijs castris Rigodulū uēit: quē locū magna Treuiroꝝ manu Valētinus ifederat: mōtibꝰ & Mosella amne septū. & addiderat fossas obiectsq; saxoz. Nec deterruere ea munimēta ro. ducē quo minus pedite prūpere iuberet: equitū aciē in collē erigeret: spreto

hoste: quē temere collectū haud ita loco iuuari: vt nō plus suis in virtute foret. Paulū  
morā in assensu dū missilia hostiū praeuehunt. Vt ventū ad manus: deturbati ruinae  
mō praecipitant. Et pars equitū egoribus iugis circūuecta: nobilissimos belgarū in qs  
duce Valētinū cepit. Cerialis postero die coloniā Treuiroꝝ ingressus ē: auido milite  
eruēda ciuitatis. hāc eē classici. hāc tutoris patriā horū scelere: clausas castrisq; legiōes.  
Quid tñ cremonā meruisse: quā e gremio Italiae raptā: quia vni<sup>9</sup> noctis morā victo-  
ribus attulerit? Stare in cōfinio germaniae integrā sedē: spolijs exercituū & ducū caedi-  
bus ouātē. Redigeret praedā in fiscū. Ipsi sufficere ignes: & rebellis coloniā ruinas: q  
bus tot castrorū excidia pēsarentur. Cerialis a metu infamiae si licētia sauciāq; imbuiere  
milite crederet: pressit iras. & paruere posito ciuili bello ad externa modestiores. Cō-  
uertit inde aios accitarū e Mediomatricis legionū miserabilis aspectus. Stabāt cōsciē-  
tia flagitij in caeste: fixis ī terrā oculis Nulla iter coeūtes exercitus cōsalutatio neq; solā-  
tibus hortatibusue respōsa dabāt. Abditū per tētoria & lucē ipsā vitātes: nec p inde pi-  
culū aut metus q̄ pudor ac dedecus obstupescerat: attonitis ēt victoribus: q̄ vocē p̄-  
cesq; adhibere non ausi: lachrymis ac silētio veniā poscebāt. donec Cerialis mulceret  
aios: fato acta dictitans: quae militū ducumue discordia vel fraude hostiū euenissent.  
Primum illoꝝ stipendiōꝝ & sacramēti diem haberent. Priōꝝ facinōꝝ neq; imperato-  
rem: neq; se meminisse. Tūc recepti in eadē castra: & edictū per manipulos: nequis in  
certamine iurgione seditionē aut cladē cōmilitōi obiectaret Mox Treuiros ac Lingo-  
nas: ad contionem vocatos: ita alloquit. Neq; ego vnq̄ faciūdiam exercui & po. ro. vir-  
tutem armis affirmāui. Sed quia apud vos verba plurimū valēt: bōaq; ac mala nō sua  
natura: sed vocibus seditionōꝝ estimant statui pauca differere quae p̄fligato bello uti-  
lius sit vobis audisse: q̄ nobis dixisse. Terrā vestrā ceterorūq; galloꝝ ingressi sunt du-  
ces impatoresq; ro. nulla cupidine: sed maioribus vestris inuocātibus: quos discordiae  
vsq; ad exitiū fatigabant: & acciti auxilio germani socijs pariter atq; hostibus seruitu-  
tem iposuerāt. quot p̄celijs aduersus cymbros Teutonōsq; q̄tis exercituum nostro-  
rū laboribus quoue euetu germanica bella tractauerimus: satis clare. Nec ideo rhenū  
in sedimus vt Italiā tueremur: sed nequis alius Ariouistus regno galliae potiret. An  
vos cariores Ciuili Batauisq; & trās rhenanis gentibus creditis: q̄ maiorib<sup>9</sup> eorū patres  
auiq; uestri fuerunt? Eadē semper cā germanis transcēdendi in gallias: libido atq; aua-  
ricia: & mutandē sedis amor: vt relictis paludibus & solitudinibus suis: secundissimū  
hoc solum: vosq; ipsos possiderēt Ceterq; libertas & speciosa noīa pratexunt. nec quis-  
q̄ alienū seruitium: & dominationē sibi cōcupiuit: vt nō eadē ista vocabula usurparet.  
Regna bellaq; per gallias semp fuere: donec in nostroꝝ ius cōcederetis. Nos quāq; to-  
tiens laceffiti: iure uictoriae id solū uobis addidimus: quo pacem tueremur: Nā neq;  
quies gentiū sine armis: neq; arma sine stipēdijs: neq; stipēdia sine tributis haberi que-  
unt. Cetera in cōi sita sunt. Ipsi plarūq; legionibus nostris praesidetis. Ipsi has aliasq;  
p̄uincias regitis. Nihil sepatum clausūue. & laudatorū principū usus ex equo quāuis  
p̄cul agentibus. Saui p̄ximis ingruunt. quō sterilitatē aut nimios hymbres & cetera  
naturae mala: ita luxū uel auariciā dominātium tolerate. Vitia erunt donec hoīes. sed  
neq; hāc cōtinua: & melioꝝ interuētū pensant: nisi forte Tutore & Classico regnantī-  
bus: moderatius imperiū spatis: aut minoribus q̄ nunc tributis: parabant exercitus:  
quibus germani britāniq; arceant. Nā pulsus quod dii phibeant: romanis: quid aliud  
quā bella oīum inter se gentiū existent: octingentorū annorū fortuna disciplinaq; cōpa-  
ges hāc coaluit: quae cōuelli sine exitio conuellentium non pōt. Sed uobis maximum

## LIBER. XX.

discrimen: penes quos aux & opes: præcipuæ belloꝝ causa. Proinde pacem & urbem quam victi victoresq; eodē iure obtinemus: amate: colite. Moneant vos vtriusq; fortunę documēta: ne cōtumaciam cū pernicie q̄ obsequium cū securitate malitis. Tali oratione grauiora metuētes: composuit: erexitq;. Tenebātur victore exercitu Treuiri: cū Ciuilis & Classicus misere epistolas ad Cerialem: quaz; hęc sentētia fuit. Vespasianum q̄q; nuncios occultarent: excessisse vita. Urbē atq; Italiam interno bello consumptam Mutiani & Domitiani vana & sine virib⁹ noīa. Si Cerialis imperiū galliæ velit ipsos finibus ciuitatū suaz; cōtentos. Si prælium mallet: ne id quidē abnuere. Ad ea Cerialis Ciuili & Classico nihil. cū qui attulerat ipsas ep̄las: ad Domitianū misit. Hostes diuisis copijs aduenere vndiq;. Plarūq; culpabant Cerialē passum vngi quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra: fossā valloq; circūdedit: quis temere antea in tutis cōfederat. Apud germanos diuersis sentētijs certabat. Ciuilis opperiēdas transhenanōꝝ gentes: quaz; terrore fracta po. ro. vires obtererēt. Gallos quid aliud q̄ prædā victoribus: & tñ quod roboris sit Belgas secū palam: aut voto stare. Tutor cōtatione crescere rem romanā affirmabat: coeuntibus vndiq; exercitibus: transuectā a Britānia legionē: accitas ex hispania: aduentare ex Italia: nec subitū militē sed veterē expertūq; belli. Nā germanos qui ab ipsis sperētur: nō iuberi: nō regi: sed cūcta ex libidine agere. pecuniāq; ac dona: quis solis corrumpant: maiora apud ro. & neminem adeo in arma promptū: vt nō idem pretium quietis q̄ piculi malit q; si statim cōgrediantur: nullas esse Ceriali nisi ex reliquijs germani exercitus legiones: fœderibus galliarum obstrictas. Idq; ipsum q; incōditam nuper Valentini manum cōtra spem suā fuderint: alimentū illis duciq; temeritatis. Ausuros rursus vēturosq; in manus. non imperitia militū: sed adolescētuli verba & contiōes q̄ ferz; & arma meditātis. Sed ciuilis & Classici quos vbi aspexerint: rediturā in aīos formidinē: fugam famēq; ac totiens captis precariam vitā. neq; Treuiros aut Lingonas beniuolentiā cōtineri: resūpturos arma: vbi metus abscefferit. Diremit consilioꝝ diuersitatē: approbata Tutoris sentētia Classicus. statimq; exequūtur. media acies vbijs Lingonibusq; data. dextro cornu cohortes Barauoz; sinistro Bructeri Tēcteriq;. pars mōtibus: alij viā inter: Mosellamq; flumē: tam improuisa assiluerit: vt in cubiculo ac lectulo Cerialis: neq;. n. noctem ī castris egerat: pugnari simul. vinciq; suos audierit: increpans: pauorem nunciātium: donec vniuersa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra: Fusi equites: medi⁹ Mosellæ pons: qui vltiora coloniæ annectit: ab hostibus infessus. Cerialis turbidis reb⁹ intrepidus: & fugientes manu retrahens: intecto corpore promptus inter tela felici temeritate: & fortissimi cuiusq; accursu: recuperatum pōtem electa manu firmavit. Mox in castra reuersus pallātes captaz; apud Nouesium Bōnamq; legionum manipulos: & raz; apud signa militem: ac prope circūuentas aquilas videt: Incensus ira: non Flacum inquit: non vocolam deseritis. Nulla hic proditio. neq; aliud excusandū habeo: q̄ q; vos gallici fœderis oblitos prædixerim: memoriam romani sacramēti tenere credidi. Annumerabor Numisijs & Herennijs: ut omnes legati uestri: aut militum manibus: aut hostium ceciderint. Ite nunciate Vespasiano: vel quod propius est Ciuili & Classico: relictum a vobis in acie ducem. venient legiones: quaz; neq; me inultum: neq; vos impunitos patiantur. uera erant. & a tribunis præfectisq; eadem ingerebant. Consistunt per cohortes & manipulos. neq;. n. poterat patescere acies effuso hoste: & impedientibus tentorijs sarcinīsq; cum intra vallum pugnaretur. Tutor & classicus ciuilibus suis quisq; locis pugnam ciebant: gallos pro libertate: Barauos pro gloria: Ger-

manos ad prædam instigantes. Et cuncta pro hostibus erant: donec legio. xxj. patientiore q̄ cætera spacio conglobata: sustinuit ruentes mox impulit. nec sine ope diuina: mutatis repente aîs: terga victores vertere. Ipsi territos se cohortium aspectu ferebāt: quæ primo impetu disiectæ: sumis rursus iugis congregabātur: ac speciem noui auxiliij fecerant. Sed obstetit vincentibus prauum inter ipsos certamē. hoste omisso spolia consecrandi. Cerialis vt in curia properes afflixit: ita constātia restituit. Secutusq; fortunam castra hostium eodē die capit excinditq;. Nec in longū quies militi data. Orabant auxiliū agrippinenses: offerebantq; vxorem ac sororem ciuilem: & filiam classici: relicta sibi pignora societatis. atq; interim dispersos in domibus Germanos trucidauerant. Vnde metus: & iustę preces inuocantium: antequam hostes reparatis virib⁹: ad spem: vel ad vltionem accingerētur. Namq; & Ciuilis illuc intenderat: non inualidus: flagrantissima cohortium suarum integra manu: & e Cauchis phrysijsq; composita: Calbiaci in finibus agrippinensium agebat. Sed tristis nuncijs auertit: deletam cohortem dolo Agrippinensium: qui largis epulis vinoq; sopitos germanos: clausis foribus igne iniecto cremauere. Simul Cerialis propero agmine subuenit. Circūsteterat Ciuilis & alius metus: ne quartadecima legio: adiuncta Britannica classe: affligeret Batauos: qua oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius priscus legatus in Neruios Turingosq; duxit. Exq; ciuitates in ditionem acceptæ. Classē vltro Caninefates aggressi sunt. maiorq; pars nauium depressa aut capta. Et Neruiorū multitudinem sponte cōmotam: vt pro romanis bellum capefferet: ijdem Caninefates fudere. Classicus quoq; aduersus equites Nouesium a Ceriali præmissos: sim prælium fecit. quæ modica: sed crebra damna: famam victoriæ nuper partæ lacerabant. Iisdem diebus Mutianus Vitellij filium interfici iubet: mansuram discordiam obtinens: ni sæmina belli restinxisset. Neq; Antonium primū adsciri inter comites a Domitiano passus est: fauore militum anxius: & superbia viri: æqualium quoq; adeo superiorū intolerantis. Profectus ad Vespesianum Antonius: vt non p̄ spe sua accipit: ita neq; auerso imperatoris animo. Trahebatur in diuersa: hinc meritis Antonij: cui⁹ ductu confectum haud dubie bellum erat: Inde Mutiani epistolis. Simul ceteri vt in festū tumidumq; insectabātur: adiunctis prioris vitæ criminibus. neq; ipse deerat arrogancia vocare offensas: nimius cōmemorandis quæ meruisset. Alios vt imbelles: Cecinam vt captiuum ac dediticiū increpat. Vnde paulatim leuior: viliorq; haberi: manente tñ in speciē amicitia Per eos menses quibus Vespasianus Alexandria statos estiuus flatib⁹ dies & certa maris oppiebat: multa miracula euenerunt: quis e cælis fauor & quædam in Vespesianum inclinatio numinum ostēderet. ex plebe Alexandrina: qdam oculorum tabe notus: genua eius aduoluit: remedium cæcitatē exposcens: gemitu: monitu serapidis dei quem dedita superstitionibus gens ante alios colit. precabaturq; principem: vt genas & oculorum orbes dignaret respergere oris excremento. Alius manu æger: eodem deo auctore: vt pede ac vestigio Cæsaris calcaretur orabat. Vespasianus primo. irridere: aspernari: atq; illis instantibus: modo famam Vanitatis metuere: modo obsecrationes ipsorum: & vocibus adulantium ī spem inducit: postremo estimari a medicis iubet: an talis cæcitas ac debilitas ope humana superabiles forent. Medici varie differere. Huic nō exesam vim luminis: & redituram si pellerentur obstātia. Illi elapso in prauum artus: si salubris uis adhibeatur: posse integrari. Id fortasse cordi deis: & diuino ministerio principem electum: deniq; peracti remedij gloriam penes Cæsare: irriti ludibriū penes miseros fore. Igit̄ Vespasianus cūcta fortunæ



## LIBER. XX.

suæ patere ratus: nec quicquid ultra incredibile: læto ipse vultu: erecta quæ astabat multi-  
 tudine: iussa exequitur. Statim cōuersa ad vsum manus: ac cæco reluxit dies. Vtrunquē  
 interfuerit: nūc quoque memorant: postquam nullum mendacior precium. Altior idē Vespē-  
 siano cupido adeundi sacram sedē: vt super rebus Imperij cōsuleret. Arceri templo cū  
 etos iubet. atque ingressus: intentusque numini: respexit pone tergum: e primoribus ægy-  
 ptiorum nomine Basilidem quem procul Alexandria plurium dierum itinere: & agro corpo-  
 re detineri haud ignorabat. Percontatur sacerdotes nū illo die Basilides templum inis-  
 set. percontatur obuios: num in vrbe visus sit. denique missis equitibus: explorat illo tem-  
 poris momento octoginta milibus passuum abfuisse. Tunc diuinam speciem & vim  
 responsi: ex nomine Basilidis interpretatus ē. Origo dei nundum nostris auctoribus  
 celebrata ægyptiorum antistes sic memorant. Ptolomeo regi. qui Macedonum primus  
 ægypti opes firmavit: cum alexandriæ recens conditæ mœnia templaque & religiones  
 adderet: oblatum per quietem decor eximio & maiore quàm humana specie iuuenem: qui  
 moneret: vt fidissimis amicorum in pontum missis: effigiem suam acciret. Latum id re-  
 gno magnamque & inclytam sedem fore: quæ excepisset. Simul visum eundem iuue-  
 nem in cælum igne plurimo attolli. Ptolomeus omine & miraculo excitus: sacerdoti-  
 bus ægyptiorum quibus mos talia intelligere: nocturnos visus aperit. Atque illis ponti &  
 externorum parum gnaris. Timotheum atheniensem e gente Eumolpidarum: quem vt an-  
 tistitem cerimoniarum eleusi exciuerat: quæ nam illa superstitio: quod numen interro-  
 gat. Timotheus quæsitus qui in pontum meassent: cognoscit urbem illic Synopem:  
 nec procul templum vetere inter acolas fama Iouis ditis. Namque & muliebrem effigi-  
 em: assistere: quam plerique perperinam vocent. Sed ptolomeus vt sunt ingenia regum:  
 pronus ad formidinem: vbi securitas redijt: voluptatum quæ religionum appetens: negli-  
 gere paulatim: aliasque ad curas animum vertere: donec eadē species terribilior iam: &  
 instantior exitium ipsi regnoque denunciaret: ni iussa patrarent. Tum legatos & dona  
 Scydrothemidi regi. Is tunc Synopē sibus imperitabat: expediri iubet. præcepitque na-  
 uigaturis. vt Pythium apollinem adeant. Illis mare secundum: Sors oraculi haud am-  
 bigua. Irent simulacrumque patris sui reuerent: sororis relinquerent. Vt Synopem ve-  
 nere: munera: preces: mandata regis sui Scydrothemidi allegant: qui diuersus animis:  
 modo numen pauescere. modo minis aduersantis populi terreri. Sæpe donis promif-  
 sisque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto: ptolomeus non studium non  
 preces omittit. Dignitatem legatorum numerum nauium: auri pondus augebat. Tum  
 minax facies Scydrothemidi offertur: ne destinata deo ultra moraretur. Contantem  
 varia perniciēs: morbique & manifesta cælestium ira: grauiorque in dies fatigabat. A duo-  
 cata cōtione: iussa Numinis: suos ptolomeique visus: ingruentia mala exponit. Vulgus  
 aduersari regem inuidere ægypto. sibi metuere templumque circumsedere. Maior hinc fa-  
 ma tradidit: deum ipsum appulsas littori nauis sponte conscēdisse. Mirum idē dictum:  
 tertio die tantum maris emens: alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudi-  
 ne urbis extructum loco cui nomen Rhacotis fuerat. Illic sacellum Serapidi atque Isi-  
 di antiquitus sacratum. Hæc de origine & aduentu dei celeberrima. Nec sum ignarus  
 esse quosdam qui Seleucia vrba Syriae accitum: regnante ptolomeo: quæ tertia atas tu-  
 lit. Alij auctore eundem ptolomeum: sedem ex qua transferit: Memphim perhibent: in-  
 clytam olim: & veteris ægypti columen. Deum ipsum multi asculapium quæ medeatur  
 agris corporibus: quidam Osyrim: antiquissimum illis gentibus numen: plerique Io-  
 uem: vt rerum omnium potentem: plurimi ditem patrem: insignibus quæ in ipso mani-

1  
festa: aut per ambages coniectant. At Domitianus Mutianusq; anteq̄ alpibus ppin-  
quarent: prosperos rez̄ in Treuiris gestar̄ nuncios acceper̄. Præcipua victorię fides:  
dux hostium Valentinus: nequaq̄ abiecto aĩo: quos spiritus gessisset: vultu ferebat.  
Auditus ideo tm̄: vt nosceretur ingenium eius: damnatusq; inter ipsum suppliciũ ex-  
probranti cuidã patriam eius captã: accipere se solatium mortis respondit. Sed Mu-  
tianus quod diu occultauerat: vt recens exprompsit. qm̄ benignitate deum fractæ vi-  
res hostiũ forent: par̄ decore Domitianũ confecto prope bello alienã gloriã interuē-  
tur̄. Si status Imperij. aut salus galliã in discrimen verteretur: debuisse Casarem in  
acie stare. Caninesates Batauosq; minoribus ducibus delegãdos. Ipse lugduni vim for-  
tunamq; principatus e proximo ostentare: nec paruis periculis imixtus & maioribus  
nõ defuturus. Intelligebãtur artes: sed pars obsequij in eo ne deprahēderetur. Ita lug-  
dunum ventũ. Vnde credit̄ Domitianus occultis ad Cerialem nuncijs: fidẽ eius tẽta-  
uisse: an præsentĩ sibi exercitũ imperiũq; traditur̄ foret: qua cogitatiõẽ bellum aduer-  
sus patrem cogitauerit: an opes viresq; aduersus fratrẽ in incerto fuit. Nam Cerialis sa-  
lubri tẽperamento elusifit vt vana pueriliter cupiẽtem Domitianus sperni a senioribus  
iuuentã suam cernens: modica quoq; & vsurpata antea: munia Imperij omittebat. Si-  
mul simplicitatis ac modestiã imagine: in altitudinẽ conditus: studiumq; litterar̄ &  
amorẽ carminũ simulans: quo velaret animũ: & fratris æmulationi subduceret cuius  
disparem mitioremq; naturã: contra interpretabatur. Finis. xx. Libri.

## CORNELII TACITI ACTORVM DIVRNALIVM HISTORIAE AVGVSTAE LIBER. XXI. INCIPIT.

e  
Iusdem Anni principio Casar Titus perdomãda Iudeã delectus  
a patre. & proeliãtis vtriusq; rebus militia clarus: maiore tum vi fa-  
maq; agebat: certãtib; provinciã & exercituum studijs: atq; ip-  
se vt superior sui iam crederet̄ decore se promptũq; in armis ostē-  
debat: comitate & alloquijs officia puocans. Ac plærũq; in opere:  
in agmine gregario militi mixtus: incorrupto ducis honore. Tres  
tum in Iudea legiones: quinta & decima: & quintadecima: Vet̄ Vespesiani miles ex-  
cepere. Tradidit e Syria duodecimã: & abductos alexandria duo & vicesimanos ter-  
tianosq;. Comitabãtur viginti sociã cohortes: octo equitũ alã. Simul agrippa Sohe-  
niusq; reges: & auxilia regis Antiochi: validaq; & solito inter accolas odio infensa Iu-  
deis arabũ manus. Multi quos vrbe atq; Italia sua quẽq; spes acciuerat: occupãdi pri-  
cipem adhuc vacuũ. His cum copijs fines hostiũ ingressus: cõposito agmine cũcta ex-  
plorãs paratusq; decernere: haud procul hierosolimis castra facit. Sed quia famosã vr-  
bis supremũ diem tradituri sumus: congruẽs videtur primordia eius aperire. Iudeos  
Cræta isula profugos: nouissima libyã infedisse memorãt qua tẽpestate Saturnus vi-  
Iouis pulsus: cesserit regnis. Argumentũ e noĩe petiẽ. Inclytum in cræta Idẽ mõtem.  
Accolas Ideos aucto in barbarã morẽ cognomẽto: Iudeos vocitari: quasi Ideos. qui-  
dã regnãte Iside exundantẽ per ægyptũ multitudinẽ ducibus hierosolimo ac Iuda p-  
ximas in terras exoneratã. Plærĩq; Ethyopũ prolẽ quos rege Cepheo metus atq; odiũ  
mutare sedes perpulerit. Sũt qui tradũt assyrios cõuenas: indigũ agroꝝ populũ: par-  
te ægypti potitos: mox pprias vrbes hebreasq; terras: & ppiora Syriã coluisse. Cla-  
ra aliĩ Iudeoꝝ initia. Solimos carminibus homeri celebratã gentẽ: conditã vrbẽ hiero-  
solimã nomine suo fecisse: Plurimi auctores cõsentiunt. orta per ægyptum tabe: quã

## LIBER. XX.

corpora fœdaret: regem Bocchorim adito hâmonis oraculo remediū petentem: pur-  
 gare regnum: & id genus hominū & inuisum deis alias ī terras auerere iussim. Sic cō-  
 quisitū collectumq; vulgus postq̄ vastis locis relictū sit: ceteris per lachrymas torpē-  
 tibus. Mosen vnū exulum monuisse: nequam deorū hominumue opē expectarent: ab  
 vtrisq; deserti: sed sibi met vt duci cœlesti crederent: primo cuius auxilio credentes: præ-  
 sentes miseras pepulissent. Assensere. atq; oīum ignari fortuitū iter incipiūt. Sed nihil  
 æque q̄ inopia aqua fatigabat. Iamq; haud p̄cul exitio totis campis p̄cubuerant: cū  
 grex alinorū agrestium e pastu in rupē nemore opacam cōcessit. Secutus moses conie-  
 ctura herbidi soli: largas aquarū venas aperit. Id leuamen: & continuum sex dieꝝ iter  
 emens: septimo pulsus cultoribus: obtinere terras ī quibus vrbs & tēplū dicata sunt.  
 Moses quo sibi in posterę gentē firmaret: novos ritus contrariosq; ceteris mortalibus  
 indidit. Profana illic oīa: quæ apud nos sacra. Rursum cōcessa apud illos quæ nobis ī  
 cesta. Effigiem animalis quo monstrāte errorem sitimq; depulerant: penetrali sacraue-  
 re. Cæso ariete velut in contumeliā hâmonis. Bos quoq; immolat: quem ægyptij apin-  
 colunt. Sue abstinent: memoria cladis: qua ipsos scabies quondā turpauerat: cui id ani-  
 mal obnoxium. Longam olim famē crebris adhuc ieiunijs fatent: Et raptarū frugū ar-  
 gumentū: panis iudaicus nullo fermento retinet. Septimo die ocium placuisse ferunt.  
 quia is finem laborū tulerit. Dein blādiente iertia septimū quoq; annū ignauitæ datū.  
 Alij honorē eum Saturno haberit: seu principia religionis tradētibus iudeis: quos cum  
 Saturno pulsos: & cōditores gētis: accepimus: seu q; de septē syderibus quis ī mortales  
 regunt: altissimo orbe & præcipua potētia stella Saturni ferat: ac plarūq; cœlestium  
 vim suā & cursum septimos per numeros cōmeare hij ritus quoquomō iducti antiqui-  
 tate defendunt. cetera īstituta sinistra: fœda prauitate valere. Nam pessimus quisq;  
 spretis religionibus patrijs: tributa & stipes illuc cōgerebant. Vnde aucte Iudeorū res.  
 Et q̄a apud ipsos fides obstinata: misericordia in p̄mptu: sed aduersus omnes alios ho-  
 stile odiū: separati epulis: discreti cubilibus: pietissimā ad libidinē gens: alienarū con-  
 cubitu abstinent. Inter se nihil illicitū. Circuncidere genitalia īstituere: vt diuersitate  
 noscant. Transgressi in morē eorū idem vsurpant. nec quicq; prius imbuunt: q̄ cōtem-  
 nere deos: exuere patriam: parētes: liberos: fratres: vilia habere. Augendæ tñ multitu-  
 dini cōsulit. Nam & necare quēq; ex agnatis nefas. animalq; prælio aut supplicijs perē-  
 ptorū aternas putant. Hinc generandi amor & moriendū contēptus. Corpora cōdere  
 q̄ cremare e more ægyptio. Eadēq; cura & de infernis: & persuasio cœlestiū. Cōtra ægy-  
 ptij plarūq; animalia effigiesq; cōpositas venerant. Iudei mente sola: vnumq; numen  
 intelligunt. p̄phanos qui deū imagines mortalibus materijs in species hominū effin-  
 gant. Summū illud & eternum: neq; mutabile: neq; interiturū. Igit̄ nulla symulachra  
 vrbibus suis: ne dū templis sunt. Nō regibus hæc adulatio: non cæsaribus honor. Sed  
 quia sacerdotes eorū tibia timpanisq; concinebant: hedera vinciebant: Vtūq; aurea tē-  
 plo repta: liberū patrem colī domitorē oriētis. quidā arbitrati sunt. nequaq; cōgruenti-  
 bus īstitutis. Quippe liber festos latosq; ritus posuit. Iudeorū mos absurdus sordi-  
 dusq;. Terra finesq; qua ad orientē vergūt: arabia terminant. a meridie ægyptus obia-  
 cet. ab occasu phenices & mare. Septētrionē e latere Syriæ longe prospectāt. Corpo-  
 ra hominū salubria: & ferētia laborū. rari hymbres. vber solū. Exuberāt fruges nostrū  
 ad morē. Preterq; eas balsamū & palmæ. palmetis p̄ceritas & decor. Balsamū modi-  
 ca arbor. vt qsq; ramus intumuit. si vim ferri adhibeas: pauent. venæ fragmine lapidis  
 aut testa aperiant. humor in vsu medentiū ē. Præcipuū motiū libanū erigit mix̄ dictū

tantos inter ardores opacum fidumq; niuibus. Idem amne Iordane malit funditq;. Nec Iordanes pelago accipitur. Sed vnum atq; alterū lacum iteger perfluit. tertio retinetur. Lacus imenso habitu specie maris: sapore corruptior: grauitate odoris accolis pestifer: neq; v̄to impellitur: neq; pisces aut suetas aquis volucres patit̄. Incertum vnde: superiacta vt solido ferunt̄. periti imperitiq; nandi perinde attollunt̄. Certo anni tēpore bitumen egerit: cuius legēdi vsū: vt ceteras artes experientia docuit. Ater suapte natura liquor & sparso aceto cōcretus innatat. hūc manu captū quibus ea cura in summa nauis trahunt. Inde nullo iuuāte influit: oneratq; donec abscindas. Nec abscindere ære ferroue possis: fugit cruorem vestemq; infectā sanguine: quo sceminæ per mēses exoluuntur. Sic veteres auctores: Sed gnari locoꝝ tradunt vndantes bitumine moles pellic: manuq; rrahi ad littus: Mox vbi vapore terræ vi solis inauerint: securibꝰ cuneisq; vt trabes aut saxa discindi: haud pcul inde campi quos ferūt olim vberes: magnisq; vrbibus habitatos: fulminis iactu arfisse: Et manere vestigia: terrāq; specie torridam: vim frugiferā perdidisse. Nā cuncta sponte edita: aut manu sata: siue herbas tenuis aut flores: seu solitā in speciē adoleuere: atra & inania velut ī cinerē vanescunt: Ego sicut Iudaicas quondā vrbes igne cælesti flagrasse cōcesserim: ita halitu lacus ifici terrā corrūpi superfusum spiritū: eoq; foetus segetū & autumnū putrescere reor: solo cæloq; iuxta graui: Et bellus amnis iudaico mari illabit̄ circa cuius os cōiectæ arenæ admixto vitro in Vitæ excoquunt̄: modicū id littus: & egerētibus in exhaustū: Magna pars Iudææ vicis dispergit̄: habēt & oppida: hierosolima gentis caput: Illic imensæ opulentiaē tēplum: & primis munimētis vrbs: dein iugis tēplum intimis clausum: ad fores tātum Iudeo aditus: Limine præter sacerdotes arcebant̄: dū asyrios penes Medosq; & persas oriēs fuit: despectissima pars seruentiū postq; Macedones præpotuere: rex Antiochus demere sup̄stitionē. & mores græcoꝝ dare adnixus: quo minus teterrimā gentem ī melius mutaret: Parthoꝝ bello phibitus est. Nā ea tēpestate Arsaces descuerat. Tum Iudei Macedonibus iualidis: parthis nundū adultis: & Romani pcul aberant: sibi ipsi reges iposuerunt. qui mobilitate vulgi expulsi: resumpta per arma dominatione: fugas ciuū vrbū euerfiones. fratꝝ: cōiugum: parentū neces: aliaq; solita regibus ausi: sup̄stitionē fouebant: q̄a honor sacerdotij firmamentū potētiæ assumebat. Romanorꝝ primus. Cn. Pom. Iudeos domuit. Tēplūq; iure victoriæ igressus ē. Inde vulgātū nullas intus deū effigies. Vacuā sedē: & inania archana. Muri hierosolimorꝝ diruti delubrū māsit. Mox bello ciuili interno: postq; in ditionē. M. Antonij puincia castellan: rex parthoꝝ pacorus Iudæa potitus: interfectusq; a. P. Vētidio: & Parthi trās euphratē redacti Iudeos. C. Sossius subegit. Regnū ab Antonio herodi datū victor Augustus auxit. Post mortē herodis: nihil expectato Cæsare Symon quidā regiū nomē iualerat. Is a Quintilio varo obtinēte Syriā punitus: & gentē coercitā liberi herodis tripartito rexere. Sub Tyberio quies. dein iussi a. C. Cæsare effigiē eius ī tēplo locare. arma potius sumpfere. quē motū Cæsaris mors diremit. Claudius defunctis regibꝰ: aut ad modicū redactis: Iudæā puincia equitibus romanis: aut libertis pmisit. e quibus scelix p oēm sauciā ac libidinē: ius regiū seruili ingenio exercuit. Drusilla cleopatra & Antonij nepte in matrimoniū accepta: vt eiusdē Antonij scelix pgener. Claudius nepos esset. durauit tñ patiētia Iudeis vsq; ad Gessū floꝝ procuratorē. Sub eo bellū ortū: & cōprimere reos cceptantē Cestiu gallū Syriæ legatū varia pcelia ac sapius aduersa excoepe. Qui vbi fato aut tedio occidit: missu Neronis Vespasianus fortuna fama: & egregijs ministris: iter duas æstates: cūcta cāpoꝝ: oēs: præter hierosolima

## LIBER. XX.

vibes: victore exercitu tenebat. Proximus annus ciuili bello intētus q̄tum ad Iudeos per ociū trāsiit. pace per Italiā parata: & externæ curæ rediere. Augebat iras: q̄ soli Iudei nō cessissent. Simul manere apud exercitus Titū: ad oēs principatus noui euentus casusue vtile videbat. Igit̄ castris vti dixim⁹: ante mœnia hierosolimorū positis: instruetas legiones ostētauit. Iudei sub ipsos muros struxere aciē rebus secūdis longius auri: & si pellerent̄ parato perfugio. Missus in eos eques cū expeditis cohortib⁹ ambigue certauit. Mox cessere hostes & sequētibus diebus crebra p̄ portis prælia sciebāt: donec assiduis dānis itra mœnia pellerent̄. Romani ad oppugnandū versi: neq; n. dignū videbat̄ famē hostiū operiri: poscebātq; picula: pars virtute: multi ferocia & cupidine præmiorū. Ipsi Titō roma & opes: voluptatesq; ante oculos: ac ni statim hierosolima cōciderēt: morari videbant̄. Sed urbē arduā situ opera moleq; firmauerāt: quis vel plana satis munirent̄. Nā duos colles in imēsū editos claudēbāt muri per artem obliqui: aut itrorus sinuati: vt latera oppugnatiū ad ictus patefcerēt. Extrema rupis abrupta: & turre vbi mōs iuuisset: i sexaginta pedes: iter deuexa: i cētenos. quoq; attolēbant̄: mira specie: ac p̄cul intuētibus pares. Alia itus mœnia regiæ circūiecta. Cōspicuoq; fastigio turris Antonia: in honorē. M. Antonij ab Herode appellata. Tēplū in modū arcis ppriiq; muri labore & opa: ante alios: ipse porticus quis tēplū ambiebat̄: egregiū ppugnaculū. Fons perēnis aquæ cauati sub terra mōtes. & piscinæ cisternaq; seruadis hymbribus. præuiderāt cōditores ex diuersitate morū crebra bella. Inde cū cta quis aduersus longū obsidiū: & a Pōpeio expugnatis: metus atq; vsus plæraq; mōstrauere. Atq; per auariciā claudianoꝝ tēporū: empto iure muniēdi: struxere muros in pace: tāq; ad bellū: magna colluue: & ceterarū vrbū clade aucti. Nā peruicacissimus q̄ illuc perfugerat: eoq; seditiosus agebāt. tres duces. totidē exercitus. extrema & latissima mœniū. Symo: mediā urbē Iohānes quē & Barbagiorā vocabant: Tēplū Eleazarus firmauerat. Multitudine & armis Iohannes ac Symo: Eleazarus loco pollebat. Sed prælia: dolus icēdiā iter ipsos: & magna vis frumētī ambusta. Mox Iohānes missis per speciē sacrificādi: q̄ Eleazarū manūq; eius obtruncarēt: tēplo potiū. Ita i duas factiones ciuitas discessit: donec ppinquātibus ro. bellū externū cōcordiā pararet. Euenērāt p̄digia quæ neq; hostijs: neq; votis piare fas hēt gens: superstitiōi obnoxia: religionibus aduersa. visæ per cælū cōcurrere acies: rutiliana arma: & subito nubī igne collucere tēplū. Expasæ repēte delubri fores: & audita maior humana uox: excedere deos. Simul ingēs motus excedentiū: quæ pauci in metu trahebāt. Plurib⁹ psuasio inerat: antiqs sacerdotū litteris cōtineri: eo ipso tpe fore: vt valesceret oriēs: p̄fectiq; Iudea retū potirētur. quæ ambages Vespasianū ac Titū prædixerāt. Sed uulgus mōre humanæ cupidinis: sibi tantā fatorū magnitudinē interpretati. ne aduersis qdē ad vera mutabant̄. Multitudinē obsessōꝝ oīs ætatis: virilis ac muliebris sex⁹ Ducētamilia fuisse accepim⁹. Arma cūctis: q̄ ferre possent: Et plures q̄ p̄ numero audebāt: Obstinatio uiris fœminisq; par. Ac si trāsferre sedes cogent̄: maior vitæ metus q̄ mortis. Hanc aduersus urbē gentēq; Cæsar Titus: qn̄ impetū & subita belli locus abnueret aggerib⁹ vineisq; certare statuit Diuidunt̄ legiōibus munia. & quies præliorū fuit: donec cūcta expugnādis viribus reperta apud ueteres: aut nouis igenijs struerēt. At Ciuilis post malā in treuiris pugna: repato per germaniā exercitu: apud vetera castra cōsedit. tut⁹ loco: & vt memoria psperarū illic reꝝ augescerēt barbarorū animi. Secutus ē eodē Cerialis duplicatis copijs: aduētū secūdæ &.xvi. &.xiiij. legionū. Cohortesq; & ala: iā pri dē accitē post victoriā p̄perauerāt. Neuter ducū cōtator. Sed arcebat latitudo caporū

suapte ingenio humentium. Addiderat Ciuilis obliquā in rhenum molem. cuius obiectu reuolutus amnis: adiacētibus. superfunderet. Ea loci forma incertis vadis subdola & nobis aduersa. Quippe miles ro. armis grauis: & nādi pauidus: germanos fluminibus suetos leuitas armorū: & pceritas corporū attollit. Igit̄ laceſſentibus Batauis ferocissimo cuiq; nostrorū cœptū certamen: deinde orta trepidatio cū præaltis paludibus arma equiq; haurirent: germani notis vadis persultabāt: omiſſa plerūq; fronte: latera ac terga circunueniētes: Neq; vt in pedestri acie cominus certabat: sed tanq; nauali pugna: vagi iter vndas: aut si qd stabile occurrebat: totis illic corporibus nitentes: vulnerati cū integris: periti nādi cū ignaris: in mutuā perniciē implicabant: Minor tñ q; p multu cades: qā non ausi egredi paludē germani in castra rediere: Eius prælij euētus vtrumq; ducē diuersis aī motibus ad maturandū summæ rei discrimē erexit: Ciuilis instare fortunæ: Cerialis abolere ignominiā: Germani pperis feroces: Romanos pudor excitauerat: Nox apud barbaros cātu aut clamore: nostris per irā & minas acta: Postera luce Cerialis equite & auxiliarijs cohortibus frontē explet: In secunda acie legiōes locate: Dux sibi delectos retinuerat ad iprouisa: Ciuilis haud porrecto agmine: sed cuneis astitit: Bataui Cugerniq; i dextro leua ac ppiora fluminis trāsrhenā tenuere: Exhortatio ducū: nō more cōtionis apud vniuersos: sed vt quosq; eorū aduehebant: Cerialis veterē ro. noīs gloriā: antiq; recētesq; victorias: vt pfidū: ignauū victū hostē: i ater nū excinderēt: vltiōe magisq; prælio opus eē. Pauciores nuper cū pluribus certasse: at tñ fusos germanos qd̄ roboris fuerit. Superesse q fugam aīs: qui vulnera tergo ferāt. Proprios inde stimulos legiōibus admouebat dōmitores Britāniæ quartadecimanos appellās. principē galbā sextæ legiōis auctoritate factū. Illa primū acie secundanos noua signa: nouaq; aquilā dicaturos. Hinc præuectus ad Germanicū exercitū manus tēdebat: vt suā ripā sua castra sanguine hostiū recuperaret. Alacrior oīum clamor: quis vel e longa pace prælij cupido: vel fessis bello pacis amor: præmiaq; & quies i posteris sperabant. Nec Ciuilis silentē struxit acie: locū pugnæ testē virtutis ciēs: Stare germanos Batauosq; super vestigia gloriæ: cineres ossaq; legionū calcātes. Quocūq; oculos romanus intēderet: captiuitatē: cladēq; & dira oīa obuersari. Ne terrerent vario treuiri prælij euētū: suā illic victoriā germāis obstitisse: dū omiſſis telis. præda manū ipe diunt. Sed cūcta mox psp̄era & hosti cōtraria euenisse quæ puideri astu ducis oportuerit. præuidisse: cāpos madētes: & ip̄s gnaros. paludes hostibus noxias. Rhenū & germāiæ deos i aspectu: quorū numie capeſſerēt pugnā: cōiugū parētū: patriæ memores. Illū diē aut gl̄iosissimū iter maiores: aut ignominiosū apd̄ posteros fore vbi sonorū armorū tripudijq;: ita illis mos: approbata sūt dicta: saxis glādibusq; & cæteris missilibus pl̄iū icipit. neq; nro milite paludē ingrediēte & germāis ut eluderēt laceſſētib⁹. Absuptis q̄ iaciūt: & ardescēte pugna: pcurſū ab hoste ifesti⁹ imēſis corpibus: & plōgis hastis. Fluitātēq; militē eminus fodiebāt. simul e mole quā euctā i rhenū rettulim⁹. Bructerorū cuneus trāsnatauit Turbata ibi res. & pellebat sociarū cohortiū acies: cū legiones pugnā excipiūt: suppressaq; hostiū ferocia. præliū exequat. Inter q̄ perfuga Batauus adiit Cerialē: terga hostiū pmittēs si extremo paludis eques mitteret. Solidū illa: & Cugernos qbus custodia obuēſſet: parū intētos. Duæ alæ cū perfuga missæ i cauto hosti circūfundūtur. quod vbi clamore cognitū legiōes a frōte icubuerē. pulsiq; germani: rhenū fuga petebāt. Debellarū eo die foret: si ro. classis seq̄ maturasset. Ne eques quidē istitit: repēte fusis hymbribus: & ppinqua nocte. Postera die. xiiij. legio i superiorē puinciā Gallo annio missa: Cerialis exercitū. x. ex hispania legio suppleuit.

Ciuili chaucorū auxilia uenere: non tamen ausus oppidum Batauorū armis tueri. Raptis quæ ferri poterant: cæteris iniecto igni, in insulâ cōcessit: gnarus deesse naues efficiendo ponti: neq; exercitum ro. aliter transmissurū. quin & diruit molē a Druso germanico factam. Rhenumq; pno alueo in galliam ruentem disiectis, quæ morabantur effudit. Sic uelut ablato amne tenuis alueus insulam iter germanosq; cōtinentium terræ speciē fecerat. Transiere thenū Tutor quoq; & Classicus: & centū. xiiij. Treuiroꝝ senatores: in quibus fuit Alpinus montanus: quē a primo Antonio missum in Gallias superius memorauimus. Comitabat eum frater, D. Alpinus. Simul cæteri miseratione ac donis auxilia cōcibant: inter gētes periculorū auidas. Tantūq; belli superfuit: ut præsidia cohortium: alarū: legionū modicis villis quadripartita inuasent. Decimā legionem Arenaci: secundam Batauoduri & Grinnes Vadamq; cohortiū alarumq; castra: Ita diuisis copijs: ut ipse & uerax sorore eius genitus, Classicusq; ac. Tutor suam quisq; manum traherent. Nec oīa patrandi fiducia: sed multa ausis aliqua ī parte fortunam affore. Simul Cerialem: neq; satis cautum: & pluribus nuncijs huc illuc curlantē: posse medio ītercipi. Quibus obuenerant castra decumanorū: oppugnationem legionis arduā rati: egressum militē & cedendis materijs operatum turbauere: occiso præfecto castrorū & quinq; primoribus centurionum: paucisq; militibus. Cæteri se munimētis defendere. Et interim germanorū manus Batauoduri irrumperē inchoatū pontem nitabant. Ambiguum proeliū nox diremit. plus discriminis apud Grinnes Vadamq; Vadam Ciuilis: Crinnes classicus oppugnabāt. nec listi poterant: īterfecto fortissimo quoq; In quis Briganticus præfectus alæ ceciderat. quē fidum romanis & Ciuili auunculo īsensum diximus. Sed ubi Cerialis cum delecta equitū manu subuenit: uersa fortuna. Præcipites germani ī amnem agunt. Ciuilis dū fugientes retētat: agnitus: petitusq; telis: relicto equo: transnatauit. Idē germanis effugiū. Tutorem Classicumq; apulsæ lintres vexere. Ne tū quidē romana classis pugna affuit. & iussum erat. Sed obstitit formido & remiges per alia militiæ mūia dispersi. Sane Cerialis pagē tpsis ad exequēda īperia dabat: subitus cōsilijs: sed euentu clarus. Aderat fortuna ēt: ubi artes defuissent hinc ipsi exercituiq; minor cura disciplinæ. Et paucos post dies quanq; periculum captiuitatis euasisset: īfamiam nō uitauit. Profectus Nouesiū Bōnamq; ad uisenda castra: quæ hyematuris legionibus erigebant: nauibus rē eabat disiecto agmine: ī curiosis uigilijs: Animaduersum id germanis: & īfidias cōposuere. Electa nox atra nubibus: & pno amne rapti: nullo phibente vallum ineunt. Prima cædes astu adiuta: ī cisis tabernaculorū funibus. suis met corijs coopertos trucidabant: aliud agmen turbare classē: īijcere uincla: trahere pupes. Utq; ad fallendū silentio: ita ccepta cæde: & quo plus terroris adderent: cūcta clamoribus miscebant. Romani uulneribus excitī: quærūt arma: ruūt per uias: pauci ornati militariter: plariq; circū brachia torta veste & strictis mucronibus. dux semisomnis ac prope intectus: errore hostiū seruat. Nāq; prætoriā nauem: vexillo insignem illic ducē rati abripiunt. Cerialis alibi noctē egerat: ut plariq; credidere ob stuprū Claudiæ sacratæ mulieris. ubi & uigiles flagitiū suū ducis dedecore accusabant: tanquā iussi silere: ne quietem eius turbarent. Ita intermissos signo: & uocibꝫ: se quoq; in somnum lapsos Multa luce reuecti hostes captiuis nauibus: prætoriam triremē flumine Impia: domum Velledæ traxere. Ciuilem cupido incessit: naualem aciem ostentandi. Complet quod biremium: quæq; simplici ordine agebant. Adiecta ingens lincū uis: ad tricenos quadragenosq; ceu armamēta lyburnicas soli haud indecore p uelis iuuabant. Spacium uelut equoris electum: quo Mo

sã fluminis amnem Rhenus oceano affundit. Causa instruendæ classis: super insitam  
 genti vanitatem: vt eo terrore cõmeatus gallia aduentantes iterciperent. Cerialis mira  
 culo magisq̃ metu, direxit classem: numero iparem: vsu remigum: gubernatorũ arte:  
 nauium magnitudine potioem. Is flumine secũdo Illi vento agebant. Sic puecti ten  
 tato telorũ iactu dirimunt. Ciuilis nihil vltra ausus: transhenũ cõcessit. Cerialis insulã  
 Batauorũ hostiliter populatus: agros villasq̃ Ciuilis: intactos nota arte ducũ sinebat:  
 cũ iterim fluxu autumnũ: & crebris pluuiãlibus hymbribus superfusus amnis palustrẽ  
 humilemq̃ insulã in faciẽ stagni oppleuit. Nec classis aut cõmeatus aderant. Castraq̃  
 in plano sita vi fluminis deferebant. Potuisse tũc opprimi legiões: & voluisse germa  
 nos: sed dolo a se flexos iputauit Ciuilis. Neq̃ abhorret vero. qñ paucis post dieb⁹ de  
 ditio infecuta ẽ. Nã Cerialis per occultos nuncios Batauis pacẽ: Ciuili veniã ostentã:  
 Velledam p̃p̃inuosq̃ monebat: fortunã belli tot cladib⁹ aduersam: opportuno er  
 ga populũ romanũ merito mutare. Casos Treuiros: receptos Vbios. ereptã Batauis  
 patriã neq̃ aliud Ciuilis amicicia peractũ: q̃ vulnera fugas: luctus: exulẽ cum & extor  
 rem: recipientib⁹ oneri: & satis peccauisse q̃ totiens Rhenũ transcẽderint. Si qd vltra  
 moliant: inde iniuriã & culpã: hinc vltionem & deos fore Miscebant minis p̃missa:  
 & concussa transhenanorũ fide: inter Batauos quoq̃ sermones orti: non progandam  
 vltra ruinam. nec posse ab vna natione totius orbis seruitiũ depelli. quid perfectũ cede  
 & incendijs ligionũ: nisi vt plures validioresq̃ accirentur? Si Vespesiano bellum naua  
 uerint: Vespesianum rex potiri. Sin populũ romanũ armis puocent: quotam partẽ  
 generis humani Batauos esse? Respicerent Rhetos Noricosq̃: & ceterorũ onera socio  
 rum. Sibi non tributa: sed virtutes & viros indici. Proximũ id libertati. Et si dominorũ  
 electio sit. honestius p̃cipes romanorũ: q̃ germanorũ scẽminas tolerari. Hec vulgus.  
 Proceres atrociorẽ Ciuilis rabie: semet in arma trufos. Illum domesticis malis: excidi  
 um gentis opposuisse: Tunc infensos Batauis deos: cũ obsiderent legiones: interficerẽ  
 tur legati. bellũ vni necessarium: ferale ipsis sumeret. Ventum ad extrema ni resipisce  
 re incipiant. & noxij capitis pœna: penitentiam fateant. Non fefellit Ciuilem eã incli  
 natio: & p̃æuenire statuit: super tedium malorũ: ẽt spe vitæ: quæ plarumq̃ magnos  
 animos infringit. Petito colloquio: scindit Nabalix fluminis pons. In cuius abrupta  
 p̃gressi duces. Ciuilis ita cœpit. Si apud Vitellij legatũ defenderet: neq̃ factõ meo ve  
 nia: neq̃ dictis fides debebat. Cunctã iter nos inimica. hostilia ab illo cœpta a me au  
 ta erãt. Erga Vespesianũ vetus mihi obseruãtia: & cũ priuatus esset: amici vocabamur  
 Hoc primo Antonio notũ: cuius epistolis ad bellũ accitus sum: ne germanicæ legiões  
 & gallica iuuentus alpes trãscenderet. Quæ Antonius absens Flaccus p̃æsens mone  
 bat: arma in germania mouit: quæ mutianus i Syria: Aponius in Mezia: Fabianus in  
 Pannonia.

Finis. xxi. Libri.

CORNELII TACITI ILLVSTRISSIMI HISTORICIDE SITV MO  
 RIBVS ET POPVLIS GERMANIAE LIBELLVS AVREVS.

Germania omnis a Gallis rhatijsq̃ & p̃ãnonijs: rheno & Danubio  
 fluminibus: a sarmatis dacisq̃ mutuo metu aut mõtibus separat.  
 Cætera oceanus ambit latos sinus & insularum immensa spacia cõ  
 plectens: Nuper cognitõs quibusdã gentibus: ac regibus: quos bel  
 lum aperuit. Rhenus rhaticarum alpium iaccessõ ac p̃æcipiti ver  
 tice ortus: modico flexu in occidentem versus septentrionali occa

Rhemi ortus



no miscetur Danubius molli & clementer edito montis. Arbonæ iugo effusus plures  
 populos adit: donec in ponticū mare sex meatibus erūpit. Septimū enim os paludi-  
 bus hauritur. Ipsos Germanos indigenas crediderim: minimeq; aliarū gentiū aduen-  
 tibus & hospitij mixtos: quia nec terra olim: sed classibus aduehebant qui mutare se  
 des quærebant: & imensus ultra (vtq; sic dixerim) aduersus oceanus raris ab orbe nro  
 nauibus adit. Quis porro p̄ter periculū horridi & ignoti maris. Asia aut Africa aut  
 Italia relicta Germaniā peteret. informem terris asperā cælo tristem cultu aspectuq;  
 nisi si patria sit: celebrant carminibus antiquis (quod vnū apud illos memoriæ & an-  
 naliū genus sit) Tuistonē deum terra editū & filium Mānum originē gentis cōdito-  
 risq;. Māno tris filios assignant: equoz; noibus proximi Oceano Ingaeuones: Medij  
 Hermiones: Cæteri Istacuones vocent̄. Quidam aut licētia vetustatis pluris deo or-  
 tos: pluresq; gentis appellationes: Marfos: Gābriuios: Sueuos: Vandalos affirmāt:  
 Ea; vera & antiqua noīa Cæterū Germaniæ vocabulū recens: & nuper additū: quoni-  
 am qui primi Rhenū transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri: nūc Germani vo-  
 cati sint. Ita nationis nomē: non gētis eualuisse paulatim: vt oēs primum a victore ob-  
 metū: mox a seipsis inuento noīe Germani vocarētur. Fuisse apud eos & Herculē me-  
 morant: Primumq; oīum virorum fortīū ituri in plia canunt. Sūt illis hæc quoq; car-  
 mina: quorum relatu: quem Baritum vocant: accendunt aīos: futuræq; pugnæ fortu-  
 nam ipso cantu augurantur: Terrēt enim: trepidantue: prout sonuit acies. Nec tā vo-  
 ces illæ q̄ virtutis concentus videntur. Affectat̄ p̄cipue asperitas soni. & fractum mur-  
 mur obiectis ad os scutis: quo plenior & grauior vox repercussu itumescat. Cæterum  
 & Vlyxem quidā opinantur longo illo & fabuloso errore in hunc oceanum delatum  
 adisse Germaniæ terras. Asciburgiumq; quod in ripa Rheni situm hodie incolitur ab  
 illo constitutum nominatumq;.

Aram quinetiam Vlyxi cōsecratā adiecto laertæ patris noīe eodē loco olim repertā.  
 monumentaq;: & tumulos quosdam græcis litteris inscriptos in confinio Germaniæ  
 Rhætiæq; adhuc extare. q̄ neq; confirmare argumētis: neq; refellere in aīo est. Ex inge-  
 nio suo quisq; demat: vel addat fidē. Ipse eoz; opinionibus accedo: qui Germaniæ po-  
 pulos nullis alijs aliarū nationū connubijs infectos ppriā: & sinceram & tantū sui si-  
 milem gentē extitisse arbitrant̄. Vnde habitus quoq; corpore q̄q; in tanto hoīum nūe-  
 ro idem: oībus truces & cærulei oculi: rutilæ comæ: magna corpora: & tantū ad ipe-  
 tum valida. laboris atq; ope; non eadē patiētia. minimeq; sitim æstumq; tolerare: fri-  
 gora atq; inediā cælo soloue assueuerunt. Terra & si aliquanto specie differt: in vniuer-  
 sum tamē aut syluis horrida: aut paludibus fœda: humidior qua gallias: ventosior q̄  
 noricum ac pānoniam aspicit. satis ferax: frugiferarum arborū impatiens: pecorū fœ-  
 cunda: sed plerunq; improcera. ne armentis quidem suus honor: aut gloria frōtis. nu-  
 mero gaudent: exq; solæ & gratissimæ opes sunt. Argentum & aurum propitij an ira-  
 ti dii negauerint: dubito. Nec tamen affirmauerim nullam germaniæ venam argen-  
 tum aurumue gignere: quis enim scrutatus est: possessione & vsu haud proinde affi-  
 ciuntur. Est videre apud illos argentea vasa legatis & principibus eorum muneri data  
 non in alia vilitate: q̄ quæ humo finguntur. q̄q; proximi ob vsu commerciorum au-  
 rum & argentum in pretio habent: formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt:  
 atq; eligunt: Interiores simplicius & antiquius permutatione mercium vtuntur. pe-  
 cuniam probant veterem & diu notam ferratos bigatosq;. Argentum quoq; magis q̄  
 aurū sequuntur nulla affectione animi: sed quia numerus argēteorum facilius vsui est

Danubius  
Indigena

Mānus

Germani un-

baritus qd

Vlyxes in grem

& Inpicio qd t de  
st auliat fid

Capa tm ad imp  
ualida

Frugiferarū arborū  
impatiens

Argentea vasa  
vilit

permutatio mercium  
Scrutati bigati

promiscua ac vilia mercantibus. Ne ferrum quidem superest: sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladijs: aut maioribus lanceis vtuntur. hastas: vel ipforum vocabulo frameas gerunt angusto & breui ferro: sed ita acri & ad vsum habili: vt eodem telo: p ut ratio poscit vel cominus vel eminus pugnent: & eques quidē scuto: frameaq; contē tus est. pedites & missilia spargunt: plura singuli: atq; in imēsum vibrant: nudi aut sa gulo leues. nulla cultus iactatio. Scuta tm̄ lectissimis coloribus distinguunt. paucis lorica. Vix vni: alteriue cassis: aut galeæ. Equi nō forma: non velocitate conspicui: sed nec variare gyros in morem nostrum docētur. In rectum aut vno flexu dextros agūt ita coniuncto orbe: vt nemo posterior sit. in vniuersum æstimati plus penes peditem roboris: eoq; mixti pœliantur: apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditem: quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Diffinitur & numerus: Centeni ex singulis pagis sunt. Idq; ipsum inter suos vocantur. & quod primo nume rus fuit. iam nomen & honor est. Acies per cuneos componitur. cedere loco: dū mo do rursus instes: consilij q̄ formidinis arbitrantur. Corpora suorū etiam in dubijs pœ lijs referunt. Scutum reliquisse præcipuum flagitium: nec aut sacris adesse. aut concilium inire ignominioso fas. multiq; superstites belloꝝ infamiam laqueo finierūt. Re ges ex nobilitate. Duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita ac libera potestas. & duces exemplo potius q̄ imperio: si prompti: si conspicui: Si ante aciem agāt admira tione præfunt. Ceterū neq; animaduertere: neq; vincere: neq; verberare quidem nisi sa cerdotibus permissum non quasi in pœnam nec ducis iussu: sed velut deo imperante: quem adesse bellantibus credunt: effigiesq; & signa quædam detracta lucis in pœli um ferunt: quodq; præcipuum fortitudinis incitamentum est non casus: nec fortuita conglobatio turma: aut cuneum facit: sed familiæ & p̄pinq; & in proximo pi gnora: Vnde vlulatus fœminarū audiri: vnde vagitus infantū. hi cuiq; sanctissimi tes tes: hi maximi laudatores. Ad matres: ad coniuges vulnera ferunt. nec illæ numera re: nec exigere plagas pauent. cibosq; & hortamina pugnatibus gestant. Memoria p ditur quædam acies inclinatas iam & labātes a fœminis restitutas constantia precum & obiectu pectorū & monstrata cominus captiuitate: quā longe impatientius fœmi narū suarū nomine timent: adeo vt efficacius obligētur animi ciuitatū: quibus inter ob sides puellæ quoq; nobiles imperātur. Inesse quinetiam sanctū aliquid: & prouidū pu tant. nec aut cōsilia earū aspernantur: aut respōsa negligunt. Vidimus sub diuo Vespē siano Velledam diu apud plærosq; numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam & compluris alias venerati sunt non adulatione: nec tanquam facerent deas. Deorū ma xime Mercurium colunt: cui certis diebus: humanis quoq; hostijs litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Sueuorum & Isidi sacri ficat. Vnde causa & origo peregrino sacro parum compi: nisi quod signum ipsum in modum liburnæ figuratum docet adiectam religionem. Ceterum nec cohibere parie tibus deos: neq; in vllam humani oris speciem assimilare ex magnitudine cælestiū ar bitrantur: Lucos ac nemora consecrant: deorumq; nominibus appellant. secretum il lud: quod sola reuerentia vidēt. Auspicia: sortesq; vt qui maxime obseruāt. Sortiū cō suetudo simplex. virgā frugiferæ arbori decisam in surculos amputāt: eosq; notis qui busdā discretos super candidā vestē temere ac fortuito spargūt. mox si publice cōsulē tur: sacerdos ciuitatis: sin priuatim. ipse pater familiæ precatus deos cælūq; suspiciens ter singulos tollit: sublato s̄m impressam ante notā interpretatur. Si prohibuerunt nulla de eadem re in eundem diem consultatio. Sin permissum: auspicioꝝ adhuc

Frameas  
iumentis

ne uauat gyros in  
morem nostrum

Acies p cuneos

Duces ex uirtute sumunt

Acies labātes a fœminis  
restitutas

obsides puellæ

Velleda

Sueui Isidi sacrificant

Lucos consecrant

Sortes ut q maxime  
obseruāt

fides exigitur. & illud quidem etiam hic notum: auium voces: volatusque interrogare. Proprium gentis equorum quoque praesagia ac monitus experiri. publice aluntur iisdem moribus ac lucis candidi & nullo mortali opere contacti: quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitatur. hinnitus ac fremitus observant. Nec vili auspicio maior fides non solum apud plebem: sed apud proceres apud sacerdotes. Se enim ministros deorum: illos conscios putant. Est & alia observatio auspicio: qua gravium bellorum eventus explorant. Eius gentis cum qua bellum est captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patris quorumque armis committunt. Victoria huius: vel illius pro praedicio accipitur. De minoribus rebus principes consulunt: de maioribus omnes: ita tamen ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium est: apud principes tractentur. Coeunt: nisi quid fortuitum & subitum incidit certis diebus: cum aut impleatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspiciatissimum initium credunt. nec dierum numerum ut nos: sed noctium computant. Sic constituunt sic condicunt nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium: quod non simul: nec iussi conveniunt: sed & alter: & tertius dies cunctatione coeuntium absumentur. Ut turbae placuit: confidunt armati. Silentium per sacerdotes: quibus tum & coercendi ius est: imperatur. Mox rex vel princeps. putat aetas cuique: prout nobilitas: putat decus bellorum: putat facundia est: audiunt auctoritate suadendi magisque iubendi potestate. Si displicuit sententia fremitu aspernatur. Sin placuit: frameas concutiunt. honoratissimum assensus genus est armis laudare. licet apud concilium accusare quoque & discrimen capitis intendere. Distinctio poenae ex delicto. proditores & transfugas arboribus suspendunt. Ignavos & imbelles & corpore infames caeno ac palude iniecta insuper crate mergunt. Diversitas supplicij illuc respicit tanquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur. flagitia abscondi. Sed & levioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumque numero convicti multantur. pars multae regi vel civitati. pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exoluitur. Eliguntur in iisdem conciliis & principes: qui iura per pagos vicisque reddunt. Ceteri singulis ex plebe comites concilium simul & auctoritas adsunt. Nihil autem neque publicae neque privatae rei: nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiusque moris: quam civitas suffectorum probaverit. Tum cum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus scuto frameaque iuvenem ornant. haec apud illos toga: hic primus iuventutis honos. ante hoc domus pars videntur: mox reipublicae insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant. Ceteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur. nec rubor inter comites aspicitur. Gradus qui etiam ipse comitatus habet iudicio eius quem sectantur. Magnaque & comitum aemulatio: quibus primus apud principem suum locus: & principum. Cui plurimi & acerrimi comites. haec dignitas: haec vires magno semper electorum iuvenum globo circumdari. in pace decus: in bello praesidium. nec solum in sua gente cuique: sed apud finitimas quoque civitates id nomen ea gloria est: si numero ac virtute comitatus emineat. Expetunt enim legationibus & muneribus ornantur: & ipsa plerumque fama bella profligant. Cum ventum in aciem: turpe principi virtute vinci. turpe comitatus virtutem principis non equare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere tueri: sua quoque fortia facta gloriae eius assignare. principum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant: Comites pro principe. Si civitas in qua orti sunt longa pace & ocio torpeat. plerumque nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes quae tum bellum aliquod gerunt: quia & ingrata genti quies: & ut facilius in-

*Equorum praesagia*

*Bellorum praesidia  
captivi et pro  
duello*

*Consulunt in Luna  
Aut impletur  
Huius noctium*

*putat aetas cuique*

*Si placuit frameas  
quae concutiunt*

*Scelera ostendi  
Flagitia abscondi*

*Ipse ipsi qui vindicatur*

*Omnia armati agunt*

*Comitatus aemulatio*

*In pace decus  
bello praesidium*

*Fama bella profligant*

*probrosam superstitem*

*Ingrata genti quies*

ter ancipitia clarescant. magnumq; comitatum non nisi vi belloq; tueare. exigūt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum: illam cruentam victricemq; frameam. Nam epulæ & conuictus quanq; incompti largi: tamen apparatus pro stipendio cedunt. Materia munificentia per bella & raptus: nec arare terram aut expectare annum tam facile per suaseris: q̄ vocare hostes & vulnera mereri. pigrū quinimo & iners videtur sudore acquirere: quod possis sanguine parare. Quotiens bella non ineūt: nō multum venatibus: plus per ocium tranligūt: dediti somno: ciboq; fortissimus quisq; ac bellicosissimus nihil agens. delegata domus & penatium & agrorum cura scēminis senibusq; & infirmissimo cuiq; ex familia. Ipsi habent miram diuersitatem nature: cum iidem homines sic ament inertiam & oderint quietem. Mos est ciuitatibus vltro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugū: quod pro honore acceptū etiam necessitatibus subuenit. Gaudent præcipue finitimarum gētium donis: quæ nō modo a singulis: sed publice mittuntur: Electi equi: magna arma: phalera: torquesq; iam & pecuniam accipere docuimus. Nullas germanorum populis vrbes habitari satis notum est ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi: vt fons: vt campus: vt nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem connexis & coherentibus ædificijs. Suam quisq; domum spacio circumdat siue aduersus casus ignis remedium: siue inscitia ædificandi. Ne cementorum quidem apud illos aut regularum vsus. Materia ad omnia vtuntur informi: & citra speciem aut delectationem. Quædā loca diligentius illinunt terra ita pura & splendente: vt picturam ac liniamēta colorū imitetur. Solēt & subterraneos specus aperire. eosq; multo insup fimo onerāt suffugiū hyemi & receptaculum frugibus. quia rigorem frigorū eiusmodi locis molliunt & si q̄n hostis aduenit aperta populatur. Abdita autem & defossa aut ignorantur: aut eo ipso fallunt: quod quaerenda sunt. Tegumen omnibus sagum, fibula: aut si deficit: spina consertum. Cætera intecti totos dies iuxta focum atq; ignem agunt. Locupletissimi veste distinguntur non fluitante sicut sarmatæ ac parthi: sed stricta & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles proximi ripæ negligenter: Vltiores exquisitius: vt quibus nullus per cōmercia cultus. Eligunt feras: & detracta velamina spargunt maculis: pellibusq; belluarum: quas exterior oceanus: atq; ignotū mare gignit. nec alius scēminis q̄ viris habitus: nisi q̄ scēminæ sæpius lineis amictibus velant: eosq; purpura variant: partemq; vestitus superioris in manicas non extēdunt: nude brachia ac lacertos. sed & pxima pars pectoris patet: q̄q; seuera illic matrimonia nec vllā morū partem magis laudaueris. Nam ppe soli barbarorū singulis vxoribus contēti sūt: exceptis admodum paucis. qui non libidine: sed ob nobilitatē plurimis nuptijs ambiuntur. Dotē non vxor marito: sed vxori maritus offert. Inter sunt parētes & propinq; ac munera probāt. Munera nō ad delicias muliebres quæsitæ: nec quibus noua nupta comat: sed boues & frenatum equum: & scutū cum framea: gladioq;. In hæc munera vxor accipit: atq; inuicem ipsa armorū aliquid viro offert. hoc maximū vinculum: hæc arcana sacra: hos coniugales deos arbitrātur: ne se mulier extra uirtutum cogitatōes: extraq; belloꝝ casus putet. Iplis incipiētis matrimonij auspicijs admonetur: uenire se laborum periculorūq; sociam: idem in pace: idē in prælio passuram aufurāq;. hoc iuncti boues: hoc paratus equus. hoc data arma denūciant. Sic uiuendū: sic pereundum accipere se quæ liberis inuiolata: ac digna reddat: quæ nurus accipiant: rursus quæ ad nepotes referantur. Ergo septa pudicia agunt: nullis spectaculorum illecebris: nullis conuiuiorum irritationibus corruptæ. Litterarum secreta uiri pariter ac scēminæ

Comitatus inuoluntarij  
largi sūt

Delegata domus  
fuit

Colunt discreti

Sua quisq; domum  
spacio circumdat

ut astra spem

suffugiū hyem

signū tegumē

est stricta et singulos  
artus exprimente

Dotē uxori maritus  
offert.

Dotē uxori maritus  
offert.

ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria: quoque poena praesens: & maritus permessa. accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus: ac per omnem vicum verberare agit. Publicata. n. pudicitiae nulla venia: non forma non aetate: non opibus maritum inuenit. Nemo. n. illic vitia ridet. nec corrumpere & corrupti seculum vocatur. Melius quidem adhuc ea ciuitates: in quibus tantum virgines nubunt: & cum spe: votoque uxoris semel transigitur. Sic vnum accipiunt maritum quomodo vnum corpus: vnamque vitam: ne vlla cogitatio ultra: ne longior cupiditas: ne tanquam maritum: sed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire: aut quem ex agnatis necare flagitium habetur: plusque ibi boni mores valent: quam alibi bonae leges. In omni domo nudi ac sordidi. In hos artus: in haec corpora: quae miramur excrescunt. Sua quaeque mater verberibus alit: nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac seruum nullis educationis delitijs dignoscas. Inter eadem pecora in eadem humo degunt: donec aetas separet ingenuos: virtus agnoscat. Sera iuuenum venus: eoque inexhausta pubertas nec virgines festinantur. eadem iuuenta: similis proceritas pares valideque miscuntur: ac robora parentum liberi referunt. Sororum filijs idem apud auunculum: quia ad patrem honor. Quidam sanctiore arctioreque hunc nexum sanguinis arbitrantur & in accipiendis obsidibus magis exigunt: tanquam & in animum firmiter & domum latius teneant. heredes tamen successoresque sui cuique liberi: & nullum testamentum. Si liberi non sunt: proximus gradus in possessione: fratres: patruus: auunculi. quanto plus propinquorum: quo maior affinium numerus: tanto gratior senectus. nec vlla orbitatis pretia. Suscipere tam inimicicias seu patris seu propinqui: quam amicicias necesse est. nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero. recipitque satisfactionem vniuersa domus: vtiliter in publicum: quia periculosiores sunt inimiciciae iuxta libertatem Conuictibus & hospitibus non alia gens effusius indulget. Quem cumque mortaliu arcere tecto nefas habetur. pro fortuna quisque apparatus epulis excipit. Cum defecere: qui modo hospes fuerat monstrator hospitij & comes: proximam domum non inuitati adeunt. nec interest: pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque quantum ad ius hospitis nemo discernit. Abeunt si quid poposcerit: concedere moris: & poscendi inuicem eadem facilitas Gaudet muneribus. sed nec data imputant. nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. statim e somno. quem plerumque in die extrahunt lauatur: saepius calida: vt apud quos plurimum hyems occupat lauti cibum capiunt. Separatae singulis sedes: & sua cuique mensa. Tum ad negocia. nec minus saepe ad conuiuia procedunt armati. diem: noctemque continuare potando nulli probrum. Crebrae vt inter vinolentos rixae. Raro conuictijs: saepius caede & vulneribus transiguntur. Sed de reconciliatis inuicem inimicicijs: & iungendis affinitatibus. & ad discendis principibus: de pace denique ac bello plerumque in conuictijs consultat: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus: aut ad magnas irascatur. Gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta pectoris licentia ioci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur. & salua vtriusque temporis ratio est. Deliberat: dum fingere ne sciunt. Constituunt dum errare non possunt. potui humor ex ordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus: proximi ripae & vinum mercantur. Cibi simplices: agrestia poma. recens fera: aut lac concretum: sine apparatu: sine blandimentis expellunt famem aduersus sitim non eadem temperantia. Si induleris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt haud minus facile vitijs quam armis vincunt. Genus spectaculorum vnum atque in omni coetu idem. Nudi iuuenes quibus id ludicrum est inter gladios se

pena adultera  
ponit

Corrupta a  
pi seculum vocatur

Plus ibi boni mores  
quam alibi bonae leges

Sera iuuenum  
venus

Nullum testamentum

Nulla orbitatis pretia

hospitibus indulget

Haec data imputant  
acceptis obligantur  
Victus inter hospites  
comis

Sua cuique mensa

In conuictijs

Aperit secreta pectoris  
licentia ioci

Potui humor ex  
ordeo aut frumento

Inter gladios se

atq; infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem parat: ars decorē: non in quāstū  
tū aut mercedem: quāuis audacis lasciuia precium est voluptas spectātium. Aleā quod  
mirere sobrii inter serua exercent tanta lucrandi perdēdiue temeritate vt cū omnia de  
fecerūt: extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contēdant. Victus vo  
lūtariam seruitutē adit. Quauis iunior: quāuis robustior alligari se ac vanire patit:  
Ea est in re praua peruicacia: Ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius per cōmer  
cia tradunt: vt se quoq; pudore victoriā exoluāt. Ceteris seruis non in nostrū morem  
descriptis per familiam ministerijs vtuntur. Suam quisq; sedem: suos penates regit.  
Frumenti domum dominus aut pecoris aut vestis vt colono iniūgit: & seruus hacte  
nus paret: Cetera domus officia vxor ac liberi exequuntur. Verberare seruum: ac vin  
culis & opere coercere rarum. Occidere solent non disciplina & seueritate: sed impetu  
& ira vt inimicum: nisi quod impune est. Liberti non multum supra seruos sunt. Ra  
ro aliquod momentum in domo: nunq; in ciuitate exceptis duntaxat ijs gētibus: quā  
regnantur: Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt: Apud ceteros im  
pares libertini libertatis argumentum sunt. scenus agitare & in vsuras extendere igno  
tum: Ideoq; magis seruatur q̄ si vetitum esset. Agri pro numero cultorum ab vniuer  
sis per vices occupantur: quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. facili  
tatem partiendi camporum spacia prāstant. Arua per annos mutāt: & superest ager.  
nec. n. cum vbertate & amplitudine soli laborare contēdunt vt pomaria conserant: &  
prata separent & hortos rigent: Sola terrā seges imperatur. Vnde annū quoq; ipsum  
non in totidem digerunt species. hyems & ver & aestas intellectū ac vocabula habent:  
Vtumni perinde nomen ac bona ignorantur. Funerū nulla ambitio. Id solum obser  
uatur: corpora clarorū virorum certis lignis cremantur. Struem rogi nec vestibus nec  
odoribus cumulant: sua cuiq; arma: quorundam igni & equus adijcitur. Sepulchrū  
cespes erigit. Monumentorum arduum & perperosum honorem vt grauem defun  
ctis aspernantur. Lamenta ac lachrymas cito: dolorem & tristitiam tarde ponunt.  
Eceminis lugere honestum est: Viris meminisse. Hac in cōe de omnium Germanorū  
origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta ritusq; quatenū  
differant: Quē nationes e Germania in gallias commigrauerint expediā. Validiores  
olim gallorum res fuisse summus auctorū diuus Iulius tradit. eoq; credibile est eti  
am gallos in Germaniam transgressos. Quātulum. n. annis obstabat: quominus vt  
quēq; gens eualuerat occuparet permutaretq; sedes promiscuas adhuc & nulla regno  
rum potentia diuersas: Igitur inter Hercyniam syluam: Rhenūq; & Moeni amnes  
heluetij: Vltiora Boij: Gallica veraq; gens tenuere. Manet adhuc Boiemī nomen si  
gnificatq; loci veterem memoriam quāuis mutatis cultoribus. Sed vtrū Araniscī in Pā  
noniam ab osis germanorum natione: an osi ab Araniscis in germaniam commigra  
uerint: cum eodem adhuc sermone institutis moribus vtantur. incertum est: quia pa  
ri olim inopia ac libertate eadem vtriusq; ripae bona malaque erant. Treuiri & Neru  
li circa affectationem Germaniā originis vltro ambitiosi sunt: tanquam per hanc glo  
riam sanguinis a similitudine & inertia gallorum separentur. Ipsam rheni ripam haud  
dubie germanorū populi colunt Vangiones Treboci Nemetes Vbij quidem quāq;  
Romana colonia esse meruerint: ac libentius Agrippinenses cōditoris sui nomine vo  
centur. origine erubescunt. Transgressi olim & experimento fidei super ipsam rheni ri  
pam collocati: vt arcerent non vt custodirent. Omnium harum gentium virtute prae  
cipui bataui non multū ex ripa: sed insulam rheni amnis colunt: Chattorum quondā

Ludendi in Alea  
Temptata

Quam prauam ipi  
se vocant

Verberare seruum

quis agit ignotum

Sola terra seges imperatur

Vtumni perinde nomen ac bona ignorantur

Monumentorum arduum & perperosum honorem vt grauem defunctis aspernantur

Eceminis lugere honestum est: Viris meminisse

Summus auctorū diuus Iulius

Bohem unde

Agrippinenses

Bataui

populus: & seditione domestica in eas sedes transgressus: in quibus pars romani imperij fierent. Manet honos: & antiquae societatis insigne nam nec tributis contemnuntur: nec publicanus atterit: exempti oneribus & collationibus: & tantum in usum praecelliorum sepositi velut tela atq; arma bellis referuantur. Est in eodem obsequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperij reuerentiam. Ita sede finibusque in sua ripa: mente animoque nobiscum agunt. Caetera similes Batauis: nisi quod ipso adhuc terrae suae solo & caelo acrius amantur. Non numeramus inter Germaniae populos: quanquam trans Rhenum Danubiumque confederint eos qui decumates agros exercent. Leuissimus quisque gallorum: & inopia audax: dubiae possessionis solum occupauere. Mox limite acto promotisque praesidijs sinus imperij: & pars prouinciae habentur. Ultra hos Chatti initium sedis ab Hercinio saltu inchoant non ita effusis ac palustribus locis: ut caeterae ciuitates: in quas germania patefcit durant. Si quidem colles paulatim rarefcunt: & Chattos suos saltus Hercinius prosequitur: simul atque deponit: duriora genti corpora: stricti artus minax vultus: & maior animi vigor. Multum (ut inter Germanos) rationis ac solertiae praepone re electos: audire praepositos: nosse ordines: intelligere occasiones: differre impetus: disponere diem: vallare noctem: fortunam inter dubia: virtutem inter certa numerare: quodque rarissimum: nec nisi ratione disciplinae concessum: plus reponere in duce quam in exercitu. Omne robur in peditibus: quem super arma ferramentis quoque & copiis coonerant. alios ad praecellium ire videas: chattos ad bellum: rari excursus & fortuita pugna: equestrium sane virium id proprium. cito parare victoriam: cito cedere. Velocitas iuxta formidinem. cunctatio propior constantiae est: & alijs Germanorum populis usurpatum. Rara & priuata cuiusque audetia apud chattos in consensum vertit. ut primum adoleuerint crinem barbamque summittere: nec nisi hoste caeso exuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem & spolia reuelant frontes: sequitur demum pretia nascendi rettulisse: dignosque patria ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellibus manet squalor. fortissimus quisque ferreum insuper annulum: ignominiosum id genti: velut vinculum gestat: donec se caede hostis absoluat. Plurimis Chattorum hic placet habitus. Iamque canent insignes & hostibus simul: suisque monstrati: omnium penes hos initia pugnae: haec prima semper acies visu noua. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. Nulli domus aut aliqua cura put ad quemque venire alunt. prodigii alieni: contemptores sui: donec exanguis senectus tam durae virtuti impares faciat. Proximi chattis certum iam aluco Rhenum: quicque terminus esse sufficiat: Vespigij ac Teneteri colunt. Teneteri super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt. Nec maior apud chattos peditum laus: quam teneteris equitum. Sic instituire maiores: posterius imitant. Hi lusus infantium: haec iuuenum aemulatio: Perseuerant senes. inter familiam & penates & iura successionum equi traduntur: Excipit filius: non ut extera maximus natus: sed prout ferox bello & melior. Iuxta Theneteros Brueteri olim occurrebant: Nunc chamauos & Angriuarios immigrasse narrat pulsus Brueteris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum: seu superbia odio: seu praedae dulcedine: seu fauore quodam erga nos deorum: Nam ne spectaculo quidem praecellij iuidere. super. lx. milia non armis telisque Romanis: sed quod magnificentius est: oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quiesco: duretque gentibus si non amor nostri: ac certe odium sui: quoniam in vtriusque gentibus imperij fati nihil iam praestare fortuna maius potest: quam hostium discordiam. Angriuarios & Chamauos a tergo Dulgibini & chasuari cludunt: alique gentes haud p

Chatti  
Bati oncabur  
Mattiaci  
Romani ultra R  
plurimae imperij

Chatti

Multum ut inter  
manus solent

plurimae duae q  
eye

Alios ad praecellium  
tos ad bellum

Crim barbae fin  
ter

ferreus Annulus

plurimae alios q  
tos

Teneteri

Si non amica nati  
repto oculis sui  
Nihil a fortuna p  
magis potest q  
hostium  
cordia

frisi

herculis columna

Antea drusi

Chano

Iustitia Chano

Cherusi

fortia in sapientia  
sit

Cymbri

Co et de re Annis

Stemma in dno

Regis Asaf aetior

gem. libertas

Temporali magis q  
Sueui mod

obliquare rone

inde memorata a fronte frisi excipiunt. Maioribus minoribusque frisijs vocabulum est: ex modo virium. vtraque nationes vsque ad oceanum rheno pratexuntur: ambiuntq; immensos insuper lacus: & romanis classibus nauigatos. Ipsum quinetia oceanum illa tentauimus: & superesse adhuc herculis colunas fama vulgauit: seu adijt hercules: seu quicquid vbiq; magnificum est: in claritatem eius referre consensimus. Nec defuit audentia Druso germanico. Sed obstitit oceanus in se simul atq; in herculem inquiri: Mox nemo temptauit: Sanctiusq; ac reuerentius visum de actibus deorum credere: q; scire. Hactenus in occidentem germaniam nouimus. In septentrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim chanco gens quanq; incipiat a frisijs ac partem littoris occupet omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur: donec in Chantos vsq; sinuetur, tam immensum terrarum spacium non tenent tamen chanci: sed & implent: Populus inter germanos nobilissimus: quiq; magnitudinem suam malit iusticia tueri sine cupiditate sine impotentia: quieti secretiq; nulla prouocant bella: nullis raptibus aut latrocinijs populantur. Id precipuum virtutis ac virium precipuum argumentum est: quod vt superiores agant: non per iniurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma: ac si res poscat exercitus: plurimum virorum equorumq; & quiescentibus eadem fama. In latere chanco, chantorumq; cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacesiti nutrierunt idq; iocundius quam tutius fuit: quia inter impotentes & validos falso quiescas: vbi manu agitur: modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim boni aequiq; cherusci: nunc inertes ac stulti vocantur: Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tacti ruina Cheruscoꝝ & fossi contermina gens: aduersarum rerum ex aequo socij sunt: cum in secundis minores fuissent. Eundem Germaniae sinum proximi oceano cymbri tenent parua nunc ciuitas: sed gloria ingens. Veterisq; fame lata vestigia manent. Vtraq; ripa castra ac spacia: quoꝝ ambitu nunc quoq; metiaris molem manusq; gentis & tam magni exitus fidem. Sexcentimum & xl. annum vrbs nostra agebat cum primu Cymbroꝝ audita sunt arma Cecilio Metello ac Papirio Carbone conf. ex quo si ad alterum imperatoris Traiani consulatu computemus. cc. ferme & x. anni colliguntur. tandiu germania vincitur. Medio tam longi aui spacio multa inuicem damna. Non samnis: non pœni: non hispania: galliaue ne Parthi quidem sapius admonere. Quippe regno arfacis acrior est germanoꝝ libertas. Quid enim aliud nobis quam cedem Crassi amisso & ipso & ipse Pacoro infra Ventidiu deiectus oriens obiecerit? At germani Carbone & Cassio & Scauro Aurelio & Seruilio cepione. M. quoq; Manlio fufis vel captis quinq; simul consularis exercitus po. ro. Varum tresq; cum eo legiones etiam Cesari abstulerunt. nec ipune. C. Marius in Italia: Diuus Iulius in Gallia: Drusus ac Nero & germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes. C. Cesaris minae in ludibrium versa. Inde ocium: donec occasione discordiae nostrae & ciuiliu armorum expugnatis legionum hybernis etiam Gallias affectauerunt: ac rursus pulsati: inde proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt. Nunc de Sueuis dicendum est: quoꝝ non vna vt Chantorum Tencteroruue ges. maiorem enim germaniae partem obtinent: proprijs adhuc nationibus nominibusq; discreti: quamquam in comune Sueui vocentur. Insigne gentis obliquare crinem: nodoque substringere. Sic Sueui a ceteris germanis. Sic Sueuoꝝ ingenui a seruis separantur. In alijs gentibus seu cognatione aliqua Sueuoꝝ seu quod saepe accidit imitatione rarum & intra iuuentis spacium. Apud Sueuos vsq; ad canicie horrentem capillum retro sequuntur: ac saepe in ipso solo vertice ligant. Principes & ornatiorem habent. Ea cura formae: sed innoxie. Neq; n. vt ament



amenturue: in altitudinem quādā & terrorem adituri bella cōpti vt hostiū oculis or-  
nantur. Vetusissimos se nobilissimosq; Sueuorum Senones memorāt Fides antiq-  
tatis religiōe firmatur. Statuto tēpore in syluam augurijs patrū: & prisca formidie sa-  
cram oīs eiusdem sanguinis populi legationibus cohærent: Cæsoque publice homine  
celebrant Barbari ritus horrenda primordia. Est & alia luco reuerētia: Nemo nisi vin-  
culo ligatus ingreditur: vt minor: & potestātē numinis præ se ferēs: si forte plapsus:  
attolli & insurgere haud licitū. p humanū euoluuntur eoq; oīs superstitio respicit: tan-  
q̄ idē initia gētis: ibi regnator oīum deus: cætera subiecta atq; parētia. Adducit aucto-  
rem fortuna Sennonū: Centū pagis habitantur: magnoque corpore efficitur: vt se sue-  
uorū caput credant. Contra longobardis paucitas nobilitasq; plurimis ac valentissi-  
mis nationibus cincti non per obsequiū: sed prælijs: & periclitando tuti sunt. Reudi-  
gni deinde & Auiones & Anglij & Varini & Eudoses & Suardōes & Nuthones flu-  
minibus aut syluis muniūtur: nec quicq̄ notabile in singulis: nisi quod i cōmune Ner-  
thū. i. terrā matrē colunt: eamq; interuenire rebus hominū: inuchi populis arbitrant̄.  
Est in insula oceani castum nemus: dicatumq; in ea vehiculum veste. contectum. attin-  
gere vni sacerdoti concessum. Is adesse penctrali deam intelligit. vectamq; bobus fœ-  
minis multa veneratione prosequitur. Latitunc dies: festa loca quacūq; aduentu:  
hospitioq; dignatur. Non bella ineunt non arma sumunt. clausum omne ferrum: pax  
& quies tunc tantum nota. Item tantum amata: donec idem sacerdos satiatam con-  
uersatione mortalium deam templo reddat. mox vehiculum & vestes: & si credere ve-  
lis: numen ipsum secreto lacu abluīt. Serui ministrant: quos statim idem lacus hau-  
rit. Arcanus hinc terror: sanctaq; ignotantia: quid si id quod tantum perituri vident.  
Et hæc quidem pars in secretiora germaniæ porrigitur. Propior (vt quo modo paulo  
ante Rhenum: sic nunc Danubiū sequar) Hermundurorum ciuitas fida Romanis. eo-  
q; solis germanorū non in ripa commercium: sed penitus: atq; in splendidissima Rhe-  
tiæ prouinciæ colonia passim & sine custode transeūt. & cum cæteris gentibus arma  
modo castraq; nostra ostendamus his domos: villasq; patefecimus non concupiscen-  
tibus In hermunduris Albis oritur flumen inclytum & notum olim: nunc tantum  
audīt. Iuxta hermūduros Narisci: ac deinde Marconiani & Quadi agunt præcipua  
Marconianorum gloria viresq;: atque ipsa etiam sedes pulsus olim Bois virtute parta.  
nec Narisci Quadiue degenerant. Ea; germaniæ velut frons est: quatenus Danubio  
pergitur. Marcomanis: Quadisue vsq; ad nostram memoriam reges manserūt ex gē-  
te ipsoꝝ: nobile Marobodui & Tudri genus iā & exernos patiūt. Sed vis & potētia  
regibus ex auctoritate romana: raro armis nostris: sæpius pecunia iuuant. nec minus  
valēt retro Marsigni: Gothini: Osi: Buriij. terga Marcomāorū: Quadorūq; claudūt:  
e quibus Marsigni & Buriij fermōe cultuq; Sueuos referūt. Gothinos Gallica: Oso  
Pannonica lingua coarguit: non esse Germanos: & quod tributa patiuntur. partem  
tributorum Sarmatæ: partem Quadi vt alienigenis imponunt. Gothini quo magis  
pudeat & ferrum offodiunt: oēsq; hi populi pauca campestrium: cæterum saltus &  
vertices montium iugumq; infederunt. dirimit enim scinditq; Sueuiam continuum  
montium iugum: vltra quod plurimæ gentes agunt: ex quibus latissime patet legio-  
rum nomen in plures ciuitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet: Arios:  
Heluecōas Manimos: Elyfios: Nahanarualos. apud Naharualos antiquæ religio-  
nis lucus ostenditur. Prælidet sacerdos muliebri ornatu: sed deos iterpratatiōe roma-  
na Castorē: pollucēq; memorant. Eius numinis nomen Alcis. nulla simulachra: nul-

Senones

Cæso publico hanc  
Simulant

Longobardi

Anglij

Nerthū colunt  
terram matrē

Smatachū uel  
Casto

Serui statim lacu

haurit

hermunduri

In hermūduris  
Albis

Marcomani  
Quadi

Gothini

Valentissimas  
se sufficiet

lum peregrinae superstitionis vestigium. Vt fratres tamen vt iuvenes venerantur. Caeterum arij super vires: quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt: trucis insitae feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta: tincta corpora: atras ad proelia noctes legunt: ipsaq; formidine atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferunt nullo hostium sustinente nouum ac velut infernum aspectum. Nam primi in omnibus proelijs oculi vincunt. Trans Lygios Gothones regnant paulo iam adductius: quam ceterae germanorum gentes nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugij & Lemouij: omniumque harum gentium insigne rotunda scuta. breues gladij: & erga reges obsequium. Suionum hinc ciuitates: ipsae in oceano praeter viros armaque classibus valent. forma nauium eo differt: quae varinq; prora paratam semper apulsui frontem agit: nec velis ministrantur nec remos in ordinem lateribus adiungunt: Solutum vt in quibusdam fluminum: & mutabile vt res poscit hinc vel illinc remigium. Est apud illos & opibus honos: coque vnus impitat nullis iam exceptionibus non precario iure parendi. nec arma vt apud ceteros germanos: neque promiscuo: sed clausa sub custode & quidem seruo: quia subitos hostium incursus prohibet oceanus. Ociosa porro armatorum manus facile lasciuunt. Enimvero neque nobilem: neque ingenium ne libertinum quidem armis praeponeere regia utilitas est. Trans Suionas aliud mare pigrum: ac prope immotum quo cingi claudique terrarum orbem hinc fides: quae extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat adeo clarus: vt sydera habet. Sonum in super audiri: formas decorum: & radios capitis aspici persuasio adijcit: illuc usque & fama vera tantum natura. Ergo iam dextro sueuici maris littore effluorum gentes alluuntur: quibus ritus: habitusque sueuorum: lingua Britanicae propria. Matrem deam venerant. Insigne superstitionis formas aprorum gestant. Id pro armis omniumque tutela securum deae cultorem etiam inter hostes praestat. Rarus ferri frequens fustium vsus. Frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita germanorum inertia laborant. Sed & mare scrutantur: ac soli omnium succinum quod ipsi Glesum vocant: inter vada atque in ipso littore legunt. nec quae natura quaeue ratio gignit: vt barbaris quaesitum compertumue diu: quinetiam inter cetera eiectione maris iacebat: donec luxuria nostra dedit nomen: ipsis in nullo vsu. rude legitur: in forme perfertur: preciumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas: quia terrena quaedam atque etiam volucra animalia plerumque interlucet quae implicata humore mox durefcente materia cluduntur. Fecundiora igitur nemora lucosque: sicut orientis secretis: vbi thura balsamaque sudantur: ita occidentis insulis terrisque in esse crediderim: quae vicini solis radijs expressa atque liquantia in proximum mare labuntur. ac vi tempestatum in aduersa littora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes: in modum tædæ acceditur: alitque flammam pinguem & olentem: Mox vt in picem rascinamque lentescit. Suionibus Sionum gentes continuantur. Cetera similes vno differunt: quod femina dominatur intantum non modo a libertate: sed etiam a seruitute degenerant. hic sucuiæ finis. peucinorum venetorumque & femiorum nationes germanis an sarmatis ascribam dubito: quanquam peucini. quos quidam bastarnas vocant sermone cultu sede ac domicilijs: vt germani agunt. sordes omnium ac torpor procerum connubijs mixtis. non nihil in sarmatarum habitum foedantur. Veneti multum ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter paucinos fennoque sylvarum ac motium erigit latrocinij pererrant. hi tamen inter Germanos potius referuntur: quia & domos fingunt: & scuta gestant: & peditum vsu ac pernecitate gaudent: quae omnia didiuerfa Sarmatis sunt in plauastro equoque viuentibus Fennis mira feritas: foeda paupertas. non arma. non equi: non

Lenocinatio ferorum

Daيمي in oi pluo ostiuntur

Ergo reges obsequium

Impitat non precario iure

Mare pigrum

hebet

Effluorum gentes

Rarus ferri frequens fustium vsus

Succinum. Glesum vocant

Eructamenta maris

Succum arborum esse

Succinum. tædæ sit femina dominatur

peucini

Veneti

Sarmatis in plauastro

equi: nō penates. victui herba: vestitui pelles: cubile humus. Solē in sagittis spes: quas inopia ferri ossibus asperat. Idemq; venatus viros pariter & fœminas alit. Passim enim comitant: partemq; prædę petunt. Nec aliud infantibus ferarū hymbriumq; suffugiū: q̄ vt in aliquo ramoꝝ nexu cōtegantur. huc redeunt iuuenes: hoc senū receptaculum. Sed beatius arbitrant: q̄ ingemere agris: illaborare domibus: suas alienasq; fortunas spe metuq; versare: securi aduersus homines: securi aduersus deos. Rem difficillimam assecuti sunt: <sup>ut</sup> illis ne voto quidē opus esset. Cetera iam fabulosa: Hellusios & Oxionas ora hominum vultusq; & corpora atq; artus ferarū gerere: quod ego vt incomper- tum in medium relinquam.

FINIS.

## CORNELII TACITI AEQVITIS ROMANI DIALOGVS AN SVI SAECVLI ORATORES ANTIQVIORIBVS ET QVARE CONCEDANT.

**F** Aepe ex me requiris Iuste fabi cur cū priora saecula tot eminentium oratorū ingenijs gloriaq; effloruerint: nostra potissimū atas deserta & laude orbata uix nomē ipsum oratoris retineat. neq; n. ita appellamus nisi antiquos. horū autē temporū disertis causi dici: & aduocati: & patroni: & quid vis potiusq; oratores vocant. Cui per cōtationi tuæ respondere: & tam magnæ quæstionis pondus excipere: vt aut de ingenijs nostris male existimandū si idē assequi nō possumus: aut de iudicijs si nolumus: vix hercule auderē. si mihi mea sentētia: pferenda: ac nō disertissimorū nostris temporibus hominū sermo repetendus esset: Quos eandē hāc quæstionē pertractātes iuuenis admodū audiuit: ita nō ingenio sed memoria: ac recordatione opus est: vt quæ a præstantissimis viris & excogitata subtiliter & dicta grauius accepi cū singuli diuersas vel easdē: sed pbabiles causas afferrent: dū formā sui quisq; & animi & ingenij redderet: iisdē nūc numeris. iisdemq; oratiōibus persequar: seruato ordine disputationis. neq; n. defuit qui diuersam quoq; partem susciperet: ac multū vexata & irrita vetustate nostrorū temporū eloquentiā antiquorū ingenijs anteferebat. Nam postero die q̄ accuratius maternus Catonē recitauerat: cū offendisse potentiū animos diceret tanq̄ in eo tragœdiæ argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset: eaq; de re per urbem frequens sermo haberet: venerunt ad eum. M. aper. & Iulius secūdus celeberrima tū ingenia fori nostri: quos ego in iudicijs nō vtrosq; mō studiose audiebā: sed domi quoq; & i publico affectabar mira studioꝝ cupiditate & quodam ardore iuuenili: vt fabulas quoq; eorū & disputationes & arcana. semotæ dictionis penitus exciperē: quibus maligne pleriq; opinarent: nec secundo pmptum esse sermonē: & apꝝ ingenio potius & uinaturæ: q̄ institutiōe: & litteris famā eloquentiæ cōsecutum. Nā & secūdo purus: & pfectus & in quē satis erat pfluens sermo nō defuit. Et aper cū eruditione ibutus contemnebat potius litteras q̄ nesciebat. tanq̄ maiorem industriæ & laboris gloriam habiturus: si ingenium eius nullis alienarū artium adminiculis initi videretur. Igitur. vt intrauimus cubiculum materni sedētem ipsum quem pridie recitauerat libꝝ intra manus habentem depræhēdimus.

Dialogus.

**T** Um secundus. Nil ne te inquit matere fabulæ malignorū terrent: quominus offensas Catonis tui aures? An ideo libꝝ istū depræhendisti: vt diligentius retractares: & sublatis si quæ prauā interpretandi materiā dederunt: emitteres Catonem nō quidem meliorem sed tñ securiorem? Tum ille leges tu quidem si volueris & agno

Vestitui pelles

Securi aduſ

Ut voto qd op

Ut inoptu m m  
religuo

qdus potu q̄

Materius

domi et m pub.  
affectabar

Seco puru Bm

scēs quæ audisti: q̄ si qua omisit Cato: sequenti tractatione Thiestes dicet. Hanc enim  
tragediam disposui iam & intra me ipse formavi. Atq; ideo maturare libri huius edi-  
tionem festino: vt dimissa priore cura nouæ cogitationi toto pectore incumbā. A deo  
te tragediæ istæ non satiant inquit aper: quominus omissis orationū & curarū studijs  
omne tēpus mō circa Medeā: ecce nunc circa Thiestem cōsumas: cū tot amicorū cau-  
sā: tot coloniarū & municipiorū clientelæ in fore vocent: quibus vix sufficeres: et si non  
nouū tibi ipse negocium ipotasses: Domitiū & Catonem. i. nostras quoq; historias  
& romana nomina græcorū fabulis aggregares: & maternus perturbarer hac tua seue-  
ritate: nisi frequens ac assidua nobis cōtentio iam p̄pe in cōsuetudinem vertisset. Nam  
nec tu agitare & insequi poetas itermittis & ego cui desidiā aduocamur quotidianum  
hoc patrociniū defendens aduersus te poeticē exerceo. Quolator magis oblatū nobis  
iudicē qui me vel in futurū vetet versus facere: vel qd̄ iam pridem opto sua quoq; aucto-  
ritate cōpellat: vt omissis forensium musarū angustijs in quibus satis mihi superq; su-  
datum est: sanctiorem istam & augustiorem eloquentiam colā. Ego vero inquit secun-  
dus ante q̄ me iudicē aper recuset: faciā qd̄ p̄bi & modesti iudices solent: vt i his co-  
gnitionibus excusent: in quibus manifestum est alterā apud eos partem gratia peæua-  
lere. Quis. n. nescit neminem mihi cōiunctiorem esse & vsu amiciciæ & assiduitate con-  
tubernij: quā Saleium Bassum cū optimum vix tū absolutissimum poetam: porro si  
poetica accusat nō alium video reum locupletiozem. securus sit inquit aper & Saleius  
Bassus & quisquis alius studiū poeticæ & carminū gloriam fouet: cū causas agere non  
possit. & ego. n. quatenus arbitriū litis huius inueniri nō patiar: Maternū solcite pluri-  
mum defendi: sed & ipsum solū apud eos arguam: q̄ natus ad eloquentiam virilem &  
oratoriā: qua parare simul & tueri amicicias: adsciscere nationes: complecti puincias:  
possit amittit studiū: quo nō aliud in ciuitate nostra vel ad vtilitatē fructuosius: vel ad  
dignitatē amplius: vel ad vrbis famā pulchrius vel ad totius iperij atq; oīum gentium  
noticiam: illustrius excogitari pōt. Nam si ad vtilitatē vitæ oīa consilia: facta nostra  
dirigenda sunt: Quid erit tutius quā eam exercere artē qua semper armatus præsidium  
amicis: opē alienis salutē periclitantibus: iuidis vero & inimicis metū & terrorem vltro  
ferat. Ipse securus & velut quadā perpetua potētia: ac potestate munitus: cuius vis  
& vtilitas rebus p̄pe fluentibus aliorū præsidio & tutela intelligit. Sin p̄prium peri-  
culū irrepit nō Hercule loricā gladius in acie firmiter munimentū: quam reo & peri-  
clitanti eloquentia præsidium simul & telum: quo ppugnare pariter & incessere vel i iu-  
dicio siue in senatu siue apud principem possis. Quid aliud infestis patribus nup̄ Epi-  
us Marcellus q̄ eloquentiam suam apposuit: qui accinctus & minax disertam quidem  
sed inexercitatam & eiusmodi certaminū rudem Heluidij sapientiam elusit. plura de  
vtilitate nō dico: cum præsertim minime contradicendum maternum meū arbitror:  
Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ transeo: cuius iucūditas non vno alioque momē-  
to: sed omnibus p̄pe diebus & prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius li-  
bero & ingenuo animo: & ad voluptates honestas nato q̄ videre plenam semper & fre-  
quentem domum concursu splendidissimorū hominum: idq; scire non pecuniæ nō or-  
bitati: neq; officijs alicuius administrandis: sed sibi ipsi dari: illos quinimmo orbos &  
locupletes venire: Plarunq; ad iuuenem & pauperem: vt aut sua aut amicorū discrimi-  
na cōmendent. Villa ne tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas: q̄ spe-  
ctare homines veteres: & senes: & totius orbis gratia subnixos in summa omnium re-  
rū abundantia cōsistentes id quod optimum sit: se non habere: Jam vero qui togatorū

*Assidua cōtentio m  
cōsuetu nē uertit*

*Forenses musæ*

*probi iudices*

*Assiduitas cōtubernij  
Salei Bassi Absolutissim*

*Eloquentia uilis*

*Hultu sordidū p̄ctū  
usius*

*Lans Eloquentia*

*Præsidium et Telum*

*Quid dulcius  
michē domū*

*Sibi ipsi dari*

*Togatorū ciuitatis*

comitatus & egressus: quæ in publico species: quæ in iudicijs veneratio: quæ gaudium  
 cõsurgendi assistendi: inter tacentes in unum cõuersos coire populum & circumfundi  
 coram: & accipere affectum quacunq; orator induxerit. vulgata dicentium gaudia &  
 imperitor; quoq; oculis expolita percenseo: illa secretiora: & tantum ipsis orantib; no  
 ta maiora sunt: siue accuratam meditatamq; affert orationem: Est quoddam sicut ip  
 sius dictionis ita gaudij pondus & constantia: siue nouam & recentem curam non si  
 ne aliqua trepidatione animus attulerit: ipsa sollicitudo commendat euentum: & leno  
 cinat voluptati: sed extemporalis audaciæ: atq; ipsius temeritatis vel præcipua iucudi  
 tas est. Nam ingenio quoq; sicut in agro: q̄q̄ alia diu ferant atq; elaborent gratiora tñ  
 quæ sua sponte nascunt. Equidem vt de me ipse fatear: nõ eum diem latiore egit: quo  
 mihi latus clauus oblatu est: vel quo homo nouus & in ciuitate minime fauorabili na  
 ctus quæsturam: aut tribunatum: aut præturam accepi: q̄ eos quibus mihi p medio  
 critate hui; quantulæcunq; i dicendo facultatis: aut reũ prospere defendere: aut apud  
 centũ viros causam aliquam feliciter orare: aut apud principẽ ipsos illos libertos & p  
 curatores principũ tueri & defendere dat. Tũ mihi supra tribunatus & p̄turas & cõsu  
 latus ascendere videor: tũ abire. qd si non in alio orit nec in codicillis dat: nec cum gra  
 tia venit: quid fama & laus cuius artis cum orator; gloria companda est: qui non illu  
 stres in vrbe solũ apud negociosos & rebus intentos: sed et apud iuuenes & adolescen  
 tes quib; mor; & indoles est & bona spes sui. quor; nomina prius parentes liberis su  
 is ingerũt: quos sapius vulgus imperitum & tunicatus hic populus transcũtis nomi  
 ne vocat & digito demõstrat: aduenæ quoq; & peregrini: iam in municipijs & colo  
 nijs suis auditos cũ primum urbem attigerũt requirunt: ac vultus agnoscere cõcupi  
 scunt. Ausim contẽdere Marcellum hunc Eprium de quo modo locutus sum: & Cri  
 spum vibium: libentius enim nouis & recentibus (quam remotis & oblitteratis exem  
 plis vtor) non minus esse in extremis partibus terrarũ: q̄ capuæ aut vercellis vbi nati  
 dicunt. nec hoc illis alterius termilies festertiu præstat: q̄q̄ ad has ipsas opes possũt vi  
 deri eloquentiæ beneficio venisse. Ipsa eloquentia cuius numen & cælestis vis multa q̄  
 dem omnib; sæculis exempla edidit: ad q̄tam vsq; fortunam homines ingenij viribus  
 peruenerint. Sed habet vt supra dixi propria & quæ non cognoscenda: sed oculis expe  
 ctanda habemus. Nam quo sordidius & abiectius nati sunt quoq; notabilior pauper  
 tas & angustia re; nascentes eos circumsteterũt: eo clariora & ad demonstrandam ora  
 toriæ eloquentiæ vtilitatem illustriora exempla sunt: quod sine commendatione nata  
 lium sine substantia facultatũ neuter moribus egregius: Alter habitu quoq; corporis  
 contemptus per multos iam annos potentissimi ac donec libuit principes fo  
 ri: nũc principes in Cæsaris amicicia agũt ferũtq; cũcta: atq; ab ipso principe cũ quadã  
 reuerentia diliguntur. Quia Vespasianus venerabilis senex & patientissimus vir bene  
 intelligit: ceteros quidem amicos suos niti: quæ ab ipso acceperint: quæq; ipsis accu  
 mulare & in alios cõgerere promptum est: Marcellum autem & Crispum attulisse ad  
 amiciciam suam quod non a principe acceperint nec accipi possit. minimum inter tot  
 ac tanta locum obtinent imagines Attali & statuæ: quæ neq; ipsa tamen negliguntur  
 tam hercule quam diuitiæ & opes quas facilius inuenies: qui vituperet quam fastidio  
 at. His igitur & honoribus & ornamentis: & facultatibus refertas domos eorum vide  
 mus: qui se ab ineunte adolescẽtia causis forensibus & oratorio studio dederunt. Nã  
 carmina & versus quibus totam vitam maternus insumere optat (inde enim omnis  
 fluxit oratio) neq; dignitatem ullam auctoribus suis conciliant: neq; utilitates alunt.

gentia q̄ suat  
 te nãstut  
 Ci minime fau  
 bili

Hegorosos

notat

Letitio recentibus  
 ex utro

auditu

Notabilior paup

A p̄ncipe cũ reu  
 tra diligitur

Facili p̄ncipũ q̄  
 vituperet q̄ q̄ fa  
 Cause f̄ncipũ

Contra razimã

*Laudis Insuper  
= Cedo*

*poeta  
vates*

*Liby exaudit et Lu  
cubrauit*

*Domū mutua p. st  
selha vobiscum*

*d. fest. donata bass  
indulgentiam p. opus  
p. gemo mē*

*Amat nemus poeta  
fama p. hū labor*

*et elegantia p. st  
venerabiles*

*amboz amaritudo*

*Ad vā p. hū voco*

Voluptatem autem breuem: laudem inanem & infructuosam consequuntur. licet hæc ipsa & quæ deinde dicturus sum: aures tuæ o materne respuant. **C**rebro est si apud te Agamēnon aut Iason diserte loquitur: quis ideo domum defessus: & tibi obligatus redit: quis Saleium nostrū egregiū poetā (vel si hoc honorificētius ē) præclarissimū vatē deducit aut salutat aut psequitur. Nepe si amicus: si ppinquus si deniq; aliquis in aliquod negociū incidit ad hunc secundū recurret: non ad te materne quia poeta es: neq; vt pro eo versus facias. Hi enim Basso domi nascuntur pulchri quidem & iucundi: quorum tamen hic exitus est: vt cum toto anno per omnes dies magna no-  
**E**tiam parte vnum librū extulit & lucubrauit. Rogare vltro & ambire cogat: vt sint qui dignentur audire & ne id quidē gratis: nā & domū mutuat & adiutoriū extruit: & subsellia conducit & libellos dispergit: vt beatissimus recitationē eius euentus psequatur. Omnis illa laus intra vnū aut alterum diem velut in herba vel flore percepta ad nullam certā & solidam peruenit frugem: nec aut amiciciam inde refert aut cliētelam: aut mansurum in animo cuiusquam beneficiū: sed clamorē vagum: & voces inanes & gaudiū voluere. Laudauimus nup vt mirā & eximiā Vespesiani liberalitatē quingenta sestertia Basso donasset. pulchrū id quidem indulgentiam principis ingenio mereri: q̄to tñ pulchrius si ita res familiaris exigat se ipsum colere: suam experiri libertatem? Adijce quod poetis si modo dignum aliquid elaborare & efficere velint: relinquenda conuersatio amicorum: & iucūditas vrbis de seruanda cætera officia: vtq; ipsi dicūt in nemora & lucos. i. in solitudinē recedendū ē. Nec opinio qdē & fama cui soli seruiūt: & quod vnū esse precium oīs sui laboris fatētur: æque poetas q̄ oratores sequitur: quoniā mediocris poetas nemo nouit: bonos pauci. quando enim rarissimarum narrationum fama in totam vrbem penetrat metrū: vt per tot prouincias inote scat: quotus quisq; cū ex hispania vel asia nequid de gallis nostris loquamur in vrbem venit. Saleium Bassum requirit: atq; adeo si quis requirit & semel vidit: trāsīt & cōtētus est: vt si picturam aliquā vel statuā vidisset. neque hunc meū sermonem sic accipi volo: tanquā eos quibus natura sua oratorū ingenium denegauit deterream a carminibus: si modo in hac studiorum parte oblectare ocium & nomen inserere possunt fame. Ego vero omnē eloquētiā omnesq; eius partes sacras & venerabiles puto. Nec solum cothurnum nostrū aut heroici carminis sonū: sed lyricorū quoq; iucunditatē: & elegorum lasciuias: & iamborum amaritudinē epigramatum lusus & quacūq; aliam speciem eloquētiæ habeat anteponendam. Cæteris aliarū artium studijs credo sed tecum mihi materne res est: quod cū natura tua in ipsam artem eloquētiæ ferat: errare maius: & sūma adeptus: in leuioribus subsistis vt si i grācia natus esses vbi ludicras quoq; artis exercere honestū est. tibi Nicostrati robur ac vires dii dedissent: nō paterer immanes illos & ad pugnā natos lacertos. leuitate iaculi aut iactu disci vanescere: sic nūc te ab auditorijs & theatris in forū & ad causas & ad uera proelia voco: cum præsertim ne ad id qdē cōfugere possis: quod plerisq; patrocinaat: tanq̄ minus obnoxium sit offendere poetarū q̄ oratorū studiū. efferuescit enim vis pulcherrimæ naturæ tuæ: nec pro amico aliquo: sed quod periculosius est pro Catone offendis nec accusatur offensa necessitudine officij: aut fide aduocationis aut fortuitæ & subitæ dictionis impetu: at tu meditatus videris elegisse personā notabilem & cū auctoritate dicturam. Sētio quid responderi possit: hinc ingentis ex his assensus: hinc i ipsis auditorijs præcipue laudari & mox omnium sermonibus ferri. Tolle igit̄ q̄tis & securitatis excusationem cū tibi sumas aduersariū superiore: nobis satis sit priuatas & nostri sæculi controuersias

211  
tueri: in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum au-  
res offendere: & probata sit fides & libertas excusata. Quæ cum dixisset aper acrius:  
vt solbat & intēto remissus & subridens maternus parat. Quid enim me nō minus  
diu acusare oratores q̄ aper laudat? Fore enim arbitrabar vt a laudatione eorū digres-  
sus detractaret poetas: atq; carminū studiū prosterneret: arte, quadā mitigauit cōce-  
dēdo his qui causas agere nō possent: vt versus facerent. Ego at̄ sicut in causis agendis  
niti fortasse possū: ita recitatiōe tragædiarum & ingredi & efficere famā auspicatus sū:  
tum quidem cum in Nerone improbam & studioꝝ quoq; sacra prophanātem vatici-  
nij potentiam fregi. hodie si quid in nobis noticiæ ac nominis est: magis arbitror car-  
minū q̄ orationū gloria partū: ac me deiungere a forensi labore cōstitui: nec comitat⁹  
istos & egressus aut frequētiā salutationū cōcupisco: nō magis quam æra & imagines  
quæ et̄ iam me nolente in domum meam irruerunt. Nam statum cuiusq; ad securi-  
tatē melius innocentia tueor quā eloquentia: nec vereor ne mihi vnquam verba in sena-  
tu nisi pro alterius discrimine faciēda sint. Nemora vero & luci & secretum ipsū quod  
aper increpabat: tantā mihi afferunt voluptatē: vt inter præcipuos carminū fructus  
numerem: quod nec in strepitu: nec sedente ante hostiū litigatorie: nec inter sordes ac  
lachrymas eorū cōponuntur: sed secedit animus in loca pura atque innocentia fruitur  
que sedibus sacris. Hæc eloquētiæ primordia: hæc penetralia: hæc primum habitu cul-  
tuque cōmoda mortalibus in illa casta & nullis contacta vitijs pectora ifluxit. sic ora-  
cula loquebantur. Nā lucrosæ huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens & malis  
moribus natus: atque vt tu dicebas Aper in locum teli reclusus. Caterum scilicet illud &  
vt more nostro loquar aureum sacculum & oratorū & criminū impos: poetis: & vati-  
bus abundat: qui benefacta canerent non qui male admissa defenderent: ne aut illud  
clamore aut angustia honor primū apud deos quorū proferre responsa  
& interesse epulis ferebantur: Deinde q; apud illos dijs genitos sacrosque reges. inter  
quos neminē causidicorū: sed Orphea ac Linum: ac se introspicere altius velis ipsum  
Apollinem accepimus: vel si hæc fabulosa nimis & composita videntur. illud certe mi-  
hi cōcedis Aper: nō minorē honorē Homero quam Demostheni apud posteros: nec  
angustioribus terminis famā Euripidis aut Sophoclis quam Lyfiæ aut Hyperidis in-  
cludi. plures hodie reperies qui Cicconis gloriam quā Virgilij detractent. Nec vllus  
Asinij aut Mesallæ libertam illustris est: quā Medea Ouidij aut varij Thiestes. Ac ne  
fortunam quidē vatum: & illud scilicet contubernium cōparare timuerim cum inque-  
ta & anxia oratorum vita. licet illos agitent certamina & pericula sua & controuersia.  
malo securū & secretum Virgilij secessum: in quo tum neq; apud diuum Augustum  
gratia caruit: neque apud populū romanū noticia. Testes Augusti epistolæ. Testis  
ipse populus q̄ auditis in theatro uersibus Virgilij surrexit uniuersus: & forte præsen-  
tem spectantemq; Virgiliū ueneratus est: sic quasi Augustum. ne nostris quidem tē-  
poribus secundus Pōponius Aphro domitio uel dignitate uitæ uel ppetuitate famæ  
cesserit. Nā Crispus & Marcellus ad quorū exēpla me uocas: quid habēt in hac p̄senti  
fortuna concupiscendū: an quod timēt: an quod timētur? quod cum quotidie aliquid  
rogent hi quibus præstāt indignātur: quod alligati cum adulatione: nec imperatib⁹  
unquā satis serui uidentur: nec nobis satis liberi: quæ hæc sūma rerum potentia est: tā-  
tum posse liberti solēt: me uero dulces (ut Virgilius ait) Musæ remotæ a sollicitudini-  
bus & curis & necessitate quotidie aliqd. cōtra animū facientē in illa sacra illosq; fontes  
ferant: nec in sanum ultra & lubricum forū famamque pallentem trepidus experiar

Remissus et subridens  
maternus

deunge me a forensi  
labore constitui

Nemora afferunt  
voluptatem

Lucrosa et sanguinans  
eloquentia  
in locum teli reclusus

Medea ovidij

Anxia oratorum  
vita

Virgilij secessum  
p. 2. ueneratus est

Secundus poponius

In sanum et lubricum  
forum

Non me fremitus salutantium. nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri testa-  
mentum pro pignore scribam: nec plus habeā quam quod possim cui velim relinque-  
re: quando cunq; fatalis & meus dies veniet: statuarque tumulo non mœstus & atrox  
sed hylaris & coronatus & pro memoria mei: nec consulat quisquā nec roget. Vix dū  
finierat maternus cōcitatus & velut istinctus: Tū urbāus messala cubiculū eius ingres-  
sus ē: suspicaturque ex ipsa intentione singulorū altiorem inter eos esse sermonem. Nū-  
parum tempestiuus inquit iterueni secretum consiliū & causā alicuius meditationem  
tractantibus: minime inquit Secundus atq; adeo vellem maturius interuenisses. dele-  
ctasset enim te & apri nostri accuratissimus sermo cum maternū vt oē ingeniū ac stu-  
dium suum ad causas agendas conuerteret exhortatus est. & materni pro carminibus  
suis lata: vt quē poetas defendi dicebat audenter: & poetas quam oratorum similior  
oratio: me vere inquit & sermo ipse infinita voluptate affecisset: atque ad ipsum dele-  
ctat: quod vos viri optimi & temporum nostrorum oratores non forensibus tantum  
negocijs: & declamatorio studio ingenia vestra exercetis. Sed eiusmodi et disputatiōes  
adiungitis: quæ & ingeniū alunt: & eruditiones: & litterarū iucū dissimū oblectamētū  
cū vobis qui illa disputatis afferunt: tum etiā his ad quorū aures peruenerint. Itaque  
Hercule non minus probari video in te Secunde quod Iulij Asiati vitam componen-  
do spē hoibus fecisti plurimū eiusmodi librorū: quā in apro quod nondū a scolasticis  
cōtrouersijs recessit. & ocium suum mauult nouorum theorū more q̄ veterum ora-  
torū consumere. Tum aper non desinis Messala vetera tantum & antiqua mirari: no-  
strorū at temporū studia irridere atq; contemnere: Nā hūc tuum sermonem saepe ex-  
cepit: cum oblitus & tuæ & fratris tui eloquentiæ nostrum hoc tempore oratorem esse  
contendere antiquis eo credis audacius quo malignius. his opinionē nō verebaris: cū  
eam gloriam quam tibi alij concedunt ipsi tibi denegares. Neq; illius inquit sermonis  
mei penitentiam ago: neq; aut Secundū aut maternū aut te ipsum aper (quanquam  
interdum in cōtrariū disputes) aliter sentire credo: Ac velim impetratum ab aliquo ve-  
strum: vt causas huius infinitæ differentiæ scrutetur ac reddat: quas mecum ipse plarū  
q; conquiro: & quod quibusdam solacio est mihi auget quæstionē: quia video et graijs  
accidisse: ut longius absit Eschines & Demostenes sacerdos iste enitet: & si quis alius:  
Ephesum vel mitilenas contentus scholasticorum clamoribus quatit: q̄ afer aut africa-  
nus aut vos ipsi a Cicerone aut asinio recessistis. Magnam inquit Secundus & dignā  
tractatu quæstionem mouistis: sed qs eam iustius explicauerit: q̄ tu: ad cuius summā  
eruditionem & præstantissimum ingeniū cura quoq; & meditatio accessit: & Messala  
aperiā inquit cogitatiōes meas: si illud a vobis ante ipetrauero: vt vos quoq; sermonem  
hūc nostrum adiuuetis: pro duobus inquit maternus p̄mitto. nā & ego & Secundus  
exquemur ptes quas itellexerimus te nō tā omisisse q̄ nobis reliquisse. Aprum enim  
solere dissentire: & tu paulo ante dixisti: & ipse satis manifestus est: Iādudum in cōtra-  
rium accingi: nec æquo aīo perferre hanc nostrā pro antiquorū laude concordia. Non  
enim inqt aper iauditum & indefensum sæculū nostrū patiar hac vestra conspiratione  
dānari. Sed hoc primū interrogabo quos vocetis antiquos quam oratorum atate si-  
gnatione ista determinetis. Ego. n. cū audio antiquos: quosdā ueteres & olim natos i-  
telligo: ac mihi uersantur ante oculos Vlyxes & Nestor: quorū atas mille fere & cc.  
ānis sæculū nostrum antecedit. Vos at Demostenē & hyperidē percipitis: quos satis  
cōstat Philippi & Alexandri temporibus floruisse. ita tñ ut utrique superstites essent.  
Ex quo apparet nō multo plures quā, cc. annos iteresse inter nostrā & Demosthenis

*Synthesi  
Verba Messala*

*Accuratissimū sermo*

*Fortia negata*

*Leuissimū  
oblectamētū*

*Veli impetratum*

*ab*

*Magnā quæstionem  
mouistis*

*Quos uocetis antiquos*



atatem. quod spacium temporis si ad ifirmitatem corporum nostrorum referas: for-  
 tasse longum videatur: si ad naturam saculorū & respectum huius immensi aui: per  
 quam breue: & in proximo est. Nam si sicut Cicero in hortensio scribit: is est magnus  
 & verus annus: quo eadem positio cali syderum: quæ cum maxime est rursū existet:  
 isque annus horum nos vocamus annorum. xij. dccclij. cōplectūt: Incipit demo-  
 sthenes vester quem vos veterem & antiquum fingitis: nō solū anno quo nos: sed fere  
 eodem mense extitisse. Sed transeo ad latinos oratores in quibus nō Menenium vt pu-  
 to Agrippam qui potest videri antiquus nostrorum temporū disertis antepone-  
 re sole-  
 tis: sed Ciceronem & Casarem & Celiū & Caluum & Brutum & Assinium & Mes-  
 salam: quos quidē cur antiquis temporibus potius ascribatis q̄ nostris non video. Nā  
 vt de Cicerone ipso loquar: hyrtio nēpe & pēnsa cōsulibus vt Tyro libertus eius scri-  
 psit. vij. Idus occisus est: quo āno diuus Augustus in locū panfæ & hyrtij se & Q. pe-  
 dium. con. sufficit. statuta. vij. & l. annos: quibus mox diuus Augustus temp. rex-  
 it. Adijce Tiberij tres & viginti & prope quadriēniū Cai: ac bis quaterinos, denos Claudiij  
 & Neronis annos: atq; vnum Galbæ & Othonis: & Vitellij vnū annū: ac sextā iā fel-  
 cis huius p̄cipatus stationē qua Vespasianus temp. fouet. c. & xx. anni ab iteritu Ci-  
 ceronis in hūc diē colligūtur: vnus hoīs atas. Nā ipse ego in britannia vidi senem qui  
 se fateretur & pugnae interfuisse: qua Casarem inferentē arma britannia arcere littori-  
 bus & pellere aggressi sunt. Ita si cum qui armatus. C. Casari restitit: vel captiuitas vel  
 voluntas vel fatum aliquod in urbem pertraxisset: & quidē Casarem ipsū & Ciceronē  
 audire potuit: & nostris quoq; auctoribus interesse. proximo quidem congiario ipsū  
 vidistis plerosq; senes: qui se a diuo quoq; augusto semel atque iterum accepisse cōgia-  
 rium narrabant: ex quo colligi potest. & Coruinū ab illis & Assinium audiri potuisse  
 Nam Coruinus in medium vsque Augusti principatum Assinius pene ad extremum  
 durauit: Nec diuidatis saculum & antiquos: ac veteres vocetis oratores quos eorun-  
 dem hominum aures agnoscere ac velut coniungere & copulare potuerūt. Hæc ideo  
 prædixi: vt si qua & horū oratorum fama gloriaq; ac laus tēporibus adquiritur: eandē  
 docerem in medio sitam & propriorem nobis q̄ Seruio galbæ Caio Carboni: quosq;  
 alios antiquos merito vocaremus. Sunt enim horridi & impoliti & rudes & iformes:  
 & quos vtinā imitatus esset Caluus vester aut Celius: aut ipse Cicero. Agere enim for-  
 tius iā & audētius volo: si illud ante prædixero mutare cū tēporibus formas et genera  
 dicendi: sicut Catoni seni cōparatus Caius gracchus plenior & vberior: sic Graccho  
 politior & ornatior Crassus: sic vtroque distinctior et vrbanior et altior Cicero: cicerōe  
 mitior Coruinus et dulcior: et in verbis magis elaboratus. Nec quaero quis disertissi-  
 mus: hoc interim pbasse cōtentus sū: non esse vnū eloquentiæ multū: sed in illis quo-  
 q; quos vocatis antiquos: plures species deprendi: Nec statim deterius eē quod diuersū  
 est. vitio autem malignitatis humanae uetera semper in laude præsentia in fastidio eē.  
 Nam non dubitamus inuentos qui pro Catone appium Cecum magis mirarentur  
 Satis cōstat: nec Ciceroni quidem obrectatores defuisse: quibus inflatus & tumens  
 nec satis pressus supra modum exultans et superflucens et paruū antiquus uideret.  
 Legisti utiq; et Calui et Bruti ad Ciceronē missas epistolas: ex quibus facile ē depra-  
 hē-  
 dere Caluum quidem Ciceroni uisum exanguem ac tritum: Brutum autem ociosum  
 atq; disiunctum: Rursusq; Ciceronem a Caluo quidem male audiuisse tanq̄ solutū  
 & eneruū: A bruto autem ut ipsius uerbis utar tanq̄ fractum atq; elumbem. Si me  
 interroges omnes mihi uideri uerum dixisse: sed mos ad singulos ueniam: nec mihi

*Annus magnus*

*quos Calui*

*Demostes ex*

*mense quo no*

*Coruinus &*

*an orator Cic*

*statu*

*sixta statio p̄n*

*patius*

*C. Nam unū*

*hoīs et hū*

*proximo congiario*

*al Aug. accepit*

*Coruinus*

*horridi impoliti*

*iformes*

*Mutari cū tēp*

*formas dicē*

*Cicerōe mitior*

*Coruinus*

*Ho unū eloq̄n*

*Verbi in laude*

*in fastidio*

*Supflucens Cicero*

*Cicerōe saluū*

*te audire*

cum vniuersis negotium est. Nam quatenus antiquorum admiratores hūc velut ter-  
 minum antiquitatis constituere solēt: quem vsq; ad Cassium Seuerum faciunt: quem  
 primum affirmant flexisse ab illa veterē: atq; dicendi via directā: non infirmitate inge-  
 nij: nec incitā litterarum transtulisse se ad id dicendi genus contendo: sed iudicio &  
 intellectu. Vidit namq; vt paulo. ante dicebam conditionem temporum & diuersita-  
 tes auctorum: formam quoque ac speciem orationis remutandam facile perferebat  
 prior iste populus. vt imperitus & rudis imperitissimaz orationum spacia: atq; id ip-  
 sum laudabat si dicendo quis diem eximeret. Ira vero longa principiorum prepara-  
 tio: & narrationis alte repetita series: & multaz diuisionum ostentatio: & mille argu-  
 mentoz genera: & quicquid aliud arduissimis hermagoraz: & appollodori libris præci-  
 pitur in honore erat: & si quis odoratus philosophiā: atq; ex ea locū aliquē orationi  
 suā i sereret: in cælū laudibus ferebatur. Nec mirum: erant. n. hęc noua & incognita:  
 & ipsorū quoq; oratorum paucissima præcepta & rhetorū aut philosophorū placita co-  
 gnouerant: At hercule peruulgatis iam omnibus: cum vix i cortina quisq; assistat qui  
 elementis studiorū & si non instructus at certe imbutus sit: Nouis & exquisitis elo-  
 quentiā itineribus opus est: per quā orator fastidium auriū effugiat. vtiq; apud eos  
 iudices qui vi & potestate non iure & legibus cognoscunt: & nec accipiunt tēpora sed  
 constituunt: nec expectandū habēt oratorē dum illi libeat de ipso negotio dicere: sed  
 sæpe vltro admonēt: atq; alio transgredientē reuocant & festinare se testāt. Quis nūc  
 ferat oratorē de infirmitate valitudinis suā præfantem qualia sunt fere principia Cor-  
 uini: Quis quinq; in Verrem libros expectauerit: Quis de exceptione & formula p-  
 petiet: illa imensā voluā quæ pro. M. Tullio aut. A. Cecinna legimus: p̄currit hoc tē-  
 pore iudex dicentē: & nisi aut cursu argumentorū: aut colore sententiā: aut nitore &  
 cultu descriptionum inuitatus & corruptus est: aduersatur dicentem: vulgus quoq;  
 assistentium & affluens & vagus auditor assuevit iam exigere laticia & pulchritudi-  
 nē orationis: nec magis præfert in iudicijs tristē & impexā antiquitatē: q̄ si quis in cœ-  
 na Roscij aut Turpionis aut ambiuij exprimere gestus velit: iā vero iuuenes & ipsa stu-  
 diorum incude positi qui profectus sui causā oratores sectant: non solum audire: sed  
 et referre domum aliquid illustre & dignum memoria volunt. Traduntque inuicem  
 ac sæpe in colonias ac prouincias suas scribunt: siue in suis aliquis arguta & breui sen-  
 tentia effulsit: siue locus exquisito & poetico cultu enituit exercetur enim iam ab ora-  
 tore etiam poeticus decor: non Actij aut pacuij veterno inquinatus: sed ex Oratij &  
 Virgilij & Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus: et iudicijs obtemperās:  
 nostrorum oratorum atas pulchrior et ornatior extit. Neque ideo minus efficaces  
 sūt orationes nostræ: quia ad aures iudicantiū cū voluptate perueniūt. Quid enim si  
 infirmiora horū temporum templa credas: quia non rudi cemento: et informibus te-  
 gulis extruunt: sed marmore nitent et auro radiantur: Equidē fateor vobis simplici-  
 ter me in quibusdā antiquorū vix risū: in quibusdā at vix somnū tenere: nec unū de  
 populo. Canuti aut Aride Furnio et Troiāo quiq; alios in eodē ualitudinario hęc of-  
 fa et hanc maciem probant ipse mihi Caluus cū unū et uiginti: ut puto libros relique-  
 rit: uix in una aut altera oratiuncula satis facit: nec dissentire ceteros ab hoc meo iudi-  
 cio uideo: Quotus enim quisque calui in Asinium aut in Drusum legit: At hercule i  
 hominū studiosorū manibus uersantur accusationes quæ i Vatiniū cōscribūt: ac præ-  
 cipue secūda ex his oratio. est enī uerbis ornata & sētentijs auribus iudicum accōmo-  
 data: ut scias ipsum quoque Caluum intellexisse quid melius esset. nec uoluntatem

*Impetus p̄tus*

*odoratus phiā*

*Si nō m̄st̄ty*

*certe imbutus sit  
Fastidium auriū*

*Præcepta Coruini  
& ualitudinē*

*Color sententiā*

*Impexa Antiquitas*

*Turpionis  
Ambuij  
Studiosorū prouincias*

*Exercet ab oratore  
poeticus decor*

*Forapis  
In eodē ualitudi-  
nario*

quin sublimius & cultus diceret: sed ingeniū ac vires defuisse. Quid ex Cælianis oratio-  
nibus: nempe hæ placent siue in vniuersa parte factum in quibus nitorem & altitudinē  
horum temporum agnosceremus: Sordes autem verborum & hiatus compositio & in-  
conditi sensus redolent antiquitatem. nec quenq̄ adeo antiquarium puto: vt Celiū ex  
ea parte laudet: qua antiquus est. Concedamus sane. C. Cæsari vt propter magnitudi-  
nē cognitionis: & occupationis rerū: minus in eloquentia effecerit: q̄ diuinum eius in-  
geniū postulabat. tam hercule q̄ Brutū philosophiæ suæ reliquamus: nam in oratio-  
nibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur. nisi forte quisquā aut  
cæsaris pro decio samnite: aut Brutū pro deiotaro rege: ceterosq; cuiusdam Lentidius  
temporis libros legit: nisi qui & carmina eorū dē miratur. fecerunt enim & carmina: in  
bibliothecas retulerunt: non melius q̄ Cicero at felicius: quia illos fecisse pauciores sci-  
unt. A finis quoq; q̄q; pprioribus tēporibus natus sit: vt mihi inter menenios & ap-  
pios studuisse. pacuuiū certe: & actiū nō solū tragœdijs: sed et orationibus suis expres-  
sit adeo durus & siccus: Oratio autem sicut corpus hoīs ea demū pulchra est: in qua  
nō eminet venæ: nec ossa numerantur: sed tēperatus ac bonus sanguis implet membra &  
exurgit toris: ipsos quoq; neruos robur tegit: & decor commendat. Nolo Coruinum  
ī sequi: quia nō p̄ ipsū stetit quominus laticia nitoreq; nostrorū tēporū exprimeret: Vi-  
derimus inquam iudicio eius vis aut animi aut ingenij sufficeret. Ad Ciceronem venio  
cui eadem pugna cum æqualibus suis fuit quæ mihi vobiscū est Illi. n. antiquos mira-  
batur: ipse suorū tēporū eloquentiam anteponebat: nec vlla re magis eiusdē ætatis ora-  
tores præcurrit quā iudicio. Primus. n. excoluit orationem: primus ex verbis delectū  
adhibuit. & cōpositioni artem locosq; latiores attentauit: & quasdā sententias inuenit  
vtique in his orationibus quas senior iam & iuxta finem vitæ cōposuit. id est postq̄ ma-  
gis profecerat. vltique & experimentis didicerat: quod optimū dicendi genus est nam  
prioribus eius orationibus non carent vitijs antiquitatis. lentus est in principijs: longus in  
narrationibus: ociosus circa excessus: Tarde cōmouetur: raro incalescit: pauci sensus  
opt. & cum quodam lumine terminantur: Nihil ex tempore referre possis: & velut i ru-  
di ædificio firmus sane paries & duraturus: sed non satis expolitus & splendens. Ego  
āt oratorem sicut locupletem ac laudatum patrē familiæ nō eo tantū volo tecto tegit  
quod imbrem ac ventum arceat: sed et quod visum: & oculos delectet: nō ea solum in-  
strui suppelectile quæ necessarijs vsib; sufficiat: sed etiam sit in apparatu eius: & aurū  
& gemmæ: vt sumere in manus aut aspicere sapius liceat: quædam vero procul arcet  
vt iā obliterata & olentia. nullū sit verbū vel rubigine ifestū. nulli sensus tarda & iner-  
ti structura in morem annalium componantur. fugiat scædā & insulam scurrilitatem  
variet compositionem: nec omnes clausulas vno & eodem modo determinet. Nolo  
irridere rotam fortunæ: et ius verrinum: et illud tertio quoq; serus in omnibus oratio-  
nibus pro sententia positum esse videatur. nam et hoc inuitus rettuli et plura omisi:  
quæ tamen sola mirantur atque exprimunt: hi qui se antiquos oratores vocabant: ne-  
minem nominabo: genus hominum signasse contentus: sed vobis vtique versantur an-  
te oculos qui Lucium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloquē-  
tia tui Aufidij Bassi: aut Seruulij nominavi ex comparatione Sisenæ: aut Varrōis sor-  
det: qui rhetorum nostrorū commentarios fastidiunt: oderunt: calui mirantur: quos  
more prisco apud iudicē fabulantes auditores sequuntur: nō populus audit: vix deniq;  
litigator perpetitur. adeo mœsti et inculti illā ipsam: quam iactant sanitatē sed ieiunio  
consequuntur. porro ne in corpore quidē ualitudinē medici pbant: quæ ai anxietati cō-

Antiquarius C

diuinū Cæs Ing

Lentidius

Cæs et bruti ca

No melior q̄ C

si filiorum

pacuuij. Ad

Idem et sic

Oro sic corp

Cic. excoluit o

Vfus et expi tu

mū dicit di

lentus p̄cipit

longi p̄cipit

ociosus m q̄

lenti

Insula scurrilit

Rotæ fortunæ

Ius Verrinum

esse mē ap

Hemēz notū

Lucret. p̄ Virg

Nonian

fixit. parum est agrum non esse: fortem & latum & alacrem volo. proprie abest ab in-  
firmitate in quo sola sanitas laudatur. Vos ergo disertissimi vt potestis vt facitis illu-  
strate saeculū nostrū pulcherrimo genere dicendi. Nam & te Messala video latissima  
quæq; antiquorum imitantem. Et vos matere ac secunde ita grauitati summū nitore  
& cultum verborum miscetis: ea electio inuentionis: is ordo rerum: & quotiens causa  
poscit vbertas ea: quotiens permittitur breuitas: is cōpositionis decor: ea sentētiarum  
planitas: sic exprimitis affectus: sic libertatem temperatis: vt et si nostra iudicia mali-  
gnitas & inuidia tardauerit: Verum de vobis daturi sint posteri nostri. Quæ cū aper  
dixisset: Agnoscitis ne inquit maternus vim & ardorem apri nostri: quo torrente quo  
impetu saeculum nostrum defendit: q̄ copiose: ac varie vexauit antiquos: quanto non  
solum ingenio: ac spiritu: sed etiā eruditiōe & arte ab ipsis mutuatus est: per quæ mox  
ipso inceseret: Tuum tamē Messala promissum ita mutasse non debes. neq; enim  
defensores antiquorum exigimus. nec quenq; nostrorum quanq; modo laudati sumus  
his quos insectatus est aper comparamus. ac ne ipse quidem ita sentit: sed more veteri  
& alijs vestris philosophis sæpe celebrato sumpsit sibi contradicendi partes. Exprime  
nobis non laudationem antiquorū (Satis enim illos fama sua laudat) sed causas cur i  
tantum ab eloquentia eorum recesserimus: cum præsertim centum & xx. annos ab in-  
teritu Ciceronis in hunc diem effici ratio tēporum collegerit. Tum Messala sequar a  
te præscriptam formam matere: neq; enim diu contradicendū est apro: qui primum  
vt opinor non mouit: tanq; parum proprie antiqui vocarentur: quos satis cō-  
stat ante centum annos fuisse. Mihi autem de vocabulo pugna non est: siue illos anti-  
quos siue maiores: siue quo alio mauult nomine appellet. dūmodo in cōfessio sit emi-  
nentiorē illorum temporum eloquentiam fuisse. ne illi quidē parti sermonis eius repu-  
gno: si quo minus fatetur plures formas dicendi etiam hoc iisdem saeculis. ne dū diuer-  
sis extitisse: sed quomodo inter atticos oratores Demostheni tribuerit proximū autē  
locū Eschines & Hyperides & Iulias & Ligurgus obtinet: oīum at cōsensu hæc orato-  
rum ætas maxime probatur: sic apud nos Cicero quidem ceteros eorūde temporum  
disertos antecessit: Caluus autem & Asinius & Cæsar & Cælius & Brutus sic iure &  
prioribus: & sequentibus anteponuntur: nec refert quod inter se specie differant: cū ge-  
nere consentiant: at tristior Caluus numerosior Asinius: splendidior Cæsar: amarior  
Cælius: grauior Brutus: vehementior & plenior & valentior Cicero: omnes tamen eā-  
dem sanctitatem eloquentiæ ferunt: vt si omnium pariter libros in manum sumpseris  
quis in diuersis ingenijs esse quādam iudicij ac voluminis similitudinem & cogitatio-  
nem: Nam q; inuicem se obtrectauerunt: & supersunt aliqua: epistolis eorum inserta  
ex quibus mutua malignitas detegitur: nō est oratorū vitium: sed hominum. Nam &  
Caluum & Asinium & ipsum Ciceronem credo solitos & inuidere & liuere & ceteris  
humanæ infirmitatis vitijs affici: Solum inter hos arbitror Brutū non malignitate nec  
inuidia: sed simpliciter & ingenue iudicium ai sui detexisse. an inuideret Ciceroni: qui  
mihi videtur ne Cæsari quidem inuidisse: quod ad Seruium galbam et. C. Lelium at-  
tinet et si quos alios antiquorum agitare non desistit: non exigit defensorem: cum fa-  
tear quædam eloquentiæ eorum: vt nascenti adhuc nec satis adultæ defuisse. Ceterum  
si omissio optimo illo: et perfectissimo genere eloquentiæ eligenda sit forma dicendi:  
malim Hercule. C. gracchi impetum: aut. L. Crassi maturitatē quā calamistros mece-  
natis: aut Tinitus Gallionis: adeo melius oratorem: vel hirta toga induere: quam fu-  
catis et meretricijs vestibus insignire. neq; n. oratorius iste: imo Hercule ne virilis qui

pari e hory no ee  
forte et alior uol

snay planitas

quo torrente scdm  
mm defedit

susit i amchadi  
pkf

de vocablo pugna  
Anty  
Maiores

Cicero ceteros antessit

Caluus tristior  
Splendidior Cæsar  
Amarior Cælius

Nō oratorū vitium  
s; homin

Calamistros Mece-  
natis

dem cultus est: quo plerique ipsorum nostrorum actores: ita vtuntur: vt lasciuia verbo-  
rum & leuitate sententiarum: & licentia compositionis historionales modos exprimant  
quodque vix auditu fas esse debeat: laudis & gloriae & ingenij loco plerique iactant. can-  
tari saltarique commentarios suos. Vnde oritur illa foeda & praeposteri: sed tamen fre-  
quens sicut his clam & exclamatio: vt oratores nostri temere dicere: Histrones diser-  
te saltare dicantur. Equidem non negauerim Cassium seuerum: quem solum aperio  
ster nominare ausus est: si his comparatur: qui postea fuerunt posse oratorem vocari:  
quod in magna parte librorum suorum plus vis habeat quam sanguinis. Primus enim contexto  
ordine rerum ommissa modestia: ac pudore verborum: ipsis etiam quibus utimur armis  
incompositus. & studijs feriendi plerumque deiectus non pugnat: sed rixatur. Ceterum  
vt dixi sequentibus comparatus ex varietate eruditionis & lepore urbanitatis & ipsarum  
virium robore multum ceteros superat: Quorum neminem aperio nominare & velut  
in aciem educere sustinuit. Ego autem expectabam vt Bruto A finio & Celio & Caluo ali-  
ud nobis agmen produceret plerisque: vel certe totidem nominaret: Ex quibus alium  
Ciceroni: alium Caesari: singulis demum singulos opponeremus. Non detractasse no-  
minatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est: nisi in  
publicum & in commune: veritum credo ne multos offenderet si paucos excerpisset.  
Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur: vt se ante Cice-  
ronem numeret sed plane post Gabinianum. At ego non verebor nominare singulos  
quo facilius propositis exemplis appareat quibus gradibus fracta sit & diminuta elo-  
quentia. Appropera inquit maternus: & potius exolve promissum: neque enim hoc colligi  
desideramus. disertiores esse antiquos: quod apud me equidem inconfesso est. Sed cau-  
sas exquirimus: quas te solitum tractare paulo ante plane mitiore eloquentia & tempore  
nostrorum miratus. iratus antequam te aperio offenderet maiores tuos laceffendo. Non  
sum inquit offensus a prima disputatioe. nec vos offendi decebit si quid forte aures ve-  
stras perstringit cum sciatis hanc esse eiusmodi sermonum legem: iudicium animi ci-  
tra danum affectus proferre. Perge inquit maternus de antiquis loquaris. vt ere anti-  
qua libertate: qua vel magis degenerauimus quam ab eloquentia. Et Messala non re-  
conditas matris causas requiris: nec aut tibi ipsi: aut huic Secundo: vel huic apro igno-  
tas: & iam mihi partes assignatis proferendi in medium quae omnes. Quis enim igno-  
rat & eloquentiam & ceteras artes descuisse ab ista vetere gloria: non inopia hominum  
sed defidia iuuentutis: & negligentia parentum: & inscientia praecipientium & obliuio-  
ne moris antiqui: quae mala primum in vrbe nata mox per italiam fusa iam in prouin-  
cias manant: quamquam vestra vobis notiora sunt. Ego de vrbe & his proprijs ac verna-  
culis vitijs loquar: quae notos statim excipiunt: & per singulos atatis gradus cumulan-  
tur: Si prius de seueritate ac disciplina maiorum circa educandos firmandosque liberos  
pauca praedixero. Iam pridem suus cuique filius ex casta parente natus: non in cella emptae  
nutricis: sed gremio ac sinu matris educabatur: cuius praecipua laus erat tueri domum  
& in seruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua cuius probatis spe-  
ctatisque moribus omnis cuiusdam familiae soboles committeretur: Coram qua neque diceri fas  
erat quod turpe dictu: neque facere quod in honestum factum videretur. Ac non studia mo-  
rasque: sed remissiones et lususque puerorum sanctitate quadam: ac vercundia temperabat Sic  
Corneliam Gracchorum. sic Aureliam Caesaris: sic Actiam Augusti matrem praefuisse edu-  
cationibus: ac produxisse principes liberos accepimus: quae disciplina ac seueritas eo  
pertinebat: vt sincera & integra & in nullis prauitatibus detorta vniuscuiusque natura

histrones temere  
saltare

Non pugnat sed rixatur  
Cassium

Quotus quisque scholasticorum

Exolve promissum

A libere magis degen-  
eramus ab eloquentia

Cur eloquentia de-  
genera a gloria

Vita uernacula

disrupta maioribus  
educando

Aureliam praefuisse  
patris Caesaris

toto statim pectore arripere artes honestas: & siue ad rem militarem: siue ad iuris sciē-  
tiam: siue ad eloquentiæ studium inclinasset: id solum ageret: id vniuersum hauriret.  
At nunc natus infans delegat græculæ alicui ancillæ: cui adiungitur vnus aut alter ex  
omnibus seruis plerunque vilissimus: nec cuiquam serio minister accommodatus: ho-  
rum fabulis & erroribus teneri statim & rudes animi imbuuntur: nec quisquam in to-  
ta domo pensi habet quid coram infante domino: aut dicat: aut faciat. Quando etiam  
ipsi parentes nec probitati neque modestiæ paruulos assuefaciunt: sed lasciuia & liber-  
tati, per quæ paulatim impudentia increpit & sui contentus ideo ve-  
ro propria & peculiaris huius vrbs vitia pene in vtero matris concipi mihi vident: hi-  
strionalis fauor & gladiatorum equorumq; studia: quibus occupatus & ob sessus ani-  
mus quantulum loci bonis artibus relinquit: quotum quæq; inueneris qui domi quid  
q̄ aliud loquatur: quos alios adolescentulorum sermones excipimus: si quando audi-  
toria intrauimus: nec preceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus suis fabu-  
las habent. colligunt enim discipulos non seueritate disciplinæ: nec ingenij experimen-  
to: sed ambitione salutantium: sed illecebris adulationis. Transeo prima discentiū ele-  
menta in quibus & ipsis parum elaborat: nec in auctoribus cognoscendis: nec in euol-  
uenda antiquitate: nec innoticiam vel rerum vel hominum: vel temporum satis opæ i-  
sumitur: sed expectantur quos rhetoras vocant: vt quorum professio quādo primum  
in hęc vrbe inducta sit q̄ nullam apud maiores nostros auctoritatē habuit: sta-  
tim de curijs. referam necesse est animum ad eam disciplinā quo ausos esse eos orato-  
res accepimus: quorum infinitus labor & quotidiana meditatio: & in oī genere studio-  
rum exercitationes ipsorum etiam continetur libris. notus est nobis vtiq; Ciceronis li-  
ber qui Brutus inscribitur: in cuius extrema parte: nam prior commemorationē vete-  
rū oratorū habet: sua initia suos gradus suæ eloquentiæ velut quādā educationē refert  
se apud. Q. mutium ius ciuile didicisse: apud Philonem achademicū: apud Diodorū  
stoicum oīs philosophiæ partes penitus hausisse neq; his doctoribus contentū: quorū  
ei copia in vrbe contigerat: Achaiam quoq; & asiam peragrassse: vt oēm oīum artiū va-  
rietatem complecteretur. Itaq; hercule in libris Ciceronis deprehendere licet: non geo-  
metriæ: nō musicæ: non grammaticæ: non deniq; vllius ingenuæ artis scientiam ei de-  
fuisse. Ille dialecticæ subtilitatem: ille moralis partis vtilitatem: ille rerū motus causas  
q; cognouit ita. n. est optimi viri: ita ex multa eruditione & pluribus partibus: & omni-  
um rerum scientia exundat: & exuberat illa admirabilis eloquētia. neq; oratoris vis &  
facultas: sicut cæterarū rerū angustiis & breuib; terminis cludit: sed is est orator: qui  
de oī quæstione pulchre & ornate & ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerū  
ad vtilitatem temporum: cum voluptate audientiū possit. Hęc sibi illi veteres psuade-  
bāt ad hęc efficienda intelligebāt opus esse: nō vt rhetorū scholis declamarēt: nec vt fr-  
ctis nec vllō modo ad veritatem accedentibus controuersijs linguam modo: & vocē  
exercerent: sed vt his artibus pectus impleant: in quibus de bonis ac malis: de honesto ac  
turpi: de iusto & iniusto disputat. Hęc. n. est oratoris subiecta ad dicendum materia.  
Nam in iudicijs fere de equitate: in deliberationibus de honestate dicimus: ita vt plerū  
q; hęc ipsa inuicem misceantur: de quibus copiosæ & variæ & ornate nemo dicere pōt:  
nisi qui cognouit naturam humanam: & vim uirtutum: prauitatemq; uitiorum: & in-  
tellectum eorum: quæ nec in uirtutibus neque in uitijs numerantur. Ex his fontibus  
etiam illa profluunt: ut facilius iram iudicis uel instiget uel leniat: qui scit quid iræ prō-  
ptius & miserationem impellat: qui scit quid sit misericordia: & quibus animi motib;

Hic nat. delegat  
culis

Hec pecti h3. y. dicit

peculiaris urbis  
vicia

satis opæ mstris

brutus. Cic. lib. 2

Orator qui

pectus implent  
bonis artibus

conclinetur. In his artibus exercitatioibusq; versat' orator: siue apud infestos: siue apud cupidos: siue apud inuidetes: siue apud tristes: siue apud timetes dicendū habuerint: te nebit habenas animorum: & prout cuiusq; natura postulabit: adhibebit manū & temperabit orationem: parato omni istrumento: & ad omnem vsum reposito: sunt apud quos ad strictū & collectū: & singula statim argumenta cōcludēs dicendi genus plus fidei meretur. apud hos dedisse opam dialecticæ pficiet: alios fusa & æqualis & ex omnibus ducta sermōibus oratio magis delectat. ad hos pmouēdos mutuabimur aliqd a peripateticis: hi aptos & i oēm disputationē paratos iā locos dabūt: achademici pugnacitatē. Plato altitudinē: Xenophō iucūditatē. ne Epicuri quidē & Methrodori honestas quasdā exclamatiōes assumere. hisque put res poscit vti alienū erit oratori. Neque. n. sapiētem informamus: neque stoicoꝝ ciuitatē: sed cū qui nō quasdā artes audire: sed oēs liberaliter debet: ideoq; & iuris ciuilis scientiam veteres oratores cōprehēdebant: & grāmaticæ musicæ & geometriæ ibuebantur. Incidunt. n. causæ plurime quidem ac pene omnes quibus iuris noticia desideratur. Plerisq; autē in quibus hac quoq; scientia requiritur: nec quisq; respondeat: sufficit vt ad tempus simplex quidam & iforme doceamus. Primum autem aliter vtimur proprijs. aliter commodatis longeq; interesse manifestū est: possideat quis quæ profert an mutuetur. Deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat: atq; vbi minime credas: eminent & excellit. idq; non doctus modo & prudens auditor: sed etiam populus intelligit: ac statim ita laude prosequitur: aut legitime studuisse: vt per omnes eloquentiæ numeros isse & vt deniq; oratorem etiam fateatur: quem non possit aliter existere: nec extitisse vnq; confirmo: nisi eum qui tanq; in aciem omnibus armis instructus sit: i forum omnibus artibus armatus exierit: quod adeo negligitur ab horum ipforum disertis: vt in actiōibus eorum vix quoque quotidiani sermonis scæda ac pudenda vitia depræhendant: vt ignorēt leges: non teneant S. C. ius ciuitatis vltro derideant: Sapientiæ vero studium & præcepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus & angustas sentētiās detrudant eloquentiam velut expulsam regno suo: vt quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat: nunc circūcisa & amputata sine apparatu: sine honore pene dixerim: sine ingenuitate quasi vna ex sordidissimis artificijs discatur. Ergo hanc primam & præcipuam causam arbitror: cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur: quos potiores nominabo q̄ apud græcos Demosthenem: quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriæ proditum est. Et Cicero his (vt opinor) verbis quicquid in eloquentia effecerit: id se non rhetorum: sed achademici spaciā consecutum. Sunt aliæ causæ magnæ & graues: quas vobis aperiri æquum est. Quoniam quidem ego iam meum munus expleui: & quod in consuetudine est: satis multos offendi: qui si forte hoc audirent certum habeo dicturos me dum iuris & philosophiæ scientiam: tanq; orator inessentialiam laudo: ineptijs meis placuisse. Et maternus mihi quidem inquit susceptum a te munus adeo peregrisse nondum videris: vt incohasse tantum: & velut vestigia ac linimēta quædam ostendisse videaris. Nam quibus instrui veteres oratores soliti sunt dixisti differētiāq; nostræ desidriæ & scientiæ aduersus acerrima & fecundissima eorum studia demonstrasti. Cætera expecto vt quæadmodum ex te didici quod aut illi scirenr. aut nos nesciamus: ita hoc quoq; cognoscam: quibus exercitatioibus iuuenes iam & forū in gressi confirmare & alere ingenia sua soliti sint. neq; enim arte & scientia: sed longe magis facultate & eloquentia contineri: nec tu puto abnuēs: & significare vultu videntur.

fusa et equalis  
Mutuabimur a p

Juris scia

Circūcisa et Am  
bnt  
Sū ingenuitate

*Exercitatio*

*Meditatio*

*Iuuenis ad oratoris  
a p[ro]p[ri]o d[omi]no*

*Iuuenis oratoris d[omi]ni  
a p[ro]p[ri]o d[omi]no*

*Anno i et xx. cas.  
Dolobella*

*Rhetorica  
Cicero in d[omi]no imp[er]atoris*

*In d[omi]no imp[er]atoris  
prof[er]entis*

*Jeramias p[ro]m[er]ia*

Deinde cum Aper & Secundus idem annuissent: Messala quasi rursus incipiens: Quoniam initia & famina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor docendo quibus artibus antiqui oratores institui erudiriq[ue] soliti sint: persequar nunc exercitationem eorum: quanq[ue] ipsis artibus inest exercitatio. nec quisq[ue] percipere tot reconditas aut tam varias res potest: nisi vt scientiae meditatio: meditationi facultas: facultati vis eloquentiae accedat. per qua[m] colligitur eadem esse rationem: & percipiendi qua[m] proferas: & p[ro]ferendi qua[m] perceperis. sed si cui obscuriora haec videtur: isq[ue] scientiam ab exercitatione separat: id certe concedet instructum & plenum his artibus animum longe paratum ad eas exercitatioes venturum: qua[m] propriae circa oratoriam videntur. Ergo apud maiores nostros iuuenis ille: qui foro & eloquentiae parabatur imbutus iam domestica disciplina: refertus honestis studijs deducebatur a patre: vel a propinquis ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat. hunc sectari: hunc prosequi: huius omnibus dictioibus interesse: vtq[ue] sic dixerim pugnare in praecilio disceret: magnos ex hoc usus multum constantiae: plurimum iudicij iuuenibus statim contingebat: in media luce studentibus: atq[ue] inter ipsa discrimina: vbi nemo impune stulte aliquid aut contra rie dicit: quod & iudex respuat: et aduersarius exprobet: ipsi deniq[ue] aduocati aspernentur. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur. Et quanq[ue] vnum sequerentur: tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudicijs cognoscebant. habebantq[ue] ipsius populi diuersissimae aurium copiam: ex qua facile deprehendebat quid in quoq[ue] uel probaret uel displiceret. Ita nec praceptor deerat optimus q[ui]dem et electissim[us]: qui faciem eloquentiae non imaginem praestaret: nec aduersarij et aemuli ferro: no[n] sudibus dimicantes: sed auditorium semper plenum: semper nouu[m] ex inuidis & fauentibus: vt nec benedicta dissimularentur: Scitis enim magnam illam & duraturam eloquentiae famam non minus in diuersis sublellijs parari q[ua]m suis: quinimo constantius surgere: ibi fidelius corroborari: atq[ue] hercule sub eiusmodi praecptionib[us] iuuenis ille de quo loquimur: oratoris discipulus: fori auditor: sectator iudicior[um] eruditus & assuefactus alienis experimētis: cui quotidie audiēti notae leges: no[n] noui iudicij vultus: frequens in oculis consuetudo concionu[m]: saepe cognita[m] populi aures: siue accusatione[m] susceperat: siue defensionem: Solus statim vnicuique cause par erat: nonodecimo aetatis anno. Lucius crassus. C. Carbonē: vno & vigesimo caesar dolobellam: altero & .xx. Asinius pollio Catonem: non multo aetatem antecedens Caluus vatiniu[m]: ijs orationibus insecuti sunt: quas hodie cum admiratione legimus. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scena scholasticoru[m]: qui rhetores vocantur quos paulo ante Ciceronis tempora exititisse nec placuisse maioribus n[ost]ris ex eo manifestu[m] e[st]: quod Marco Crasso & Domitio cesoribus cludere (vt ait Cicero) ludu[m] impudētia iussi sunt. Sed vt dicere institueram deducimur in scholas: quibus no[n] facile dixerim: vtrum ne locus ipse: an condiscipuli: an genus studiorum plus mali ingenijs afferant. Nam in loco nihil reuerentiae: sed in que nemo nisi iperitus aequae intrat. In condiscipulis nihil p[ro]fectu[m] cu[m] pueri inter pueros: & adolescētuli i[n] adolescētulos pari securitate dicant & audiant. Ipsae vero exercitatioes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiaru[m] apud rhetoras tractant: suasoriae & cotrouersiae: robustioribus assignantur: quales p[ro]fidae: & quam incredibiliter compositae. Sequitur at vt materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit vt tyrānicidarum praemia: aut vitiatarum electiones: aut pestilentiae remedia: aut incesta matru[m] aut quicquid i[n] schola quotidie agit. In foro vel raro vel nu[m]quam: in gentibus verbis persequantur: cum ad veros iudices



ventum est rem cogitare nihil humile nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia: sicut flamma materia alitur: & motibus excitatur: & vrendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque ciuitate antiquorum eloquentiam peruexit. Nam & si horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt: quae composita & quieta & beata res. imbui fas erat: tamen ista perturbatione ac licentia plerumque sibi assequi videbantur. Cum mixtis omnibus & moderatore vno carentibus tamen quisque orator sciret: quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduae & populare nomen. Hinc contiones migrantium pene pernoctantium in rostris: hinc accusationes potentium reorum: & assignatae et domibus inimicitiae: hinc procerum & assidua senectutis aduersus plebem certamina: quae singula & si distrahebant rem publicam, exercebant: tamen illorum temporum eloquentiam: & magis cumulare praemijs videbantur: quia quanto quisque plus dicendo poterat: tanto facilius honores assequeretur: tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat: tanto plus aut principes gratiae: plus auctoritatis apud patres: plus notitiae ac nominis apud plebem probabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redudabant: hos ituri in prouincias magistratus reueriebantur hos reuersuri colebant: hi & praturae & consulatus vacare vltro videbantur: hi ne priuati quidem sine potestate erant cum & populum & senatum consilio & auctoritate regerent: quin immo sibi ipsi persuaserant neminem sine eloquentia aut assequi posse in ciuitate: aut tueri conspicuum & eminentem locum: nec mirum cum etiam inuiti ad populum producerentur: cum parum esset in senatu breuiter censere: nisi qui ingenio & eloquentia sententiam suam tueretur: cum in aliquam inuidiam aut crimen uocati: sua voce respondendum haberent: cum testimonia quoque in publicis non absentes: nec per tabellam dare: sed coram & praesentes dicere cogentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat: & comoda. Disertum haberi pulchrum & gloriosum: sed contra mutum & elinguum videri deformem habebatur: non minus rubore quam praemijs stipulabantur: ne clientularum loco potius quam patronorum numerarentur: ne traditae a maioribus ne ressitutines ad alios transissent: ne tanquam inertes: & non suffecturi honoribus aut non impetraret aut impetratos male tuerentur. Nescio an venerint in manus nostras haec vetera: quae & antiquorum bibliothecis adhuc manent: & nunc maxime a mutiano contrahuntur. Ac iam undecim (ut opinor) actorum libris: & tribus epistolarum composita: & edita sunt. Ex his intelligi potest Gnaeus Pompeius & Marcus Crassus non viribus modo & armis: sed ingenio quoque & oratione valuisse. Lentulos & metellos & Lucillos & Curiones: & ceteram procerum manum: multum in his studijs operae curaeque posuisse: nec quenquam illis temporibus magnam potentiam sine eloquentia consecutum. His accedebat splendor rerum: & magnitudo causarum quae & ipsa plurimum eloquentiae praestant. Nam multum interest utrum ne de furto: aut formula: & interdico dicendum habeas: an de ambitu comitiorum: expilatis socijs: & ciuibus trucidatis: quae mala sicut non accidere melius est: isque optimus ciuitatis status habendus est: quo nihil tale patimur: ita cum acciderent ingentem eloquentiae materiam subministrabant. Crescit. n. cum amplitudine rerum vis ingenij: nec quisquam claram & illustrem orationem efficere potest: nisi qui causam parum inuenit: non opinor Demosthenem orationes illustrant: quas aduersus tutores suos composuit: nec Ciceronem magnum oratorem. P. Quintius defensus aut Licinius archias poeta. faciunt Catilina & Milo & Verres & Antonius hanc illi famam circumdederunt: non quia tanti fuerit. p. malos ferre ciues: ut verberem ad dicendum materiam oratores haberent: sed ut subinde admonere quoniam meminerim? sciamusque nos de ea re loqui: quod facilius turbidis & inquietis

*eloquentia ut t  
ma*

*migrantium*

*Nemo sine eloquentia  
assequitur honorem*

*disertum haberi glori*

*Actorum libri*

*Cecit in Ampl  
227. v. 18. gen*

temporibus extitit. Quis ignorat vtilius ac melius esse frui pace: q̄ bello vexari? Plures tamen bonos præliatores bella q̄ pax ferunt. Similis eloquentiæ conditio: Nam quo sæpius steterit: tãq̄ in acie: quoq̄ plures & intulerit ictus & exceperit: quo maior aduersarius eo acrior: qui pugnas sibi asperas desumpserit: tanto altior & excelsior: & illis nobilitatus criminibus more hoium agit: quoq̄ ea natura est vt secura velit. Trãseo ad formam & cõsuetudinẽ veterum iudicioꝝ: quæ & si nunc aptior est: ita erit eloquentia: tanto illud for̄ magis exercebat: i quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebat: & libera comperditiones erant: & modũ dicendi sibi quisq̄ sumebat: & numerus neq̄ dieꝝ neq̄ patronoꝝ cauebat. primus huius conf. Cn. Põpeius astrinxit: imposuitq̄ veluti frenos eloquentiæ. ita tñ vt omnia in foro: oia in legibus oia apud prætores gererentur: apud quos quanto maiora negocia olim exerceri solita sunt: quod maius argumentũ eẽ q̄ causæ centũuirales: quæ nũc primum obtinẽt locũ adeo splendore aliorum iudicioꝝ obruebantur: vt neq̄ Ciceronis: neq̄ Casaris: neq̄ Brutii: neq̄ Celi: neq̄ Calui: non deniq̄ vllius magni oratoris liber apud centum viros dictus legat: exceptis orationibus Asiij: quæ p hæredibus ironiæ inscribũtur ab ipso tñ Pollione medijs diui Augusti tẽporibus habitæ: postq̄ longa tempoꝝ quies: a cõtinuum populi ociũ: & assidua senatus trãquilitas: & maximi p̄cipis disciplina: ipsam quoq̄ eloquentiam sicut oia alia pacauerat. paruũ & ridiculum fortasse videtur. q̄ dicturus sum: dicam tñ vel ideo vt rideatur: quantũ humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas: quibus astricti & velut inclusi cũ iudicibus fabulamur: quantum viriũ detraxisse orationi auditoria & tabularia credimus: in quibus iam fere plurimæ causæ explicãtur: Nam quomõ nobiles equos cursus & spacia probãt sic latus oratoꝝ campus: per quem nixi liberi & soluti ferant. Debilitatur: ac frãgitur eloquentia ipsam quinimmo curã & diligẽtem stili anxietatem cõtrariã experimur: quia sæpe interrogat iudex qñ incipias: & ex interrogatione eius incipiẽdum est: frequenter probatiõibus & testibus silẽtium patronus indicit vnus inter hæc dicenti ac alter assistit: & res velut insolitudine agit. Oratori autem clamore plausuq̄ opus est: & velut quodam theatro: qualia quotidie antiquis oratoribus cõtingebãt: cum tot pariter ac tam nobiles for̄ coartarent: cũ clientelæ quoq̄ & tribus & municipioꝝ: & legationes ac partes Italiæ periclitãtibz assisteret: cũ in plæriscq̄ iudicijs crederet populus ro. sua interesse quid iudicaretur. Satis constat. C. Cornelium & M. Scaurũ & T. Milonem & L. Bestiam & P. Vatinium concursu totius ciuitatis & accusatos & defensos: vt frigidissimos quoq̄ oratores ipsa certãtis populi studia excitare & incendere potuerint. Itaq̄ hercule eiusmodi libri extãt vt ipsi quoq̄ egerunt: nõ alijs magis orationibus cẽseantur. Iam vero cõciones assidue: & datũ ius quoq̄ potẽtissimum quẽq̄ vexanditat q̄ ipsa inimiciãz gloria: cum se plurimi disertoz. ne a. P. quidem Scipione: aut Silia: aut. Gn. Pompeio abstinerũt: & ad incendẽdos principes viros: vt est natura inuidiãz populi quoq̄ histriones auribus vterentur: q̄ tum ardorem ingenijs: quas oratoribus faces admouebant: non de ociosa & quieta re loquimur: & quæ p̄bitate & modestia gaudeat: sed est magna ista & notabilis eloquentia alumna licentiæ: quã stulti libertatẽ vocabant comes seditionũ: effrenati populi incitamentũ: sine obsequio: sine seruitute contumax temeraria arrogans: quæ in bene constitutis ciuitatibus non oritur. Quem enim oratorem lacedæmonium: quem crẽtensem accipimus: quæz ciuitatum seuerissima disciplina: & seuerissimæ leges traduntur: nec macedonum quidem ac persaz: ac vllius gentis: quæ certo imperio contenta fuerit eloquentiam nouimus, Rhodij

*Copie oratoris*

*po. imposuit frenos eloquentiæ*

*Causæ cõtinuum*

*les*

*Cic. nõ dicebat apud cõtinuos*

*penulas huius est in lect. eloquentiæ*

*Oratori op. sicut quodam teatro*

*Ius potẽtissimu q̄ vexandi*

*Comes seditionũz eloquentia*

*Hull. orator lacedæmonius*

*Vibius*

quidam: athenienses plurimi oratores extiterunt: apud quos omnia populus: omnia imperiti: oia (vt sic dixerim) omnes poterant. Nostra quoq; ciuitas donec errauit: donec se partibus & dissentionibus & discordijs cofecit: donec nulla fuit in foro pax: nulla superioru reuerentia: nullus magistratuuum modus: tulit sine dubio ualentiorem eloquentiam: licuti indomitus ager habet quasdam herbas latiores. sed nec tuta resp. gracchorum eloquentia fuit: vt pateretur & leges: nec bonae formae eloquentiae Cicero tali exitu pensauit. Sic quoq; quod superest antiquis oratoribus forum non emedare: nec usq; ad votum compositae ciuitatis argumentum est quidem: q; nemo nos aduocat: nisi si aut nocens aut miser. quod municipium in ciuitatem nostram uenit: nisi quod aut uicinus populus: aut domestica discordia agitatur. Quam prouinciam tuemur: nisi spoliata: vexataq;? Atqui melius fuisset non queri q; iudicari: Quod si inueniretur aliqua ciuitas in qua nemo peccaret: superuacuu esset inter innocentes orator. sicut inter sanos medicus: Quomodo tamen minimum usus minimumq; profectus: ars medentis habet in his gentibus: quae firmissima ualitudine ac saluberrimis corporibus utuntur: Sic minor oratoru horu: obscuriorq; gloria est inter bonos mores & in obsequium regis paratos. Quid. n. opus est longis in senatu sententijs: cum optima cito consentiant: Quid multis apud populum contionibus: cum de re publica non imperiti & multi deliberent: Sed sapientissimus & unus: Quid uoluntarijs accusationibus: cum tam raro & tam parce peccetur: Quid inuidiosis & excedentibus modum defensionibus: cum clementia cognoscetis obuia periclitantibus eat: Credite optimi & in quantum opus est disertissimi uiri. Si aut uos prioribus saeculis: aut isti quos miramur his nati essent: ac deus aliquis uitas: uestra tempora repente mutasset: nec uobis summa illa laus & gloria in eloquentia: neq; illis modus & temperamentum defuisset. Nunc quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam & magnam quietem: huius saeculi sui quisq; citra obrectationem alterius utatur. Finierat Maternus. Tum Messala. erant quibus contra dicerem: erant quibus plura dici uellem nisi iam dies esset exactus. fiet inquit Maternus postea arbitrato tuo: & si qua tibi obscura in hoc meo sermone uisa sunt: de his rursum conferemus. ac simul assurgens & Aprum complexus. Ego inquit <sup>cum</sup> te poetis: Messala <sup>cum</sup> antiquarijs criminabimur. At ego uos rhetoribus & scholasticis inquit. cum adrisissenr discessimus.

oia q; poterant

Nemo nos uocat nisi nocentia

Superuacuu mt factu medicus

Nemo assequi potest famam et quietem

Antiquarijs

Cornelii Taciti historiae augustae: nec non de situ moribus & populis germaniae libellus: ac de oratoribus dialogus feliciter explicuit. Venetijs fideliter Impresi ac diligenter emendati per Philippum principis sumptibus nobilis uiri domini Benedicti fontana. Anno domini Mccccxvii. die. xxij. Martij. Imperante sapientissimo domino Augustino Barbadico prudentissimi ac Inuictissimi Senatus Venetiarum duce serenissimo.

a b c d e f g h i k l m n Omnes sunt quaterni preter. n. qui est quinternus



IVLII AGRICOLAE VITA PER CORNELIVM TACITVM EIVS  
GENERVM CASTISSIME COMPOSITA.

Larorum uirorum facta moresq; posteris tradere antiquitus usita-  
tum: ne nostris quidem temporibus: quanq̄ icuriosa suorum aetas  
omisit: quotiens magna aliqua ac nobilis uirtus uicit ac supergressa  
est uitium paruis magnisq; ciuitatibus commune ignorantiam re-  
cti & inuidiam: Sed apud priores ut agere memoratu digna p̄ nū  
magisq; in aperto erat: ita celeberrimus quisq; ingenio ad prodendā  
uirtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonæ tantum conscientiaē precio duce-  
batur. Ac plariq; suam ipsi uitam narrare: fiduciam potius morum q̄ arrogantiam ar-  
bitrati sunt. nec id Rutilio & Scauro citra fidem: aut obrectationi fuit. adeo uirtutes  
ijsdem temporibus optime aestimantur: quibus facillime gignuntur. At mihi nūc nar-  
raturō uitam defuncti hominis uenia opus fuit: quam non petissem: ni cursaturus tā  
sæua & infesta uirtutibus tempora. Legimus cum Aruleno Rustico Patrus Thrasea.  
Herennio Senectioni Priscus Heluidius laudati essent capitale fuisse. neq; i ipsos mo-  
do auctores: sed in libros quoq; eorum seuitū: delegato triumuiris ministerio: ut mo-  
numenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerētur: Scilicet illo igne uo-  
cem po. ro. & libertatem senatus: & conscientiam generis humani aboleri arbitraban-  
tur: expulsis insuper sapientiaē professoribus: atq; omni bona arte in exilium acta: ne  
quid usq; honestum occurreret: Dedimus profecto grande patientiaē documentum:  
ut sicut uetus aetas uidit quid ultimum in libertate esset: ita nos quid in seruitute: adē-  
pto per inquisitiones & loquendi audiendiq; commertio. Memoriam quoq; ipsam cū  
uoce perdidissemus: si tam in nostra potestate esset obliuisci q̄ tacere. Nunc demum  
redit animus: & quanq̄ primo statim beatissimi sæculi ortu Nerua Cæsar res olim dis-  
sociabiles miscuerit principatum ac libertatem: augeatq; quotidie falicitatem imperij  
Nerua Traianus: nec spem modo ac uotum securitas publica sed ipsius uoti fiducia  
ac robur assumpserit: natura tamē infirmitatis humanæ tardiora sunt remedia quam  
mala. & ut corpora lente augetur: cito extinguuntur: sic ingenia studiaq; oppresseris  
facilius quam reuocaueris. Subit quippe etiam ipsius inertia dulcedo: & iuisa primo  
desidia postremo amatur. Quid si per quindecim annos: grande mortalis æui spaciū:  
multis fortuitis casibus promptissimus quisq; saucia principis interciderunt: Pauci  
& uti dixerim non modo aliorum: sed etiam nostri superstites sumus exemptis e me-  
dia uita tot annis: quibus iuuenes ad senectutem. senes prope ad ipsos exactæ ætatis  
terminos per silentium uenimus. non tamen pigebit uel in cōdita ac ru di uoce memo-  
riam prioris senectutis: ac testimonium præsentium bonorum composuisse. Hic inte-  
rim liber honorij Agricolaē soceri mei destinatus professione pietatis aut laudatus erit  
aut excusatus.

Necus Iulius Agricola uetere & illustri foro iulienſium colonia ortus: utrum-  
que auum procuratorem. Cæsarum habuit: quæ equestris nobilitas est: Pa-  
ter Iulij Iulius Grecinus senatorij ordinis studio eloquentiaē sapientiaēque no-  
tus. ijsq; uirtutibus iram Caij Cæsaris meritis. namque Marcum Sillanum accusare  
iussus: & quia abnuerat interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit raræ castitatis. in hu-  
ius sinu indulgentiaq; educatus per oēm honestarū artium cultum puericiaē adoleſcē

tiamque transiit. Arcebat eum ab illecebris peccantium præter ipsius bonam integrã que naturam: quod statim paruulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit: locum græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se in prima iuuenta studium philosophiæ acrius ultraque concessum ro. ac senatori haussisse nisi prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. s. sublime & rectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelsæ magnæque gloriæ vehementius quam caute appetebat mox mitigauit ratio & ætas retinuitque quod est difficillimum ex sapientia modum. Prima castorum rudimenta in britannia Suetonio Paulino diligenti ac moderato duci approbavit electus quem cõtubernio æstimaret. Nec Agricola licenter more iuuenum qui militiam in lasciuiam vertunt: neque segniter ad voluptates & comæatus titulum tribunatus & inscitiam retulit: sed noscere prouinciam: nosci exercitui: discere a peritis: equi optimos: nihil appetere iactationem: nihil ob formidinem recusare: simulque anxius & intentus agere. Non sane alias exercitior magisque in ambiguo britannia fuit: trucidati veterani: incensæ coloniæ: intercepti exercitus: tum de salute mox de victoriâ certauere. Quæ cuncta & si consilij ductuque alterius agebantur: ac summa rerum & recuperatæ prouinciæ gloria in ducem cessit: artem & usum & stimulos addidere iuueni: intrauitque animum militaris gloriæ cupido ingrata temporibus: quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama: quam ex mala. Hinc ad capeffendos magistratus in urbem digressus Domitiam Decidianam splendidis natalibus ortam sibi iunxit. idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. vixeruntque mira concordia per mutuam charitatem: & inuicem se anteposendo nisi quod in bona vxore tanto maior laus: quanto in mala plus culpæ est. Sors quaesturæ prouinciam Asiam: proconsulem Saluim Titianum dedit: quorum neutro corruptus est: quæque & prouincia diues ac parata peccantibus: & proconsul in omnem aueritatem pronus quætalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia in subsidium & solacium simul: nam filium ante sublatum breui amisit. Mox inrer præturam quaesturam ac tribunatum plebis atque etiam ipsum tribunatus annum quiete & otio transit gnarus sub Neroneteporum: quibus inertia pro sapientia fuit. Idem præturæ certior & silentium. nec. n. iurisdictione obuenerat. Ludos & inania honoris modo rationis atque abundantia duxit: uti longe a luxuria: ita famæ propior. Tum electus a galba ad dona tæporum recognoscenda: diligentissima conquisitione fecit: ne cuius alterius sacrilegium respu. quam Neronis sensisset. Sequens annus graui vulnere animum domumque eius afflixit: nam classis athoniana licenter vaga dum in templo: liguriæ pars est: hostiliter populatur: matrem Agricolæ in prædijs suis interfecit: prædiisque ipsa: & magnam patrimonij partem diripuit. quæ causa cædis fuerat. Igitur ad solemnia pietatis profectus Agricola nuncio affectati a Vespesiano imperij deprehensus ac statim in partes transgressus est: Initia principatus ac statum urbis Mutianus regebat admodum iuvene Domitiano: & ex paterna fortuna tantum licentiam vsurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimæ legioni tarde ad sacramentum transgressæ præposuit: vbi decessor sediciose agere narabatur. quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec legatus prætorius ad cohibendum potens: incertum suorum militum ingenio: ita successor simul & vltor electus: rarissima moderatiõ maluit videri inuenisse bonos quam fecisse. Præerat tunc britanniæ Voctius Volanas placidiusque

dius q̄ feroci prouinciæ dignum ē temperauit Agricola vim suam ardoremq; compe-  
scuit: ne increfceret peritus obsequi: eruditusq; vtilia honestis miscere. Breui deinde bri-  
tannia consularem Peretiliū Cerealem accepit. Habuerunt virtutes spacium exem-  
plorum. Sed primo Cerealis modo labores & discrimina mox & gloriam comicabat  
sæpe parti exercitus in experimentum: aliquando maioribus copijs ex euentu præfe-  
cit. Nec Agricola vnq̄ i suam famam gestis exultauit: ad auctorem & ducem vt mini-  
ster fortunam referbat. ita uirtute in obsequendo: uerecundia in prædicando: extra in-  
uidiam: nec extra gloriam erat. Reuertentem ab legatione legionis Diuus Vespasianus  
inter patritios asciiuit: ac deinde prouinciæ aquitanie præposuit splendida i primis  
dignitatis administratione: ac spe consulatus cui destinarat. Credunt plæriq; militari-  
bus ingenijs subtilitatem deesse: quia castrensis iurisdictio secura & obtusior: ac plura  
manu agens calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia quīs inter to-  
gatos facile iusteq; agebat. Iam vero tempora curarum remissionumq; diuisa. vbi con-  
uentus ac iudicia poscerent: grauis intentus seuerus & sapius misericors: vbi officio sa-  
tis factum: nullam ultra potestatis personam: tristitiam & arrogātiā & auariciā  
exuerat. nec illi q̄ est rarissimum aut facilitas auctoritatem: aut seueritas amorem di-  
minuit. Integritatem: atq; abstinentiam in tanto uiro referre i iuria uirtutum fuerit. ne  
famam quidem cui etiam sæpe boni indulgent ostentandam uirtute: aut per artē quæ  
suiuit: procul ab æmulatione aduersus collegas: procul a contentione aduersus procu-  
ratores: & uincere in glorium: & atteri sordidum arbitrabatur. Minus triennium in ca-  
legatione detentus: ac statim ad spem consulatus reuocatus est: comitante opinione  
britanniam ei prouinciā dari: nullis in hoc suis sermonibus: sed quia par uidebatur:  
haud semper errat fama: aliquando & elegit. consul egregiæ tum spei filiam iuueni mi-  
hi despondit: ac post consulatum collauit: & statim britanniæ præpositus est adiecto  
pontificatus sacerdotio. Britanniæ situm populosq; multis scriptoribus memoratos  
non in comparationem curæ ingenique referam: sed quia tum primum perdomita ē:  
Itaq; quæ priores nondum comperta eloquentia percoluere rerum fide tradentur. Bri-  
tannia insularum quas romana noticia complectitur maxima spacio ac cælo i orientē  
germaniæ in occidentem hispaniæ obrenditur. gallis in meridiem etiam inspicitur: se-  
ptentrionalia eius nullis contra terras uasto atq; aperto mari pulsantur. Formam toti-  
us britanniæ Liuius veterum: Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores ob-  
longæ scutulæ vel bipenni assimilauerunt: & est ea facies citra caledoniam. Vnde & vni-  
uersum fama est transgressus sed immensum & in norme spacium procurrentium ex-  
tremo iam littore terrarum velut i cuneum tenuatur. Hanc orā nouissimi maris tunc  
primum romana classis circumuecta insulam esse britanniam affirmauit. ac simul in-  
cognitas ad id tempus insulas quas orchadas vocant inuenit domuitq; dispecta est  
& thyle quam hæctenus nix & hyems appetebat: sed mare pigrum & graue remigran-  
tibus perhibent ne ventis quidem proinde atolli: credo q̄ rariore terræ mōtesq; cau-  
sa ac materia tempestatum. & profunda moles continui maris tardius impellit. Na-  
turam oceani atq; ætus neq; querere huius operis est: ac multi rettulere. unum adide-  
rim nusq̄ latius dominari mare multum fluminum huc atq; illuc ferre: nec littore te-  
nus accrescere aut resorberi: sed influere penitus atq; ambire etiam iugis atque monti-  
bus inferi velut in suo. Cæterum in britanniam qui mortales initio coluerint: idigenæ  
an aduecti: ut inter barbaros parum compertum habitus corporum uarij atq; ex eo

argumenta. Nāq; rutilæ caledoniā habitantiū comæ: magni artus germanicam originem aufseuerant. silurum colorati vultus: & torti plerumq; crines: & posita contra hispaniam iberos veteres traiecisse: casq; sedes occupasse fidem faciunt proximi gallis & similes sunt: seu durante originis vsu: seu procurrentibus in diuersa terris. Posito cæli corporibus habitum dedit: in vniuersum tamen extimati. Gallos vicinam solum occupasse credibile est. Eorum satra depræhendas superstitionum persuasione. Sermo haud multum diuersus. in deposcendis periculis eadem audacia: & vbi aduenere: i de tractandis eadem formido. plus tamen ferociæ britanni præferunt vt quos nondum lōgas pax emolierit: nam gallos quoque i bellis floruisse accepimus: mox segnicia cū otio intrauit amissa virtute pariter ac libertate. Quod britannorum olim victis euenit. cæteri manent quales galli fuerunt. In pedite robur: quædā nationes & curru præliantur. honestior auriga: clientes propugnant. Olim regibus parebant: nunc per principes factionibus & studijs trahuntur: nec aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius: quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusq; ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus. ita dum singuli pugnant: vniuersi vincuntur. Cælum crebris imbris ac nebulis fœdum: asperitas frigorū abest. Dierum spacia vltra nostri orbis mensuram: & nox clara: & extrema britanniæ parte breuis: vt finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes nō officiant: aspici per noctem solis fulgorem. nec concidere & exurgere: sed transire affirmant. Scilicet extrema & plana terrarum humili vmbra non erigunt tenebras: infraq; cælum & sidera nox cadit. Solum præter oleam vitemq; & cætera calidioribus terris oriri sueta patiens frugum fœcundum. tarde mitescunt: cito proueniunt eademq; vtriusq; rei causa multus humor terrarum cælique. Fert britannia aurum & argētum & alia metalla: pretium victoria. gignit & oceanus margarita sed subfusca ac liuētia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubo mari viua ac spirantia saxis auellit: in britanniā prout expulsa sint colli: ego facilius crediderim naturam margaritis deesse quam nobis auariciam. Ipsi britanni delectum ac tributa & iniuncta imperij munera impigre obeunt si iniuriæ absint: has ægre tolerant iam domiti vt pareant nondum vt seruiant. Igitur primus omnium romanorum diuus Iulius cum exercitu britanniā ingressus: quanq; prospera pugna terruerit incollas: ac littore potitus sit: potest videri ostendisse posteris non tradidisse. Mox bella ciuilia: & in rempublicam versa principum arma: ac longa obliuio britanniæ etiam in pace. Cōsiliū id diuus Augustus vocabat: Tiberius præcipue agitasse. C. Cæsarem de intranda britanniā satis cōstat: ni velox ingenio mobilis pœnitentia: & ingentes aduersus germaniā conatus frustra fuissent. Diuus Claudius auctor operis: transuectis legionibus auxilijsque: & assumpto in partem rerum Vespesiano: quod initium venturæ mox fortunæ fuit. Domitiæ gentes: capti reges & monstratus fatis Vespesiano Consularium primus Aulus Plantius præpositus: ac subinde Ostorius Scapula: vterque bello egregius: redactaque paulatim in formam prouinciæ proxima pars britanniæ. addita insuper veteranorum colonia quædam ciuitates Cogiduno regi donatæ. is ad nostrā vsquæ memoriam fidissimus mansit: vt vetere ac iam pridem recepta populi romani consuetudine haberet instrumenta seruitutis & regis. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit paucis admodum. castellis in vltiora promotis: per quæ fama aucti officij quæreretur. Didium Veranius excepit: isque intra annum extinctus est Suetonius: hinc Paulinus



Paulinus biennio prosperas res habuit: subactis nationibus firmatisq; praesidijs: quorum fiducia Monam insulam ut viros rebellibus ministrantem aggressus terga occasione patefecit: namque absentia legati remoto metu Britanni agitare inter se mala servitutis: conferre iniurias: & interpretando accendere: nihil profici patientia nisi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. singulos sibi olim reges fuisse: nunc binos imponi: e quibus legatus in sanguinem. procurator in bona sauret: aequae discordiam praepositorum: aequae concordiam subiectis exitiosam. alterius manus centurionis: alterius vim & contumelias miscere: nihil iam cupiditati: nihil libidini exceptum in proelio fortiorem esse qui spoliaret: nunc ab ignavis plerumque & imbellibus eripi domos: abstrahi liberos: iniungi delectus tanquam mori tantum pro patria nescientibus: quantum enim transisse militum: si sese Britanni numerent. sic Germanias excussisse iugum: & flumine non oceano defendi: sibi patriam coniuges parentes: illis avariciam & luxuriam causas belli esse. recessuros ut diuus Iulius recessisset: modo virtutes maiorum suorum aemulareretur: neque proelii unius aut alterius eventu pauescerent: plus impetus: maiorem constantiam penes miseros esse. Iam Britannorum etiam deos misereri: qui Romanum ducem absentem: qui relegatum in alia insula exercitum detinerent. iam ipsos quod difficillimum fuerit deliberare: porro in eiusmodi consilijs periculosius esse deprehendi quam audere. His atque talibus inuicem instincti: Voadaica generis regij: foemina duce: neque enim sexum in imperijs discernunt: sumpsere uniuersi bellum: ac sparsos per castella milites confecti expugnatis praesidijs ipsam coloniam inuasere: ut sedem servitutis. nec vllum in barbaris saeviciae genus amisit ira & victoria. Quod nisi Paulinus eo cognito provinciae motu prope subuenisset: amissa Britannia foret quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit: tenentibus arma plerisque: quos conscientia defectionis: & propius ex legato timor agitabat. Hic cum egregius caetera arroganter in deditos & ut suae quoque iniuriae ultor durius consuleret. missus igitur Petronius turpilianus tanquam exorabilior: & delictis hostium novus: eoque poenitentiae mitior: compositis prioribus nihil ultra ausus: Trebellio. Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior & nullis castrorum experimentis: comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere iam barbari quoque ignoscere viriis blandientibus: & iteruentus civilium armorum praebuit iustam segniciae excusationem: sed discordia laboratum: cum assuetus expeditionibus miles otio lasciuiret. Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis precario mox praefuit ac velut pacti exercitus licentiam: dux salutem. haec seditiosi ne sanguine stetit. Nec Vectius Volanus manentibus adhuc civilibus bellis agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostes similis petulantia castrorum: nisi quod innocens Volanus: & nullis delictis inuisus charitatem parauerat loco auctoritatis. Sed ubi cum caetero orbe Vespasianus & Britanniam recuperavit: magni duces egregij exercitus: minuta hostium spes: & terrorem statim intulit: Petilius Cerealis brigantum civitatem quae numerosissima provinciae totius prohibetur aggressus: multa proelia & aliquando non incruenta: magnamque brigantum partem aut victoria amplexus aut bello. Et cum Cerealis quidem alterius successoris curam famamque obruisset: sustinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat validansque & pugnacem silurum gentem armis subegit. super virtutem hostium locorumque difficul-

tates eluctatus. Hunc britanniae statum has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola inuenit: cum & milites velut omiſſa expeditione ad ſecuritatem: & hoſtes ad occaſionem verterentur: orduicum ciuitas haud multo ante aduentum eius alam in finibus ſuis agentem prope vniuerſam obtriuerat. eoq; initio erecta prouincia: vt quibus bellum volentibus erat probare exemplum: ac recentis legati animum operiri. Tum Agricola q̄q̄ tranſuecta aetas ſparſi per prouinciam numeri: præſumpta apud militem illius anni quies tarda & contraria bellum incolaturo: & plærifq; cuſtodiri ſuſpecta potius videbatur ire obuiam discrimini ſtatuit: contractifq; legionum vexillis & modica auxiliorum manu. quia in æquum digredi orduices non audebant: ipſe ante agmen quo cæteris par animus ſimili periculo eſſet: erexit aciem: caſaq; prope vniuerſa gente non ignarus inſtandum famæ: ac prout prima ceſſiſſent fore vniuerſa: Monam inſulam cuius poſſeſſione reuocatum Paulinum rebellionē totius britanniae ſupra memorauī: redigere in poteſtatem animo intendit: ſed vt in dubijs conſilijs: naues deerant ratio & conſtantia ducis tranſuexit. de poſitis omnibus ſarcinis lectiſſimos auxiliarium quibus nota vada: & patrius nandi vſus: quo ſimul ſeq; & arma & equos regunt: ita repente immiſit: vt obſtupēfacti hoſtes qui claſſem qui naues qui mare expectabant: nihil arduum aut inuictum crediderint ſic ad bellum venientibus. Ita petita pace ac dedita inſula clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti prouinciam q̄ tempus alij per oſtentionem aut officiorum ambitum tranſigunt: labor & periculum placuiſſet. Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem vſus expeditionem aut victoriam vocabat victos continuiſſe: ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt. ſed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit: aſtimantibus quanta futuri ſpectam magna tacuiſſet. Cæterum animorum prouinciae prudēs: ſimulq; doctus per aliena experimenta parum profici armis ſi iniuriæ ſequerentur: cauſas bellorum ſtatuit excidere: a ſe ſuiſq; orſus primam domum ſuam coerant: q̄ plærifq; haud minus arduum eſt: q̄ prouinciam regere: nihil per libertos ſeruosq; publicæ rei. non ſtudijs priuatis nec ex commendatione aut præcipibus centurionum milites aſcire ſed optimum quemq; fideliffimum putare. Omnia ſcire: non omnia exequi. paruis peccatis veniam: magnis ſe veritatem commodare. nec pœna ſemper: ſed ſapius pœnitentia contentus eſſe. officijs & adminiſtrationibus potius non peccaturos: quam damnare cum peccaſſent. Frumenti & tributorum auctiōnem æqualitate numerum mollire: circuncifis in quaſtum reperta: quæ ipſo tributo grauius tollerabantur: namque per ludibrium aſſidere clauſis horreis: & emere vltro frumenta: ac vendere pretio cogebantur. diuortia itinerum & longinquitas regionum in dicebatur: vt ciuitates a proximis hybernis in remota & auia deferrent. donec. q̄ omnibus in promptu erat: paucis lucriſum fieret. Hæc primo ſtatim anno comprimēdo egregiam famam paci circūdedit: quæ vel in curia intolerantia priorum haud minus q̄ bellum timebatur. Sed vbi æſtas aduenit: contracto exercitu multum in agmine: laudare modēſtiam: diſiectos coercere: loca caſtris ipſe capere: aſtuaria ac ſiluas ipſe prætemptare: & nihil interim apud hoſtes quietum pati: quo minus ſubitis excuſibus popularetur: atq; vbi ſatis terruerat parcendo rursus irritamēta pacis oſtētare. Quibus rebus multæ ciuitates quæ in illum diem ex æquo egerant. datis obſidibus iram poſuere: & præſidijs caſtellifq; circūdata: & tanta ratione curaq;: vt nulla ante bri

ante britanniae noua pars illacessita transferit. Sequens hyems saluberrimis con-  
silijs absumpta: namq; vt homines dispersi ac rudes. eoq; in bello faciles: quieti &  
otio per voluptates assuescerent: hortare priuatim: adiuuare publice vt templa  
fora domus extruerent: laudando promptos. & castigando segnes. ita honoris  
æmulatio pro necessitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus eru-  
dire: & ingenia britannorum studijs gallorum anteferre: vt qui modo linguam  
romanam abiecerant: eloquentiam concupiscerent: inde etiam habitus nostri  
honor: & frequens toga paulatimq; discessum ad delinimenta vitiorum porti-  
cus: & balnea & conuiuiorum elegantiam idq; apud imperitos humanitas voca-  
batur: cum pars seruitutis esset. Tertius expeditionum annus nouas gentes ape-  
ruit: vastatis vsq; ad Taum æstuario nomen est nationibus. qua formidine terri-  
ti hostes q̄q̄ conflictatum sæuis tempestatibus exercitum lacessere non ausi po-  
nendiq; insuper castellis spacium fuit. Adnotabant periti non alium ducẽ oportu-  
nitates locorum sapientius legisse: nullum ab Agricola positum castellum  
aut vim hostium expugnatum: aut pactione ac fuga desertum. Crebræ erupti-  
ones. nam aduersus moras obsidionis annuis copijs firmabantur. ita intrepida  
ibi hyems: & sibi quisq; praesidio irritis hostibus: eoq; desperantibus: quia soliti  
plærumq; damna æstatis hybernis euentibus pensare: tum æstate atq; hyeme  
iuxta pellabantur. Nec agricola vnq; per alios gesta auidus interceptit. seu cen-  
turio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior  
in conuitijs narrabatur: vt erat bonis comis: ita aduersus malos iniucundus: cæ-  
terum ex iracundia nihil super erat: secretum & silentium eius non timeres. hone-  
stius putabat offendere: q̄ odisse. quarta æstas obrinendis quæ præcurrerat insu-  
pta: ac si virtus exercituum & romani nominis gloria pateretur: Inuentus in ip-  
sa britannia terminus. Nam Glota & Bodotria diuersi maris æstibus per immen-  
sum reuectæ angusto terrarum spacio dirimuntur: q̄ tum praesidijs firmabatur:  
atque omnis propior sinus tenebatur: summotis velut in aliam insulam hosti-  
bus. quinto expeditionum anno naue prima transgressus ignotas ad id tempus  
gentes crebris simul ac prosperis proelijs domuit: eamq; partem britanniae quæ  
hyberniam aspicit: copijs instruxit: in spem magis q̄ ob formidinem. Siquidem  
hybernia medio inter britanniam atq; hispaniam sita: & gallico quoq; mari op-  
portuna valentissimam imperij partem magnis inuicem vsibus miscuerit. Spaci-  
um eius si britanniae comparetur agustius: nostri maris insulas superat. Solum  
cælumq; & ingenia cultusq; hominum haud multum a britannia differt. in meli-  
us aditus portusq; per commercia & negotiatores cogniti. Agricola expulsam  
seditione domestica vnum ex regulis gentis exceperat: ac specie amicitiae in oc-  
casionem retinebat: Saepe ex eo audiui: legione vna & modicis auxilijs debel-  
lari obrineriq; hyberniam posse. Idq; etiam aduersus britanniam profuturum: si  
romana vbiq; arma: & velut e conspectu libertas tolleretur. Cæterum æstate quæ  
sextum officij annum inchoabat amplas ciuitates trans Bodotriam sitas: quia  
motus vniuersarum vltra gentium: & infesta hostilis exercitus itinera timeban-  
tur. portus classe explorauit: quæ ab Agricola primum assumpta in partem vir-

rium sequebatur: egregia specie cum simul terra simul mari bellum impellitur: ac sæpe isdem castris pedes equeſq; & nauticus miles mixti copijs: & læticia ſua quiſq; facta ſuos caſus attolleret: ac modo ſiluarum & montium profunda: modo tempeſtatum ac fluctuum aduerſa: hinc terra & hoſtis: hinc auctus oceanus militari iactantia compararentur. Britannos quoq; vt ex captiuis audiebatur: viſa claiſis obſtupefaciebat: tanq̄ aperto maris ſui ſecreto vltimum victis perſurgium clauderetur. Ad manus & arma conuerſi calidonia incoleſtes populi paratu magno: maiore fama: vt mos eſt de ignotis: opugnaffe vltro caſtella adorti: metum vt prouocantes addiderant. regrediendumq; citra Bodotriam: & excedendum potius quam pellerentur ſpecie ignaui prudentium admonebant: cum interim cognoscit hoſtes pluribus agminibus irrupturos: ac ne ſuperante numero: & peritia locorum circumiretur: diuiſio & ipſe in tres partes exercitu inceſſit. Quod vbi cognitum hoſti: mutato repente conſilio vniuerſi nonam legionem vt maxime inualidam: nocte aggreſſi inter ſomnum ac trepidationem caſas vigilibus irrupe. Iamque in ipſis caſtris pugnabant: cum Agricola inter hoſtium ab exploratoribus edoctus: & veſtigijs inſecutus velociffimos equitum peditumq; aſſultare tergis pugnatum iuber: mox ab vniuerſis adijci clamorem. & propinqua luce fulſere: ſigna ita ancipiti malo territi britanni: & romanis redit animus: ac ſecuri pro ſalute de gloria certabant: vltro quinetiam irrupere: & fuit atrox in ipſis portarum anguſtijs prælium: donec pulſi hoſtes: utroque exercitu certante: his vt tuliffe opem: illis ne eguiſſe auxilio viderentur. quod niſi paludes & ſilux fugientes texiſſent: debellatum illa victoria foret. Cuius conſtantia ac fama ferox exercitus nihil virtuti ſux inuium: penetrandam Caledoniam: inueniendumque tandem Britannia terminum continuo prælium curſu fremebant. atque illi modo cauti ac ſapientes: prompti poſt euentum ac magniloqui erant. Iniquiſſima hæc bellorum conditio eſt: proſpera omnes ſibi vindicant: aduerſa cum imputantur. At britanni non virtute ſed occasione & arte ducis rati: nihil ex arrogantia remittere: quo minus iuuentutem armarent: coniuges ac liberos in loca tuta transferrent: cœtibus ac ſacrificijs conſpirationem ciuitatum ſancirent. atque ita irritatis vtrinque animis diſceſſum. Eadem æſtate cohors vſpiorum per germanias conſcripta: in britanniam tranſmiſſa. magnum ac memorabile facinus auſa eſt. Occiſo centurione ac militibus: qui ad tradendam diſciplinam immixti manipulis exemplum & rectores habebantur: tres liburnicas adactis per vim gubernatoribus aſcendere & uno remigrante ſuſpectis duobus eoque interfectis: nondum uulgato rumore ut miraculum prouehantur. mox ad aquam atque ut illa raptis ſecum plerisque britanorum ſua deſendantium prælio congreſſi: ac sæpe uictores: aliquando pulſi: eo ad extremum inopia uenere: ut inſirmiſſimos ſuorum mox ſorte ductos uerſerentur: atque ita circumuecti britanniam amiſſis per inſcitiam regendi nauibus: pro prædonibus habiti primum a ſucuis: mox a friſijs intercepti ſunt: ac ſue re quos per commertia venundatos: & in noſtram vſque ripam mutatione emētium adductos indicium tanti caſus illuſtrauit. Initio æſtatis Agricola do-  
meſtico

mestico vulnere ictus anno ante narum filium amisit. Quem casum neq; vt plæ-  
riq; fortium virorum ambitiose: neq; per lamenta rursus ac mœrorem muliebri-  
ter tulit: & in luctu bellum inter remedia erat. Igitur præmissa classe quæ pluri-  
bus locis prædata magnum & incertum terrorem faceret: expedito exercitu cui  
ex britan̄is fortissimos & longa pace exploratos addiderat ad montem Grampi-  
um peruenit: quem iam hostes infederant. Nam britanni nihil fracti pugnae prio-  
ris euentu: & vltionem aut seruitium expectantes: tandemq; docti commune pe-  
riculum concordia propulsandum: legationibus & foederibus omnium ciuitatū  
vires exciuerant. Iamq; super triginta milia armatorum aspiciebantur: & adhuc  
affluebat omnis iuuentus: & quibus cruda ac viridis senectus: clari bello: & sua  
quisq; decora gestantes cum inter plures duces virtute & genere præstans nomi-  
ne Calgacus apud contracta multitudinem prælium poscetem in hunc modum  
locutus fertur. Quotiens causas belli & necessitatem nostram intueor, magnus  
mihi animus est hodiernum diem consensumq; vestrum initium libertatis totius  
britanniāe foræ. Nā & vniuersi seruitutis expertes: & nullæ vltra terræ: ac ne mare  
quidem securum imminente nobis classe romana, ita prælium atq; arma quæ for-  
tibus honesta: eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnae quibus aduer-  
sus romanos varia fortuna certatum est: spem ac subsidium i nostris manibus ha-  
bebant: quia nobilissimi tutius Britanniāe: eoq; in ipsis penetralibus siti: nec seruiē-  
tium littora aspicientes: oculos quoq; a contractu dominationis inuiolatos habe-  
bamus. Nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus famæ in hunc  
diem defendit: nunc terminus Britanniāe patet, atq; omne ignotum pro magnifi-  
co est. Sed nulla iam vltra gens nihil nisi fluctus & saxa: & inferiores romani quo-  
rum superbiam frustra per obsequiū & modestiam effugeris: raptores orbis post  
q̄ cunctis vastantibus defuere: terram & mare scrutantur. Si locuples hostis est:  
auari, si pauper: ambitiosi: quos non oriens non occidens satiauerit. Soli omni-  
um atq; opes inopiam pari affectu concupiscunt: auferre: trucidare: rapere falsis  
nominibus imperium, atq; vbi solitudinem faciunt: pacem appellant: liberos cui-  
q; ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per delectus alibi seruitu-  
ri auferuntur. Coniuges sororesq; & si hostilem libidinem effugiant: nomine ami-  
corum atq; hospitem polluantur. Bona fortuna quæ in tributum agerat annus: i  
frumentum, corpora ipsa ac manus: siluis ac paludibus verbera emuniendis iter  
ac contumelias conterunt. Nata seruituti mancipia semel veneunt atq; vltro a do-  
minis aluntur. Britannia seruitutem suam quotidie emit quotidie pascit: ac sicut  
in familia recentissimus quisq; seruorum & conseruis ludibrio est, sic in hoc orbis  
terrarum vetere famulatu noui nos & viles in excidium petimur. Neq; enim ar-  
ma nobis aut metalla aut portus sunt: quibus exercendis reseruemur: virtus por-  
ro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus: & longinquitas ac secretum ip-  
sum quo tutius eo suspectius. Ita sublata spe venia: tandem sumite animum: tam  
quibus salus: quam quibus gloria carissima est. Brigantes scœmina duce exure-  
re coloniam: expugnare castra: ac nisi felicitas in seordiam vertisset: exuere iu-  
gum potuere, nos integri & indomiti & in libertatem non in præsentiam laturi

primo statim congressu vnde ostendamus quos sibi caledonia viros se posuerit. An eandem romanis in bello virtutem: quam in pace lasciuia adesse creditis nostris illidiscensionibus ac discordijs clari. Vita hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diuersissimis gentibus vt secundæ res tenent: ita aduersa dissolent: nisi si gallos & germanos: & pudet dictu britanorum pluresq; dominationi alienæ sanguinem commodent: diutius tamen hostes seruos fide & affectu teneri putatis metus & terror est. infirma vincula charitatis. qua vbi remoueris: qui timere deserint odisse incipient. Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt. nullæ romanos coniuges accedunt: nulli parentes fugam exprobaturo: sunt aut nulla plerisq; patria: aut alia est paucos numero circum trepidos ignorantia: cælum ipsum ac mare & siluas ignota omnia circumspectantes: clausos quodammodo ac victos alij nobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus & aurifalgor atq; argenti: quod neq; tegit neq; vulnerat. In ipsa hostium acie inuenimus nostras manus: agnoscent britanni suam causam recordabunt gallipriorem libertatem. deserent illos cæteri germani tanq̄ nuper vsipij relinquerunt. Nec quicq̄ ultra formidinis vacua castella. Senum celoniæ inter maleparentes & iniuste imperantes erga municipia & discordantia: hic dux: hic exercitus: ibi tributa & metalla & cætera seruentium pœnæ: quas in æternum proferre: aut statim vlscisci: in hoc campo est. Proinde ituri in aciem & maioris vestros & posteros cogitate. Excipere orationem alacres: & barbari moris cantu fremitu & clamoribus dissonis. Iamq; agmina: & armorum fulgores audentissimi cuiusq; procursum. simul in struebantur acies: cum Agricola q̄q̄ lætum & vix monitis coercitum militem adhuc ratus: ita differuit. Octauus annus est commilitones ex quo virtute & auspicijs imperij ro. fide atque opera vestra Britanniam vicistis: tot expeditionibus tot prælijs seu fortitudine aduersus hostes: seu paciētia ac labore pene aduersus ipsarum naturam opus fuit. Neq; me militum: neq; vos ducis pœnituit. Ergo egressi ego veterum legatorum: vos priorum exercituum terminos: finem britannia non fama nec rumore: sed castris & armis tenemus. Inuenta britannia & subacta. Equidem in agmine cum vos paludes montesue & flumina fatigarent: fortissimi cuiusq; voce audiebam quando dabitur hostis: quando animus: veniunt elatebris suis extrusit: & vota virtusq; in aperto. omniaque prona victoribus: atq; eade victis aduersa: Nam vt super esse tm̄ itineris: siluas euasisse: rrāsisse æstuaria: pulchrum ac decorum in frōtem: item fugientibus periculossima quæ hodie p̄sperrima sunt. Neq; enim nobis aut locorum eadem noticia aut commeatuum eadem abundantia: sed manus & arma & in his omnia. Quod ad me attinet: iam pridem mihi decretum est: neque exercitus neq; ducis terga tuta esse. Proinde & honesta mors turpi vita potior: & incolumitas ac decus eodem loco sita sunt: nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturæ sine cecidisse. Si nouæ gentes atque ignota acies constitisset: aliorum exercituum exemplis vos hortarer. nunc vestra decora recensete: vestros oculos iterrogate. ij sunt quos proxio anno vnā legionē furto noctis aggressos clamore debellastis: ij cæteroz; britanorū fugacissimi: ideoq; tamdiu superstites. Quomodo siluas saltusq; penetrantibus fortissimum quotq; aial ruere: pauida & iertia ipso agminis sono pellūt: sic acerrimi britano

rum iam pridem ceciderunt: reliquus est numerus ignauorum & metuentium: quos  
q̄ tandem inuenistis: non restiterunt: sed deprehensa sunt nouissime id & extremo me-  
tu corpora: defixere aciem in his vestigijs: in quibus pulchram & spectabilem victori-  
am cederetis. Transigite cum expeditionibus imponite quinquaginta annis magnum  
diem: approbate reipub. nunq̄ exercitui imputari potuisse aut moras belli: aut causas  
rebellandi. Et alloquente adhuc agricola militum ardor eminebat: & finem orationis  
ingens alacritas consecuta est: statimq̄ ad arma discursum instinctos ruentesq̄ ita di-  
sposuit: vt peditum auxilia: quæ octo milia erant: mediam aciem firmarent: equi-  
tum tria milia cornibus affunderentur: legiones pro vallo steterunt. ingens victoriae de-  
cus citra romanum sanguinem bellandi: & auxilium: si pellerentur. Britannorum aci-  
es in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterant: ita vt primum agmine  
quo cæteri per accliuè iugum connexi velut insurgeret: media campi couinarius eques  
strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola superante hostium multitudine veri-  
tus ne simul in frontem: simul & latera suorum pugnaretur: diductis ordinibus. q̄q̄  
porrectior acies futura erat: & arcessendas plæriq̄ legiones admoncbant. promptior  
in spem: & firmus aduersis dimisso equo pedes ante vexilla constitit. Ac primo cōgres-  
su eminus certabatur: simul constantia: simul arte britanni ingentibus gladijs: & bre-  
uib⁹ cæteris missilia nostrorum vitare: vel excutere: atq̄ ipsi magnam vim telorum su-  
perfundere: donec agricola per batauorum cohortes ac tongrorum duas cohortatus  
est: vt ratio ad mucrones ac manus adducerent: q̄ & ipsis vetustate militiæ exercitatu  
& hostibus inhabile: parua scuta & enormes gladios gerentibus: nam britanorū gla-  
dij sine mucrone complexum armorum: & in aperto pugnam non tolerabant. Igitur  
vt bataui miscere ictus: ferire vmbonibus: ora fœdare: & tractis qui in æquo obstite-  
rant: erigere in colles aciem cœpere cætere cohortes æmulatione & impetu commiste  
proximos quosq̄ cædere: ac plæriq̄ semineces aut integri festinatione victoriæ relin-  
quebantur. Interim equitum turmæ fugere: couinarij peditum se prælio miscuere: &  
q̄q̄ recentem terrorem intulerant densis tamen hostium agminibus & inæqualibus lo-  
cis hærebant: minimeque equestres. Ea enim pugnae facies erat: cum ægra diu aut stan-  
te: simul equorum corporibus impelleretur: ac sæpe uagi currus exterriti sine rectori-  
bus equi vt quenq̄ formido tulerat: transuersos aut obuios incurfabant. Et britanni  
qui adhuc pugnae ex partes summa collium infederant. & paucitatem nostrorū vacui  
spernebant: digredi paulatim & circūire terga vicentium cœperant: ni id ipsum veritus  
Agricola quatuor equitum alas ad subita belli retentas venientibus opposuisset q̄toq̄  
ferocius accurrerant tanto acrius pulsos in fugam disiecit. Ita consilium britanno-  
rum in ipsos versum: transuectaq̄ præcepto ducis a fronte pugnantium alæ auersam  
hostium aciem inuasere. Tum vero patentibus locis grande & atrox spectaculum se-  
sequi: vulnerare: capere atq̄ eosdem ablatis alijs: trucidare. Iam hostium prout cuiq̄  
ingenium erat: cateruæ armatorum paucioribus terga præstare: quidam inermes vl-  
tro ruere: ac se morti offerre. Passim arma & corpora & laceri artus: & cruenta humus  
& aliquando etiam victis ira virtusq̄. postq̄ siluis appropinquarunt collecti primos  
sequentium incautos & locorum ignaros circūueniebāt. Quod ni frequēs vbiq̄ Agri-  
cola validas & expeditas cohortes indaginis modo: & sicubi arctiora erant: partem  
equitum dimissis equis: simul rariores siluas equite persultari iussisset: acceptum ali-

quid vulnus per nimiam fiduciam foret. *Cæterum* vbi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre in fugam versi non agminibus vt prius: nec alius alium respectantes rari: & vitabundi inuicem longinqua atque auia petiere. Finis sequendi nox & satietas fuit. caesa hostium ad decemilia: nostrorum trecenti quadraginta cecidere: in quibus Aulus Atticus præfectus cohortis: iuuenili ardore & ferocia equi hostibus illatus. Et nox quidem gaudio prædaque læta victoribus: britanni pallantes mixtoque virorum mulierumque ploratu: trahere vulneratos: vocare integros: deserere domos ac per iram vltro incendere: eligere latebras: & statim relinquere: miscere inuicem consilia aliqua: de in sperare: aliquando frangi: aspectu pignorum suorum sæpius concitari. satisque constabat sæuisse quosdam in coniuges ac liberos tanquam misererentur. Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit. vastum ubique silentium. secreti colles. fumantia procul tecta. nemo exploratoribus obuius. quibus in omnem partem dimissis: vbi incerta fugæ vestigia: neque vsque conclobari hostes compertum: & exacta iam æstate spargi bellum nequibat in fines horestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus præfecto classis circūuehi Britanniam præcepit: data ad id vires: & præcesserat terror: ipse peditem atque equites lento itinere: quo nouarum gentium animi ipsa transitus mora terrerentur: in hibernis locauit. & simul classis secunda tempestate ac fama trutulensem portum tenuit vnde proximo latere Britannia lecto omni redierat. Hunc rerum cursum quæ nulla uerborum iactantia epistolis Agricola actum ut Domitiano moris erat fronte lætus pectore anxius excepit. Inerat conscientia: dirisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum emptis per comertia: quorum habitus & crines in captiuorum speciem formarentur: ac nunc ueram magnamque uictoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum priuati hominis nomen supra principis attolli frustra studia fori & ciuiliū artium decus in silentium acta: si militarem gloriam alius occuparet: & cætera utcumque facilius dissimulari: ducis boni imperatoriam uirtutem esse. Talibus curis exercitus: quæque sæuæ cogitationis indicium erat: secreto suo satiatissimum in præsentia statuit reponere odium: donec impetus famæ & fauor exercitus languesceret: nam etiam tum Agricola britanniam obtinebat. Igitur triumphalia ornamenta & illustris statutæ honorem: & quicquid pro triumpho datur multo uerborum honore cumulata decerni in senatu iuber: addique insuper opinionem: syriam prouinciam Agricolaæ destinari uacuum tum morte Atilij Ruffi consularis: & maioribus referuatam. Credidere plerique libertum ex secretioribus ministerijs missum ad Agricolaam codicillos quibus ei syria dabatur tulisse cum præcepto: ut si in britannia foret traderentur: eumque libertum in ipso freto oceani obuium Agricolaæ ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse. siue uerum istud: siue ex ingenio principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo prouinciam quietam tutamque. ac ne notabilis celebritate & frequentia occurrentium introitus esset: uitato amicorum officio noctu in urbem: noctu in palacium: ita ut præceptum erat: uenit: exceptusque breui osculo & nullo sermone: turbæ seruientium imixtum est. *Cæterum* ut militare nomen graue inter ociosos alijs uirtutibus temperaret: tranquillitatem atque ocium penitus auxit. cultu modicus sermone facilis: uno aut altero amicorum comitatus. Adeo ut plerique quibus magnos uiros per ambitionem æstimare mos est: uiso aspectoque Agricola quærentes famam pauci interpretarentur. Crebro per eos dies apud Domi-



tianū absens accusatus, absens absolutus est. cā periculi non crimen vllum, aut querela læsi cuiusq; sed infensus virtutibus princeps: & gloria uiri ac pessimū inimicorum genus: laudantes. Et ea infecuta sunt reip. tempora: quæ fileri Agricola non sinerent, tot exercitus in mysia daciaq; & germania Pannoniaq; temeritate aut p ignauiam dum amissi: tot militares uiri cum tot cohortibus expugnati & capti, nec iam de limite imperij & ripa: sed de hybernis legionum & possessione dubitatum. Ita cum damna damnis conuinarentur: atq; ois annus funeribus & cladibus insigniretur: poscebat ore uulgi dux Agricola: comparantibus cunctis uigorem constantiam & expertum bellis animum cum inertia & formidine eorum. Quibus sermonibus satis cōstat Domitiani quoq; aures uerberatas: dum optimus quisq; libertorum amore & fide: pessimi malignitate & liuore pronum deterrioribus principem extimulabant. Sic Agricola simul suis uirtutibus: simul uitijs aliorum in ipsam gloriam præceps agebat. Aderat iam annus quo proconsulatum Asiae & Africae sortiretur & occiso Cinica nup. nec Agricola consiliū deerat: nec Domitiano exemplum. Accessere quidam cogitationum principis periti, qui iturus ne esset in prouinciam: ultro Agricola interrogaret ac primo occultus quietem & otium laudare, mox operam suam in approbanda excusatione offerre postremo non tam obscuris suadentes: simul terentesq; pertraxere ad Domitianum, qui paratus simulatione in arrogantiam compositus: & audijt preces excusantis: & cum annuisset: agi sibi gratias paulus est: nec erubuit beneficij inuidia: salarium tamen proconsulari solitum offerri: & quibusdam a seipso concessum: Agricola non dedit: siue offensus non petitum: siue ex conscientia: ne quod uetuerat uideretur emisse. Proprium humani ingenij est odisse quem læseris: Domitiani uero natura præceps in iram: & quo obscurior eo irre uocabilior, moderatione tamen prudentiaq; Agricola leniebatur quia non contumacia neq; inani iactatione libertatis famā fatumq; prouocabat. Sciant quibus moris illicita mirari: posse etiam sub malis principibus magnos viros esse: obsequiumq; ac modestiam si industria ac vigor adsint: eo laudis excedere: quo plærique per abrupta: sed in nullum rei post usum ambitiosa morte inclaruerunt. Finis uitæ eius nobis luctuosus: amicis tristis: extraneis etiam ignotis que non sine cura fuit. Vulgus quoq; & hic alius agens populus: & uentita uere ad domum: & per fora & circulos locuti sunt, nec quisq; audita morte Agricola: aut lætatus est: aut statim oblitus est. Augebat miserationem constans rumor: ueneno interceptum. Vobis nihil comperti affirmare ausim, cæterum per omnem ualitudinem eius crebrius quam ex more principatus per nuncios uisantis & libertorum primi: & medicorum intimi ueneri: siue cura illud: siue inquisitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nunciata constabant: nullo credente sic accelerari: quæ tristis audiret speciem tum doloris animo uultuq; præ se tulit: securus iam odij & qui facilius dissimularet gaudium quam metum. Satis constabat lecto testimonio Agricola: quo cohæredem optimæ uxori & piissimæ filia Domitianum scripsit: lætatum eum: uelut honore iudicioq; tam cæca & corrupta mens assiduus adulationibus erat: ut nesciret a bono patre non scribi hæredem nisi malum principem. Natus erat Agricola Caio Cesare ter cons. idibus Iunijs excessit sexto & quinquagesimo año decimo Kal. Septembres collega priscoq; cōs. Quod si habitum quoq; eius posteri noscere uelint: decetior q̄ sublimior fuit, nihil metus i uultu: gratia oris superat: bonū uirum facile crederes magnum libenter & ipse quidem: q̄q̄ medio i

spacio integræ ætatis ereptus: quantum ad gloriam longissimum ævū peregit. Quippe & vera bona quæ in virtutibus sita sunt impleuerat: & consularibus ac triumphalibus ornamentis prædito quid aliud adstruere fortuna poterat? opibus nimis nō gaudebat. speciose contrigerat filia atq; vxore superstitibus. potest videri etiam beatus incolumi dignitate: florente fama. saluis affinitatibus & amicitijs futura effugisse. Nam si cuti durare i hac beatissimi sæculi luce: ac principem Traianum videre: quod augurio votisq; apud nostras aures ominabatur: ita festinatae mortis grāde solacium tulit euassisse postremum illud tempus: quo Domitianus non iā per interualla ac spiramenta temporum: sed continuo & velut vno ictu tempu. exhaustit. Nō vidit Agricola obsesam curiam: & clausum armis senatum: & eadem strage tot consularium cædes: tot nobilissimarum foeminarum exilia & fugas. Vna adhuc victoria charus nuncius cēsebatur: & intra albanā arcem vilā sniā Massalini strepebat: & Massa Bebius iam tum reus erat. Mox nostræ duxere Heluidium in ca. cerem manus. Nos Maurici Rustici q; visus: nos innocenti sanguine scnetio perfudit. Nero tñ subtraxit oculos: iussitq; scelera non spectauit: præcipua sub domitiano miseriarum pars erat: videre & aspici. cū suspiria nostra subscriberentur: cū denotandis tot hoium palloribus sufficeret saeuus ille vultus & rubor: a quo se contra pudorem muniēbat. Tu vero felix Agricola nō vitæ tm claritate: sed etiam opportunitate mortis. Vt perhibent qui interfuerunt nouissimis sermonibus tuis: constans & libens fatū excepisti: tanq̄ pro virili portione innocentia principi donares. Sed mihi filioq; eius præter acerbitem parentis erepti auget mœsticiam. q̄ assidere valitudini: fouere deficientem: fatiari vultu complexu non contingit. excepissem certe mandata voceq; quas penitus aio figeremus. noster hic dolor nostrū vultus: nobis tā longæ absentiaē conditiōe ante quadriēnium amissus est. Oia sine dubio optime parentū assidete amantissima vxore sup fuere honori tuo paucioribus tñ lachrymis cōpositus es: & nouissima i luce desiderauere aliquid oculi tui? si q̄s pioꝝ manibus locus: si vt sapientibus placet: non cū corpore extinguunt magna aia: placide quiescas: nosq; domū tuam ab infirmo desiderio & muliebribus lamētis ad cōtemplationem virtutū tuarum voces. quas neq; lugeri neq; plāgi fas est: admiratiōe te potius tēporalibus laudibus: & si natura suppeditet militū decorāus. Is verus honos ea coniuētissimi cuiusq; pietas: id filiaē quoq; vxoriq; præceperit: sic patris sic mariti memoriā venerari: vt oia facta dictaq; eius secū reuoluant: famāq; ac figuram ai magis q̄ corporis complectantur: non quia intercedendū putē imaginibus quæ marmore aut ære fingunt: sed vt vultus hominum: ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt: forma mentis aeterna. q̄ tenere & exprimere non per alienam materiam & artē: sed tuis ipse moribus possis. Quicquid ex Agricola amauimus: quicquid mirati sumus: manet mansurumq; est in animis hominum in aeternitate temporū fama rerum. Nā multos ve. erū velut inglorios & ignobiles obliuio obruet: Agricola posteritati narratus & traditus superstes erit.

FINIS

Venetijs p Philippum pinci: sumptibus dñi Benedicti fontana, Anno dñi Mccccxviij die. xxij. martij.





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU  
Inc. 72 6°  
INKUNABULY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU  
Inc. 73 6°  
INKUNABULY